MARTINI DE ROA
CORDVBENSIS
EX SOCIETATE IESV

SINGVLARIVM LOCORVM
AC RERVM LIBRI V.

IN QVIBVS CVM EX SACRIS tum ex humanis litteris multa ex gentium, Hebræorumque moribus explicantur.

AD D. PETRVM FERNANDEZ de Corduba, Marchionem de Priego, &c.

CVM PRIVILEGIO.

CORDVBAE.

EX OFFICINA ANDREAE BARRERA.

Anno. cIↄ. DC. +

SVMA DEL PRIVILEGIO.

ESTE Primer tomo de los Singulares del P. Martin de Roa, de la Compañia de Ieſus, tiene priuilegio de ſu Mageſtad, para que no ſe venda ni inprima ſin licencia de ſu Autor: ſopena de cinquenta mil marauedis, y perdimiento de libros y moldes, &c. Como parece por el original, firmado de Don Luys de Salazar: ſu data en Villanueua de Panades, a 15. de Iulio, de 1599. años.

TASSA.

YO Miguel de Ondarça çauala eſcriuano de Camara del Rey nueſtro ſeñor, de los que reſiden en ſu Conſejo, doy fee, que auiendo viſto por los ſeñores del Conſejo de ſu Mageſtad vn libro intitulado, Lugares ſingulares, *compueſto por el Padre* Martin de Roa, *de la Compañia de Ieſus, impreſſo con licencia, y priuilegio de ſu Mageſtad, de pedimiento del dicho* P. Martin de Roa, *taſſaron en tres marauedis el pliego del dicho libro en papel, en eſtos Reynos. Y para que dello conſte di la preſente en Madrid, à 15. de Mayo de 1600. y en fee dello lo firmè.*

Miguel de Ondarça
çauala.

ERRATA.

Pagina.5.linea.12.Criſtus,Chriſtus 6.6.alium, prælium.18.3.aliud iniecta, interpone,vindicabat,iniecta.42.25.muntium, nuntium. 49.21.Pſalm.47. Pſalm.57.30.33.nullus,nuſtos.66.17.& Deus magnus, & Rex magnus. 83. 13.Agiricidæ,Argiricidæ.94.2.terram. Tartarum.y 3: Quam,Quem.y 1b. que,quæ.102.22.Reges,Regem.117.18.otumodi,eiuſmodi. 129.20. Quen videtur,Quen ſequutus videtur.131.2.cum,eum.135.6.pupulo,populo.139. 11.dibebantur,dicebantur.140.6.accenderet,accenderit.146.6. Lucernarnarum.Lucernarum148.3.ab lucernas ad.y 20.lorent,lerent.y 20.arores,arbores; 153.12.prucul,procul.158.6.Muntia, Nuntia.174.16.quen,que.185.13. in duit , induit,indutus eſt,indutus eſt 199.30.congendi,cogendi.210. 4. feminis, feminas, 218.pen.veſtigal,vectigal.229.30.iuenci,iuuenci. 234.17. peſequi, perſequi. 275.17.reijcere,reiecere.333.23.es.ges.

Iuan Vazquez del Marmol.

Iudicium I.Senatus Regij iuſſu.

ATtente legi hos quinque Singularium locorum ac rerum libros. Reuerendi admodum P. Martini de Roa è Societate Ieſu, Senatus Regij iuſſu mihi commiſſos: in quibus nihil reperi fidei aduerſum, aut eius pietati, quin potius variam, iucundam, & maximè neceſſariam eruditionem humanarum, Diuinarumque litterarum ſtudioſis. Vtrique enim ex hoc vno opere facile deprehendent, humaniores diſciplinas ſine Diuinis frigere, & has ſine illis explicari nequaquam poſſe. Quare digniſsimus mihi hic labor viſus eſt, vt typis mandetur. In noſtro Conuentu Sanctiſsima Trinitatis. Madriti. 26. Iunii. 1599.

Fr.Didacus de Auila.

IVDICIVM ILL. EX REGII SENA-
tus decreto.

CVM Hos quinque Singularium locorum ac rerum libros Reuerendi admodum P. Martini de Roa è Societate Ieſu, ex iuſſu Senatus Regij, attente legendo peruiderim, in eorum numero reponendos cenſeo, qui per anteacta ſecula à ſummis, eruditiſſimisque Viris ſunt in lucem editi. Quapropter digniſſimos cum ceteris iudico, vt typis mandentur. Nihil enim neque omnino neque ex parte Sanctiſſimæ noſtræ fidei repugnans, vel minus congruens vſpiam reperi, ſed cuncta perutilia, & pleraque neceſſaria, non ſtudioſis tantum literarum humaniorum, ſed etiam Sacrarum ſcientiæ Scripturarum. Stylus autem talis eſt, quem reddat eruditio magna grauem, mira rerum varietas gratum, & iucundum. In noſtro Collegio Societatis Ieſu. Madriti XIIII. Kal. Iunij. Anno 1599.

Antonius Martinez.

IVDICIVM P. FERNANDI DE Auila, Societatis Ieſu, Theologiæ profeſſoris.

PRimum hoc Singularium volumen P. Martini de Roa, ex noſtra Societate, R. admodum P. Prouincialis iuſſu diligenter perlegi: in quo ſelecta quædam difficiliũ quorũdam locorũ interpretationes cõtinetur. De quibus ita cẽſeo: perutilem fore librum lectoribus, & Auctori, & Societati perhonorificum. Enim vero ſingula Capita variæ lectionis, variæque eruditionis cũ humanæ, tum etiam Diuinæ pergratã ſiluã efficiũt: in qua humanæ ſapientiæ cognitio cũ neceſſaria Sacrarũ litterarũ intelligẽtia copulatur. Quæ omnia præter quã quòd curioſè, valdeque feliciter elaborata ſunt, graui etiam ſentẽtiarũ põdere, & iuſto verborũ ornatu cõmẽdãtur: facilè vt appareat, granum (quod Hiſpano prouerbio fertur) eſſe omnia, ſine paleis. Cordubæ, in noſtro D. Catharinæ Collegio, 22. April. 1597.

Fernandus de Auila.

P. Franciſcus de Queſada Prouincialis Societatis Ieſu, in Prouincia Betica, ex auctoritate R. admodum P. N. Claudij Aquæ viuæ, Præpoſiti Generalis, poteſtatem fecit P. Martino de Roa, eiuſdem Societatis, vt hos Singularium libros typis mandaret. Cordubæ. 14. Mart. 1599.

AD D. PETRVM FERNANDEZ DE CORDVBA, MARCHIONEM DE PRIEGO, &c.

PRIMVM Ingenij, doctrinæque Diuinæ, & humanæ ſpecimen, quod in publicum edo, tibi, Excellẽtiſsime Marchio, tuoque nomini inſcripſi; vt quem à me habere non potuit, à tua luce ſplendorem accipiat, & quam optare poſſet, à tua dignitate commendationem. Mens mihi hæc à duplici cauſa: a tuis meritis, ab officio meo. Latior vterque campus, quàm vt hoc poſsit orationis curſu luſtrari. Dicam igitur parua de magnis, pauca de plurimis, explorata alijs, mihi probata, qui loquor. *Verus teſtis eſt, qui laudat expertus.* Noui te puerũ puer, in ætatis flore maturitatem mentis oſtendere, imperare moribus, ſeruire doctrinæ. *Cui per facile eſt ornare generoſum, quæ etiam ex obſcuro nobilem facit.* Hæc igitur dignitatis fundamenta ſunt tuæ; tua primum integritas, & continentia, & in decernendis, diiudicandiſque rebus, cum tua, tum eorum, quos iuriſdictionis tuæ miniſtros adhibuiſti, manus clauſa, aperta iuſtitia.

Facilis

facilis enim recti perſuaſor eſt innocens Iudex. *In caſum autem perſonam fictæ ſeueritatis inducit, cum auarus pecuniæ ambitum diſſuadet; cum legibus parendum cenſet iniuſtus.* Eccleſiaſtici præterea ordinis grauis, & conſtans diſciplina; quem Cæleſti gratiæ tam proximum eſſe cupis, quam à terrena cupiditate longinquum. Atque vt multas virtutes vna dicam, benefica, & humana natura, quæ velut fato, aut Genio, inter multos tui ordinis Principes, eſt propriè tua. Quis enim vnquam tam miſer, cui benignitatis tuæ fontes non patuerint? tam derelictus, qui perditis ſuis rebus à te ſubſidium non inuenerit? Quam tibi laudem benignitas iſta non genuit; de multis ipſa virtutibus generata? Cuius tibi animum non obſtrinxit, cũ ſis ipſe nullius mercede largitionis obſtrictus?

Athalaricus Rex Bergantino Comiti.

Lucrantur Principes dona ſua, & hoc theſauris reponunt, quod fama commodis applicarunt. Hic verus potentiæ fructus, hoc Regij ſanguinis, hoc pluſquam humani, etiam Diuini animi documentum. Humiles, & caducæ plantæ proceras, ac ſtabiles ſectantur arbores: fortuna minor Principem quærit, benignitas facit. Hinc illa Barbari, non barbara, ſed plane humana, & digna Principe vox.

Bocchus Maurorum Rex, Salluſt. in Iugurth.

Regem armis, quam munificentia vinci, minus flagitioſum. Arma enim Fortunæ ſunt, munificentia.

ficentia virtutis. Quæ ſi deſit, Rex eſſe deſiit (qui nomen habet ex meritis) & aliud dicitur, quàm in moribus inuenitur. *Primus in orbe Deos fecit timor;* amor auxit; beneficentia commendauit. Tu qui ſis inter homines, bene merendo de hominibus oſtendiſti. *Tribuitur Arbitro.*

Hoc tecum commune Deis, quòd vtriq; rogati,
Supplicibus veſtris ferre ſoletis opem. *Ouidius 2 de Ponto. Eleg. 9.*

Quorum tenuitas præbere ſolet pietati tuæ gloriam, vt aliorum tela potentiæ. *Hoc nitor iſte tui generis deſiderat*: quod clariſsimum, & antiqua ſtirpe decorum. Primus tu in Cordubenſi familia, quæ ipſa inter Hiſpaniæ primas, ſemen generis morum fructibus reddidiſti; nec illis te imparem pateris, quos agnoſcis auctores. Plus enim Metellus in Aſia, & Cato in Hiſpania, de ſua diſciplina, quam per arma laudati. *Quia hoſtē congredi, varius ſemper euentus eſt; indubitata vero gloria, morum cuſtodiſſe menſuram. Cumq; hoſtis deeſt, moribus triumphatur eximijs.* *Caſsiodorus lib. 9. XXV.* Maiores olim tui ex Regibus, Reges ex maioribus tuis, vt loquūtur Hiſtoriæ, procreati. Granatenſe illis, Neapolitanūque Regnū Hiſpania debet, MAGNI DVCIS, cuius tot bella quot triumphi, virtute, ſecundò etiam in deditionem acceptum: & complures in Germania victorias à Carolo

¶¶ lo

lo quinto Imperatore relatas: ex quarum laude Comes D. PETRVS DE CORDVBA aurei velleris eques, Tribunus militum, non exiguam laudem, ipſo etiam, qui præ ceteris laudabilis Imperator, laudante decerpſit. Quid ſecter Hiſtorias? Vidit illos Occeanus bellatores, tremuit tellus armatos, ſenſere aciem gladij belli acies, Claſſes cladem. Oſtendi gloriæ militaris exempla, non expoſui; Chriſtianæ pietatis vnicum eſto pro cunctis, cunctorum exemplum, parens non magis tua, quam noſtra, Domina, ſeu Diua potius CATHARINA, ſeneſcentis ſeculi primæuum decus, quam maturam ſibi Deus Cælo vendicauit, ne immortalis animi corpus, ipſum immortalitate dignum, mortalium oculis, neſcio an aliquid ſimile viſuris, cerneretur. Quæ caſtitas illi? quæ ſanctitas? quanta grauitas? quanta cõſtãtia? eadem quàm iucunda? quàm comis? quàm denique, quod paucis datum eſt, non minus amabilis, quàm veneranda? Sed hæc neque temporis eſt huius, neque ſtyli tenuis ſeges. dabit aliquando iuſtum ſuo tempori opus, & oratoriæ falci manipulos letiores.

Indicaui primum inſcriptionis huius titulum à dignitate tua; attingam alterum ab officio meo; cuius antiqua mihi, meiſque religio. Maiorum

iorum habeo duplex genus,in humanis alterum, alterum in Diuinis. Vtroſque maiores tui magnificè ornarunt. Alteros enim non in oppida tantum ſua,ſed in clientelam etiam perhumaniter exceperunt: alteros (SOCIETATEM) intelligo, primum in Beticam euocatos iudicio commendarunt, auctoritate defenderunt, opibus ſubleuarunt. Extant hodie præclara tam inſignis beneficij monumenta, collegia quatuor, quorum fundationes aut totas, aut magnam partem, maioribus tuis Societas debet. Montellanum inprimis magnum auiæ tuæ clariſsimæ atque piiſsimæ feminæ pignus in Societatem: quam illa tanto ſemper amore complexa eſt, tantis beneficijs auxit, vt magna eius parens, & habeatur à noſtris, & in Hiſtorijs prædicetur. Cordubenſe deinde, quod D. IOANNES DE CORDVBA patriæ Parens, auctore atque adiutore patruo tuo D. ANTONIO DE CORDVBA noſtræ Societatis, virtuti ac bonis litteris dedicauit. Marchenenſe præterea amita tua Duciſſa de Arcos à fundamentis erexit: & Aſtigitanum etiamnum ex familia tua lectiſsimæ atque optimæ feminæ condiderunt. Nec gentis tantum finibus liberalitas iſta ſe tenuit, in Flandriam permanauit. quam in prouinciam nobiliſsimus ille Dux D. GOMEZ

patruus tuus, Societati aditus patefecit. Dixi de dignitate tua, dixi de officio meo: cuius certe fuit, hunc tibi librum inſcribere, & dedicare: Dignitatis erit tuæ ſuſcipere, atque ornare.

(·)

RATIO ET DELINEATIO TOtius operis.

VARIOS Auctorum primæ notæ locos, aut ab alijs prætermiſſos, aut hiſtoriæ veteris ignoratione perperam intellectos, partim ex me quæſitos à viris doctis, partim mea ſponte ſuſceptos, aggredior explicare. Qui cum antiquitate primum & moribus, deinde etiã linguarum poteſtate maximè conſtent: quæ omnia tam cognata ſacris litteris ſunt, vt ſine alijs aliæ inſulſè interdum & ineptè explicentur; hanc mihi partem ſepoſui, in qua potiſſimum elaborarem, vt quantum externæ litteræ noſtris ancillarentur, occaſionibus, quæ ſæpe dantur oſtenderem. Clamabunt fortaſſe nimis quidam religioſi, Miſceri ſacra profanis. At ij diſcãt oportet, quæ ſacris ſeruiunt, profana non eſſe. Hic verò ſacrari potius humana, quàm profanari Diuina. Si rem ipſam ratione & veritate penſauerint, cenſeant, ex illis profanata pleraque ab Ethnicis, quæ à noſtrarum ſacrario litterarum ablata obſcœnis fabulis polluere. Itaq; Chriſtiano ritu luſtrata, ad ſuos iure debent vindicari. Sacris in hac cauſa Doctoribus iudicium eſto: quorum ego ſuffragia, in libro quinto Singularium, non blandita prece, ſed cauſæ merito enucleata captabo.

Inueniat, quod quiſq; velit, nõ omnibus vnũ eſt
Quod placet; hic ſpinas colligit, ille roſas.

¶ ¶ 3 *Volu-*

Voluminis duas partes feci; priorem quinque libris incluſi, duobus poſteriorem. in illa, Sacris maximè litteris, in hac, humanis, in vtraque, Hiſtoriæ & moribus facem prætuli; & librum dedi opuſculis varium, & rebus: Ita enim ſolemus, qui ingenio parũ fidimus, ſatietatis periculum fugere. *Quo certè admoniti, breuitate, quam de induſtria ſectamur, legentium ſiue alleuamento conſuluimus, ſiue etiam voluptati. Faxit Deus Opt. Max. cuius hæc à me nutu elaborata ſunt, & cuius ſolius Gloriæ, quæ cum proximorum vtilitate coniuncta eſt, conſecrantur, vt non aliter atque à me ſuſceptus eſt, à cunctis accipiatur hic labor.*

Plinius lib. 8. Epiſt. ad Arrianum.

LIBRI INDICES.

I. Capitum ſingulorũ; quibus Appendices quorundam locorum inſeruimus; quos moneo vt videas; nam aut confirmant, quæ dicta ſunt, aut illuſtrant.

II. Locorum Sacræ Scripturæ.

III. Locorum, qui ex litteris *Sumanionibus* explicantur.

IIII. Rerum, & verborum.

HAEC INTERFVIT MONERE lectorem, lectoris autem ſcire.

GRÆCA Ex ſuis fontibus Græcè in aduerſarijs noſtris deſcripſimus, ſed coacti characterum inopia, Græcè nō edimus, ſed Latinè ex Vulgatis verſionibus. In quo multorū ſtudijs obſecuti ſumus, qui ita ſe iuuari affirmabant. In quibuſdam autem Græcis characteribus Latine vertendis, atque etiam in interpungēdo, quid correctores, me abſente, peccauerint, nondum licuit videre.

De ſtylo vetreorvt quibuſdam, maximè non bene Latinis, gratus accidat: quibus aut obſcura breuitas videatur, aut varietas implicata. De hac nihil dicam, ſatis enim ſapientibus ſapit. Iudices tibi do viros graues ac doctos, quorum iudicia, non de me, quem neque de facie norunt, ſed de ſcriptis, quæ edicto Regio cēſuerunt, ſub initium libri ſubieci. De illa (de breuitate dico) hoc mihi ſemper in animo, multa non multis, ſed propriè, & ſignificanter dicere; non implere paginas, ſed ſententias. Quod ſi minus aſſecutus ſum, non ego euentum præſtiti, ſed conatum. quem nemo tam cæcus, qui hæc cum videat, non viderit.

K. I. Quidquid hic diſputo, ECCLESIAE CATHOLICAE & ROMANI PONTIFICIS iudicij eſto.

K. II. Si quid in re tam varia, multiplici, elapſum:
Aut ſicubi lapſus: cuiuis docto, erudito,
Supplere, corrigere, FAS ESTO.

K. III. Si quæ in HISTORIA, MORIBVS ve:
non probo auctore, non claris, liquidis,
certis coniecturis, dicta, laudata ve:
Indicta, inlaudata habento.
Si quæ aptè, probè, fideliter:
Auctori DEO laus, gloria, gratiæ ſunto.

K. IIII. Theologus, Criticus, Diuinæ, humanæ SAPIENTIAE ſtudioſus,
Quæ ſtomachi erunt ſui, æquo animo
quiſque capito.
Alterius neuter iniquo carpito.
Qui ſecus faxit. DEVS SCIENTIARVM DOMINVS condonato.

MARTINI DE ROA
EX SOCIETATE
IESV, SINGVLARIVM LOCORVM, AC RERVM,
LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

CRVX VERE SIGNVM BELLICVM, *vt ad gentes maxime conſcribendas ſublatum, ita Romani ad inſtar ſigni inſtructum cum Imperatoris imagine, & titulo. Nec noua illis ſigni adoratio, qui ſua pro Numinibus coluerint. Cruentum, quia pugnæ ſignum.*

AGGREDIOR REM variam Diuinam, humanā, ſæpe miſtamq; ſacrarum, humanarumque litterarum ſtudioſis hæc dico vtriuſque doctrinæ nō prorſus ignarus. Exordienti igitur vnde mihi potius quàm à ſigno crucis, quod cuncta rerum initia & conſecrat, & bene fortunat, exordium? Chriſtiano ritu, vt olim à Dijs gentilitio more. In hoc ego cum intueor, videre mihi videor Vexillū, vt ad conſcribendas gentes ſublatum, ita ſignorum ad inſtar ſuorum inſtructum. Eccleſiam quippe ex gentibus collecturus, ſignum ex arce

proponit Chriſtus, vt veniant ad eum omnes gentes, arma capiant; nefaria ſacra, barbaros ritus, Deorum idola ſubvertant. Militia eſt vita hominis ſuper terram: Imperator Chriſtus; Crux Signum; arma Fides; gladius verbũ, tenenda noſtris, tremenda alienis: infeſta hoſtibus, militibus fauſta. De alijs aliàs, nunc pauca de ſigno. Labarum olim inter ſigna primum: in eo coronatæ imperatorum imagines cum titulis Auguſtorum. Euſebius lib. I. de vita Conſtantini. Cap. XXV. Labarum deſcribens. *Erectum verò haſtile imaginem Pij Imperatoris auream, pectore tenus expreſſam, atque vna filiorum eius habebat.* Ideo Cornelius Tacitus Annal. lib. II. ſigna appellauit propria legionum Numina, & bellorum Deos Imagines Imperatorum. B. Gregor. Nazianz. orat. III. in Iulianum, de Cruce ſic loquitur. *Principatumque (vt ita dicam) in reliqua omnia vexilla tenens, tam quæ Imperatorum imaginibus, atque expaſsis texturis, in varijs tincturis, ac litterarum picturis decorantur,* &c. Quem in locum Scholiaſtes antiquus. *Nam ex prædictis ſignis, alia regum ſimulacris auro depictis, & latis texturis variè tinctis, & inſcriptis exornantur.* De his ſæpe Cornelius Tacitus lib. I. Hiſtor. *Vexillarius direptam Galuæ imaginem ſolo adflixit.* Nec raro Suetonius, de quo infra. De titulis vero Dio in Nerone, de Virginio Rufo. *Ipſum Cæſarem & Auguſtum appellabant, cumque non acquieſceret, militum quiſpiam vni è ſignis celeriter hæc inſcripſit.* Suetonius in Veſpaſiano: *Aſſenſere cuncti, nomenque eius vexillis omnibus ſine mora inſcripſerunt.* Huc etiam ſpectat Statij Poetæ carmen.

Labarum inter Signa primum.

Imagines imperatorũ in ſignis.

Lipſ. ad lib. XV. An. Taciti, & li. III. de Mili. Rom. Dialogo. III.

Aurea clarum nota

Nomen ducum vexilla præſcriptum ferunt.

Signa cũ titulis Auguſtorum.

Iure igitur, & ex ſuo ritu ſignum Crucis gentes agnoſcant, religione plenum, non ſuperſtitione. Nam Signum inprimis quod præcedit exercitum. Quod præterquam quod nomen ipſum oſtendit, multa confirmant. Sæpe cælitus Chriſtianis Imperatoribus in prælium euntibus oſtenſum; illuſtres in eo victoriæ, nobiliſsimi triumphi relati. Et quidẽ primum & maximum inter omnia ſigna, vt olim Labarum, quod etiam nomen merito traxit. Nam Labarum à leuando

Crux verè & propriè Labarum.

labore

labore dictum putat B. Greg. Naziãz. orat. III. in Iulianum. *Quin etiam aduerſus magnum illud vexillum audacia effertur, quod cum Cruce magnificè procedit, in altumque elatum exercitum ducit, ærumnarum ſoluendarũ vim habens, hincque apud Latinos nomen trahens.* Scholiaſtes de eodem. *Soluendorum laborum vim habens, vt quod victoriam conciliare crederetur.* Ac ne quid in eo ad germanam Labari formam deſideres; pendentem habet Imperatoris imaginem. Nempe Chriſti ſuffixi, & quidem coronati, (vt in Labaro Auguſti) ſed ſpinis, nõ lauro. Victoriam enim ſuis peperit, Victoriæ laborem ſibi decreuit. Titulum etiam habet, atque inſcriptionem Auguſti. Regis nimirum: quanquam non Iudæorum tantum, ſed Regum omnium, atque regnorum; axis, & orbis. Recte ergo Prudẽtius de Labaro Conſtantini, contra Symmach.

Chriſtiani Labari deſcriptio.

Chriſtus purpureo gemmanti textus in auro,
Signabat Labarum, clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat; ardebat ſummis Crux addita criſtis.

Nec noua illis adoratio Signi Sacroſancti, qui barbara tã ſtudioſè venerati. Ea enim & locata intẽplis, & adorata. Herodian. lib. IIII. *Poſtquã in caſtra venit, & id ſacellum in quo Signa, & Imagines exercitus adorantur.* Tertull. in Apologet. *Religio tota caſtrenſis Signa veneratur, Signa iurat; Dijs omnibus præponit.* De Labaro Sozomen. Eccleſiaſt. Hiſt. lib. I c. IIII. *Hoc Signum venerabile maxime, quia & principem antecedere, & adorari etiam à militibus ſolebat.* Suet. in Calig. cap. XIIII. *Artabanus tranſgreſſus Euphratẽ, Aquilas, & Signa Romana, Cæſarumque imagines adorauit.* Quid ni populus gentium è tenebris tranſlatus ad lucem ſacroſanctum Signum adoret, in quo nõ inania Principum Simulacra, ſed ipſe Rex Regũ pro ſalute ſua pependit.

Signa olim pro numinibus adorata. Lipſ. ad lib. II. An. Taciti.

Quod autem cruentum ſanguine cernitur, ne id quidem myſterio vacat; quippe ſignum pugnæ. Quicunque enim in Chriſtum pendentem oculos ſuſtulerit, & cruentum corporis velum aſpexerit: ſciat ſe ad bellum, ad arma vocari. Nõ venit pacem mittere in terram, ſed gladium. Vt tollat vnuſquiſque Crucem ſuam & ſequatur Imperatorẽ, cui victoria

Crux ſignum cruentum & quare.

non voluptate conſtitit,ſed ſanguine. Neque alienum hoc à gentium ritu: Romani enim vbi decretũ erat pugnare,tunicam coccineam in haſta proponebant:vt eo ſigno milites monerentur ſe,& arma parare: addo etiam vt accenderentur ad pugnam:& ita exiſtimarent, ſibi pro vita,quæ in ſanguine ſignificatur, (cuius colore ſignum) eſſe dimicãdum. Plutar.in Fabio. *Pugnæ ſignum propoſuit: eſt autem tunica coccinea ſuper tabernaculum imperatoris extenſa.* Idem in Bruto. *Vna cum luce propoſitum fuit Bruti, & Caſsij caſtris ſignum: Punicea tunica.* D. Iſidorus. *Ruſſata pridie quam dimicandum eſſet, ſolebat ante principia poni, quaſi admonitio, & indicium futuræ pugnæ.* Factum itaque vt pro vita,& ſanguine certamen eſſe intelligerent:aliàs enim in ludicro,ideſt,in Circenſibus, ſignum album lætitiæ,& voluptatis argumento. Martial.

Coccinea tunica pugnæ ſignum.

Cretatam prætor cum vellet mittere mappam.

Signum ludicræ pugnæ album.

Quare cum ad clamores,non ad riſus vocantur,ad rẽ,nõ ad ſpeciem,ad gladium non ad rudem producuntur,non albo,ſed ſanguineo ſigno coguntur. Is enim color,ad ſanguinem pro patria fundendum invitat, & profuſum ante à ſuis oſtentat,vt in eorum vindictam armentur, & ſuum pro illis profundere non formidẽt. Apud Hebręos etiam Eliſam filius Ruben Vexillũ Rubrum cum hominis capite depicto geſtabat:quo Ruben primogenitus,& familiæ caput eſſe ſignificabatur. Ita ſcribunt Hebræi in cap.II.Numer. Itaque cũ Signũ Crucis erigitur, ab bellũ euocamur,vt olim de quibus Arnob. *Cum paratis bella, Signũ monſtratis ex arce.* Scilicet ad delectum faciendum. Ad quod alluſit Virg.

Signum tollere quid.

Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce,
Extulit.

Quod ipſe etiam imperator Chriſtus non obſcurè ſignificauit,cum dixit: *Et ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum.* Nempe concurrent velut ad Signum milites. Ipſe enim Chriſtus ſolus & Signum,& Signifer. Quia ipſe ſignũ prætulit,nempe Crucem portauit, & in Cruce clauis ſuffixus eſt,vt Crucis Vexillũ compleret: quæ olim ſine honore,quia ſine imperatoris Imagine: nunc autem illuſtris, & veneranda,

veneranda, quia ex ea pendet vetus, & vnicus imperator Chriſtus Opt. Max. Cæteri autem qui Crucem ſuam ſuſtulerunt, nō duces ſunt, neque Signiferi, ſed Legati. Ideſt, *Tenientes*: qui ſecuntur Chriſtum: Ita ipſe. *Tollat Crucem ſuam & ſequatur me*. Scilicet tanquam verum Signiferum. Ideo non ſine myſterio Cāt. V. dicitur electus ex millibus: Hoc eſt, vt Hebræi vertunt, *Vexillatus de myriadibus*, ideſt, vexillum inter myriades, ſiue inter omnes militum copias ſolus præferés. Et vere vexillatus, Hiſpanè, *Envādcrado*, quaſi dicas in vexillum indutus: quia ad Crucem affixus ita eſt, vt Crux ad ipſum, & ipſe ad Crucem videatur aptatus. Aliàs enim, quis vnquā Imperator in Signo, vt in Cruce Criſtus? nemo certè. Vere igitur hic vnicus præ cæteris vexillatus. Ideo expaſſis in Cruce manibus, & toto corpore ita conſtituto, vt in omneis orbis terræ partes ſpectaret: quia omnibus ſignum propoſitum. B. Greg. Naz. de virginitatis laude.

Quin etiam expandens ſacrati corporis artus
In fines orbis, mortale ex finibus orbis
Contraxit genus, atque hominem contraxit in vnum.

B. Damaſ. de Orthod. lib. IIII. cap. XII. *Sicut quatnor extrema Crucis per medium centrum vinciuntur & iunguntur; ſic per Diuinam potentiam ſublimitas, & profunditas, longitudo, & latitudo, ſiue omnis conſpicua, & inconſpicua creatura continetur.* Docet hoc Sedulius:

Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis.
Splendidus auctoris de vertice fulget Eoüs: *B. Aug. in Pſal. CIII. & alibi.*
Occiduo ſacra lambuntur ſidere plantæ:
Arcton dextra tenet, medium læua erigit axem.

Sed de hoc plerique è patribus, quos moneo vt videas. Expreſſus in Iſaia locus de hoc Signo Cap. II. *Et leuabit ſignum in nationes, & congregabit profugos Iſrael. Et diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ.*

CAPVT II.

CRVX VERE SIGNVM COCCINEVM

eius effecta. Coccineum quia pro hominibus, & contra Dæmonas Solicitudinis Symbolū. Veſtes olim Coccineæ in bello. Spreta virtus pro ſupplicio contemtoribus eſt. Chriſti ſanguis quaſi ebibit maculas, & ſanguinem peccatorum. Loci aliquot ex Zachar. Habacub. Pſal. Apocalip. illuſtrati.

DIXI ſignum Crucis ideo cruentum quia pugnæ ſignum: deinde quia leuatum in nationes maximè, vt docuit Iſaias, quibus pugnæ ſignum tunica Coccinea. Iuuat Origenes Hom. III. in cap. II. Ioſue: *Rahab meretrix*
Funiculus *ſignum Coccineum ponit in domo ſua, per quod ſal-*
Coccineus *uari debet de excidio ciuitatis. Aliud nullum fuit ſignum quod acci-*
Chriſti ſan *peret niſi Coccineum, quod ſanguinis formam gerebat. Sciebat enim*
guinis ſym *quod nulli eſſet ſalus niſi in ſanguine Chriſti.* Vides ſignum Coc-
bolum. cineum in ſalutem fuiſſe Rahab? tu credentes intellige populos, in quorum ſignum, Iſaia teſte, ſublatus eſt Chriſtus.
Signum Coc Et adhuc clarius ad hunc ritum Homil. XXXV. in Mathæū,
cineum ſalu- Tom. III. *Induerūt eum Chlamydem Coccineam, quæ myſterium erat*
tis ſymbolū. *Coccinei ſigni quod ſcriptum eſt in Ieſu Naue, quod in ſalutem ſuam habuit illa Rahab.* Coccineum itaque ſignū Chriſtus in Cruce ſuo ſanguine tinctus, qui vere purpura, & quidē Regia.
Veſtes in bel Ambroſ. ſer. XVII. in Pſal. CXVIII. *Sanguis Chriſti purpura eſt,*
lo Coccineæ. *qui inficit ſanctorum animas, non ſolum colore reſplendens, ſed etiam poteſtate.* Nam & nios etiam priſcis vt in prælium irent in pu-
Xenoph. niceis: De Cyri exercitu Xenoph. lib. VI. de Pædia Cyri. *Itaque vniuerſus exercitus ære fulgurabat, puniceoque florebat ornatu.* Abdacatus vero dux inter arma & ornamenta, *Tunicam purpuream ad pedes vſque tendentem* induitur. Idem de Lacedæ moniis, aliiſque nationibus ſcribitur ab Alexandro ex Valerio, Aeliano, Plutarcho, & Xenophōte. Sed addo de Chal-
Nahum. II. dæis. Nahum. II. Nabuchodonoſoris exercitus aduerſus Aſſyrios in Coccineis venit. *Clypeus fortium eius ignitus, viri*

exercitus

exercitus in Coccineis. Quod eo conſilio factum, vt ſanguis, ſi quis ex impreſſo vulnere expreſſus, abſorberetur à cocco: tũ illi confidentius, & ſine pauore dimicarent. Sed nuſquam hoc tam verum quam in ſanguine Chriſti, qui, vt ſupra dixit Ambroſius, animarũ Coccinea veſtis, qua procedit ad pugnam. Id quod Tertullianus apertè de corona militis: *Illic purpura tua ſanguis Dñi.* Deinde quia ſanguis Chriſti profuſus animas tingit, & quaſi ebibit ſanguinem peccatorum (nam & ſanguis in ſacris peccati ſymbolum) ita vt nuſquam appareat. Quin & mortem ipſam quæ profuſionem ſcelerati ſanguinis conſequitur, prorſus abſorbet. Nonne Apoſtolus: *Abſorta eſt mors in victoria tua.* Hinc tu ſcias cur per ſanguinẽ ſcelera ſignificentur, quia ſanguinem in quo ineſt vita, ac proinde vitam ipſam effundunt, cui mors funeſta ſuccedit. Ideo *Per peccatum mors.* At Chriſtus *Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Hoc eſt, ſanguinẽ noſtrũ ſuo ſanguine abſorbuit. Nã quemadmodũ qua veſtes eluũtur aqua, ſordes veſtiũ cõtrahit: mundę veſtes, aqua ſordidata conſpicitur: ita peccata noſtra quæ erant *Sicut Coccinum,* Sicut nix dealbata ſunt. At Chriſtus Coccinea chlamide induitur; quia peccatorũ in ſe trãſtulit ſordes: nõ vt retineret, ſed vt elueret. Magni hinc hominibus & ornatus, & ſpiritus in prælium. Nã vt profluens ſanguis exanimat; ità repreſſus & abſortus confirmat. Facit à me Chryſoſt. Homil. XLV. in Ioan. *Hic noſtrarum animarum ſalus eſt, hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incēditur.* Redeo ad ſignum.

Chriſti ſanguis quaſi ebibit ſanguinem peccatorum.

D. Chryſoſt.

Hoc igitur ſignum quia pro hominibus contra Dæmones, ideo Coccineum, ſiue cruentum. Nihil enim perinde mortales accendit in hoſtem, quam acceptæ iniuriæ ſub oculos propoſita monumenta. Hæc enim dolorem oculis afferunt, animis iracũdiam: quæ duæ in prælio faces. Æneas alioqui pius iam iam Turni ſe ſe precibus flectens, cum cruẽta Pallantis à Turno occiſi ſpolia videt, tam acriter commouetur, tam ingentem animo iracundiam concipit, tam vehementi dolore cõcutitur, vt pene ingenitæ pietatis, atque clementiæ oblitus, & nouo furore correptus illũ cõfoderit. Virg-

Crux ſignum cruentum.

Dolor atque iracũdia, duæ in prælio faces.

Virg. XII. Virg. Æneidos lib. XII. rem narrat.

Stetit acer in armis
Æneas voluens oculos, dextramque repreſsit.
Et iam iamque magis cunctantem flectere ſermo
Cœperat, infelix humero cum apparuit alto
Balteus, & notis fulſerunt cingula bullis
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus
Strauerat, atque humeris inimicum inſigne gerebat.
Ille oculis poſtquam ſæui monumenta doloris,
Exuuiaſque hauſit, furijs accenſus, & ira
Terribilis: tu ne hinc ſpolijs indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & pœnam ſcelerato ex ſanguine ſumit.

Agel. lib. V. c. IX. ex Herodoto.

Tam ardentes hic dolor faces admouet, vt etiã mutis vocem expreſſerit. Creſsi enim Regis filius ab infantia mutus, cum hoſtem ruere in parentem cum diſtricto gladio, cerneret, tanto dolore commotus eſt, vt nimio nixu & linguæ nodum ruperit, & in vocem eruperit, qua hoſtem à cæde deterruit. Quidni Chriſtiani homines, cum in Chriſti cruentum corpus aſpiciant, & coronatum ſpinis caput, & lacera membra, & hiantia vulnera contueantur, quæ, antiqui hoſtis opera inflicta, & noſtra cauſa ſuſcepta ſunt, in ſui, atque Dæmonis odium, & vindictam armentur. Credant ne huius blanditijs? concedãt carnis illecebris? non oderint voluptates? non exerant pœnitentiæ gladios, & eos hoſtes, (peccata dico) à quibus mors Chriſto allata, cõcidant. Itaq; hæc iniuria Parenti Chriſto irrogata cum oculis vſurpatur animos accendit ad pugnam. Ideo igitur Coccineum Crucis Signum, vt in Chriſti vulneribus noſtra vulnera videamus, & ad ea vindicanda acrius inflammemur. Aptè Origenes lib. VI in Epiſt. ad Rom. *Eſt enim tanta vis Crucis Chriſti, vt ſi ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, ita vt in ipſã mortem Chriſti intentis oculis mentis aſpiciatur, nulla concupiſcentia, nulla libido, nullus furor, nulla ſuperare poſsit inuidia: ſed continuo ad eius præſentiã totus ille, quem ſupra enumerauimus, peccati & carnis fugatur exercitus.* Tum quia nos illo aſpectus ſollici-

Chriſti conſpectus in odium peccati atque vindictam armat.

Orig. in Ep. ad Rom.

tos

tos reddit, & in hoſtes accendit: tum quia illos exanimat & conſternat. Ideo Chryſoſt. Crucem ſolicitudinis ſymbolũ appellauit, Ser. 11. in cap. 1. Epiſt. ad Rom. *Etenim Crux illa propter nos eſt, ineffabilis erga humanum genus charitatis opus, multæque ſolicitudinis ſymbolum.* Vidiſti Chriſtianæ militiæ Signũ Coccineũ pro hominibus: accipe contra Dæmones. Cruẽtum igitur vt in eo ſuum ſcelus agnoſcat Dæmon, qui & peccati auctor, & ſupplicii fuit; illius in homine, iſtius in Chriſto. Nihil autem perinde reum exanimat, atque patrati criminis ante conſpectum obiectus, qui vnus pro cruce, & ſupplicio eſt. Perſius Poeta peracutus & intelligẽs, cognitionem ſpretæ virtutis, contemtoribus pro ſupplicio imprecatur. Satyr. III.

B. Chryſoſt.
Crux ſolicitudinis ſymbolum.
Crux Signũ cruentũ quia contra Dæmones.
Perſius.

Magne Pater Diuũm ſæuos punire tyrannos
Haut alia ratione velis, cum dira libido
Mouerit ingenium feruenti tincta veneno:
Virtutem vt videant, intabeſcantque relicta,
Anne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci,
Et magis auratis pendens laquearibus enſis
Purpureas ſubter ceruices terruit?

Maiorem enim, vt ait Plutar. eſſe cenſebant miſeriam à cognoſcente, quam ab ignaro virtutes, & bonas artes negligi. Atque vt ait Horat.

Plutarch.
Horat.

Virtutem incolumen odimus,
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

Nõ diſsimili imprecatione vtitur Philoſophia apud Boetium: ſed ego ad rem. Vt nihil æque reum à ſui defenſione cohercet, quam admiſsi criminis cognita turpitudo, ita nihil hoſtem congredictem frangit, atque debilitat perinde atque iniquitas ſuſcepti belli propoſita: ſi agnoſcat ſe ac videat non iure, ſed iniuria prouocare. Tunc enim & præ pudore vultus concidit, & præ metu ſpiritus ab animo, & arma de manibus collabuntur. Ergo vt dæmonem Chriſtus exanimet, in Cruce ſe ſe illi cruentum oſtentat: cuius ille facinoris & iniuriæ cum auctor extiterit, & fœdatum ſanguine corpus aſpexerit; iniuriæ tam atrocis memor neque

Contẽta virtus pro ſupplicio eſt.

audebit congredi, & manus dabit. Hinc tu myſterium capias: cur Zachar. III. cũ Satan ſtaret à dextris Ieſu ſacerdotis magni vt aduerſaretur ei, Ieſus eſſet indutus veſtibus ſordidis. Stat hoſtis acerrimus, mucronem intentat, addicit morti, ac deuouet ſacerdotis caput; ille nudum latus, nudũ caput, ac corpus, aut quod in bello pro eodem eſt, lacera & ſordidata veſte indutum opponit? Viderat iam ante cogreſſum iſtum Regius Propheta Dauid, viderat Chriſtum Ieſum, cuius ille typum gerebat, viderat ſeſe ad prælia cõparantem: ſed hortatus eſt vt gladio ſe ſuccingeret, & ſuo ſe robore armaret. *Accingere gladio tuo ſuper fæmur tuum potentiſsime.* Viderat Propheta Iſaias, idemque præmonuit. *Conſurge, induere fortitudinem tuam brachium Domini.* Quid laceris cruentiſque cum prælio veſtibus? At Imperator Chriſtus pro æreo thorace, ſanguineam chlamidem, pro ferreis manicis ocreiſque, ferreos clauos; pro galea, ſpinas; pro militum præſidio, ſolitudinem, pro tubarum clangore, ſilentiũ, atq; patientiam cum hoſte congreſſurus opponit. Neque enim *In fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibijs viri beneplacitũ erit ei.* Verum nullus æque potens gladius, atque cruenta caro, nulla præſtantior fortitudo aduerſus hoſtem, quàm ipſa lacerati corporis infirmitas: quam vt cernit, debilitatur ac frangitur, quoniam eius atrocitatis eſt auctor. Conſonat locus

Apo. 19. Apocal. XIX. *Et amictus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocabatur nomen eius verbum Dei.* Itaque cum ad pugnam progreditur, in cruenta ſiue purpurea veſte, & equo rufo proce-

Hierony. in Iſai. dit. Hieronym. in Iſai. cap. LXVI. *Equo rufo ſedebat Dominus atque Saluator humanum corpus aſſumens, cui dicitur; Quare rubra ſunt veſtimenta tua? &, Quis eſt iſte qui aſcendit de Edon, fulua veſtimenta eius de Boſra? &c. Equo autem ſedebat albo quando poſt reſurrectionem, immortale & incorruptum corpus aſſumſit: & quicunque eum ſequebantur candidis vtebantur equis; incorruptis videlicet immortalibuſque corporibus.*

Aptè itaq; ſordidis veſtis Satanæ Ieſus ſacerdos obiectat, vt cum in eis ſuam iniquitatem agnoſcat, cohibeat manum: ac ſe ſe mittat in fugam. Ibat ille alcer *Spirans minarum ac cæ-*

dis in diſcipulos Domini; Sed ſimul atque illi cauſæ iniquitas opponitur, omnis ille irarum ardor extinguitur. *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Quod perinde eſt ac ſi diceret, vides quã iniquè agas? Satis enim eſt ſi viderit, vt ne agat. Hebræorũ genus cæde, ac ſanguine vaſtare aggreſſus Aman, vbi facti atrocitatem, à Regina ſibi propoſitam videt, *Illico obſtupuit, vultum Regis ac Reginæ ferre non ſuſtinens.* Hierem. II. *Quomodo confunditur fur, ſic confuſi ſunt.* *Hierem. 2.*

Hinc tu querelæ, quam habet Propheta Habac. I. c. vim facile capias. Nam cũ queſtus eſſet, diu ſe precibus à Deo, vt populo parceret, contendiſſe, neq; impetraſſe: hæc addidit. *Quare oſtendiſti mihi iniquitatem, & laborem videre, prædam & iniuſtitiã contra me.* Quod perinde eſt, ac ſi diceret: tam iratus es populo tuo, vt non ſatis habeas precibus, & clamoribus meis non annuere: vis etiam mihi os obſtruere, ne clamem, ne forte, quæ tua bonitas & clementia eſt, furorẽ tuum auertas. Nam cum mihi ante oculos populi ſcelera proponis, quaſi vincula & frenum mihi in labia injicis. *Me quebrais las alas, y cerrais los labios para que no hable.* Quis enim cum iniquitatem populi cernat, atque iniurias quibus nomen ſanctum tuum affecit, audeat ſe deprecatorem interponere, aut etiam aſpectum tuum ſubire? Vis ne igitur, quaſi diceret, populum iſtum nemine intercedente delere? *Habac. I. lux allata.*

Non diſsimile illud ex Pſal. XLIX. vbi cum peruerſum hominis ingenium deſcripſiſſet Dominus dicens: *Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſum filium matris tuæ ponebas ſcandalum.* Continenter addit: *Exiſtimaſti inique quod ero tui ſimilis? arguam te & ſtatuam contra faciem tuam.* Quaſi dicat, non ego tui ſimilis ſum, qui malefactis, maleque dictis delector, aut cauitia, quæ in abſentes iniuſtè conijcis, æquo animo feram: quin potius obſtruam tibi ora, cum tibi corã cuiuſmodi ſis dixero, & vitæ ſordes ac maculas ante oculos obiecero. Tunc enim tantum tibi negotii erit in tuis, ſiue occultandis, ſiue eluendis, vt ab alienis abſtineas. Tantus tibi ex tuis pudor elicietur, vt ne ad tollendos quidem oculos, nedum ad conſideranda aliorum vitia ſpiritus ſuperet. *Illuſtratus locus ex Pſal. 49.*

peret. Hiſpani ſic. *Yo os leere la cartilla, y en medio de la cara os dire quien ſois, y os pondre a los ojos vueſtra vida y milagros, para que de corrido y avergonçado los quiteis de los agenos, y os deis cien puntadas en la boca.* Hoc enim eſt arguere, & ſtatuere contra faciem.

Contra vero nihil tantos animos militibus facit, quàm æquitas cauſæ, atque ratio belli iure ſuſcepti; adeo vt fœminis ipſis virtutem, conſtantiam, ſpiritus afferat, vti in Iudith, & Delbora videas: quæ, duo per omnem æternitatẽ, nobiliſsima magnorum ducum opprobria. Nos igitur iàs noſtrum Chriſto duce, & per Crucis Signũ perſequimur: ideo virtus nobis ab illius conſpectu. Dæmon iniuriam poſt inuectum ſcelus atrociſsimam infert; ideo magna illi animi conſternatio. Dedi campum; excurrat lector intelligẽs, ego aliò curſum intendo.

CAPVT III.

SIGNI COCCINEI VSVS EX RAhab facto Ioſue II. translatus ad gentes: ex his ad Chriſtianos etiam deriuatus. Signum ſublatum bonæ ſpei Symbolum: ita etiam Crux. Manus olim in ſignis extenta, cur? ad id alluſum ſæpe in ſacris litteris, ex his plures loci illuſtrati.

Signum Coccineũ terrorẽ pariter atq; ſpem adfert.

COCCINEVM Signum vt hoſtibus terrorem, ac metum; ita bonam ſpem, bonoſque animos militibus adfert; illis, quia ſanguinem minatur; cum quo cognationẽ habet is color: his, quia in ſanguine tutos ſe à periculis arbitrantur. Clem. Alex. lib. III. Pædagogi, de Germanorum capillitio, ſic ſcribit: *Flauus ille color bellum minatur, vt qui videatur habere cognationem cum ſanguine.*

Clem. Alex.

Coccineus color cur tutos præſtare credatur.

Sed vnde natum, vt Coccinea tutos præſtare credantur? Ego ſic opinor, à ſacris litteris ortũ. Nã Iſraelitæ, qui agni ſanguine poſtes inunxerant, à cæde liberati ſunt. Itaque Ægyptij eius rei memores, omnes in ſingulos annos

arbores,

arbores, pecora, & alia multa rubrica illinere didicerunt, aduerſus incendium, & alia incommoda ſubſidio præſtantiſsimo. Præit mihi B. Epiphan. lib. I. cõtra Hæreſes. XVIII. Hær. *Quin & ouiculæ in Ægyptiorum regione mactatæ adhuc apud Ægyptios traditio celebratur, etiam apud idololatras. In tempore enim quando paſcha illic fiebat (eſt autem tunc principium veris, cum primum fit æquinoctium) omnes Ægyptij rubricam accipiunt per ignorantiam, & illinunt oues, illinunt arbores, ficus, ac reliquas; prædicantes ac dicentes, quod ignis in hac die combuſſerit aliquando orbem terrarum; figura autem ſanguinis ignicolor, veniendam auxiliare eſt talis ac tantæ plagæ.* Et certe non immerito exploratores à Ioſue miſsi in vrbem Iericho funiculum Cauponę Coccineum præbuere, quò ſe ac domum tutam in bello præſtaret; nec fruſtra color etiam notatus ab illis, perinde atque ſalutis in eo ſymbolum ineſſe conſerent. *D. Epiphan.*

Aethnici vero eundem etiam morem, eandemque opinionem ſiue ab Hebræis, ſiue ab Ægyptiis acceperunt. Video enim Coccineis vittis ornata templorum limina in feſtis. Proper. lib. IIII. Eleg. X. de æde Bonæ Deæ. *Coccineis vittis ornata tẽpla.*

Deuia puniceæ velabant limina vittæ: *Propert.*

Putris odorato luxerat igne caſa.

Quin & pueris etiam appenſus olim funiculus Coccineus cum inter gentes, tum etiam inter Chriſtianos, ſiue ad auertendum faſcinum, ſiue ad quæcumque alia pericula depellenda. Bonus mihi auctor Chryſoſtomus Homil. XII. in Cap. IIII. Epiſt. I. ad Corinth. Is enim cum alias eius ſæculi ſuperſtitiones perſtringeret, ita ſcribit: *Quid? ſi quis diceret quæ circumponuntur ornamenta, & bractea manibus pendentia, & Coccineū ſtamen, & alia omnis ſtultitiæ plena.* Sed quã obrem id fieret, Paulo poſt: nempe quia tutum incolumẽque puerum præſtari putarent. *Subtegmen autem, & ſtamen & alia eiuſmodi, quæ puero alligantur, pueri incolumitatem ſeruãre creduntur.* Quod autem communis gentibus, Chriſtianiſque ritus, idem Paulo poſt. *Et quod apud Gẽtiles hæc fiãt nihil mirum. Verum quod apud eos qui Crucem adorant, & arcana myſteria communicant, & huiuſmodi Philoſophantur, hæc ignominia.* *Fune. Coccin. pueris appenſus.* *B. Chryſoſt.*

minia prævalet: hoc ſane maximè deplorandum. Vbi velim ſingula mihi verba notes, ac diligenter expendas. Cuncta enim Doctrinæ reconditioris plena reperias. Dolendum itaque dicit inprimis eos, qui crucem adorant, illis ſuperſtitionibus obligari: quod perinde eſt ac ſi dicat; illos eſſe commiſeratione dignisſimos, qui cum habeant verum Signum Coccineū in Cruce, quo ſe tueātur; velut trāsfugæ à Chriſti militia, ad diaboli caſtra deficiant, & illius ſe ſigno communiant. Quid autem ſunt arcana illa myſteria, quæ Chriſtiani cōmunicant, niſi Crucis ſanctisſimæ ſacramenta, cuius arcana Symbola ſunt ſanguis ille, qui poſtibus Iſraelitarum aſperſus, illos à cæde vindicabit; & funiculus alter Coccineus, quo familiā ſuā Rahab meretrix ab excidio liberauit.

Cant. 4. lux affertur.

Huc etiam ſpectant illa Cantic. IIII. *Sicut vitta Coccinea labia tua.* Quibus certo verbis adluſum Hebræi putant ad funiculum Coccineum, cuius conſpectu ſeruata promiſſa, & ſalutem ac libertatē Rahab meretrici ſcribitur. II. Ioſue. Eccleſiæ itaque labia Coccinea ſunt, quia vniuerſa eius Doctrina, quæ per labia ſignificatur, tota Coccinea eſt: ideſt, tota Chriſti ſanguinem, qui noſtræ ſalutis pretium eſt, aſpirat. Hæc autem Doctrina, & ipſa fidelis per ſe eſt, quia teſtimonium Domini fidele, & quæ promittit iuſtis præmia ſumma fide largitur; & vitam atq; ſalutem ijs omnibus præbet, qui de Eccleſia ſunt. Nam qui ab illa deficiūt, ij vero mortem ſibi parant ſempiternam. Enim vero Chriſtus, qui Eccleſiæ caput eſt, *verba vitæ æternæ habet.* Rectè itaque labia Coccinea tribuuntur Eccleſiæ, vt in ipſo etiā colore, verbi Dei atque Chriſtianæ fidei ſalutaris vis, atque poteſtas ſignificaretur: deinde quia ſponſæ Chriſti, ideſt, Eccleſiæ ſermo totus Chriſti ſanguine tinctus eſt, hic earum ſit neceſſe eſt, quæ ſe Chriſti ſpōſas profiteantur. Audi ſuaviſsimum Bernardum de Paſsione Dñi Cap. XXXI. *Sponſarum ergo agni, hoc eſt, virginum Chriſti labia præcipue debet eſſe ſicut vitta Coccinea, vt ſermo earum ſemper charitate ardeat: Paſsione agni, & Sponſi rubeat, qui ſemper debet eſſe in corde, ſemper in ore candidus & rubicundus dulcis Ieſus.*

D. Bernar.

Quare

Quare cùm tolli crucem, & cruentum in ea Chriſti corpus aſpexeris, in bonam ſpem erigitor. Nam & veteri ex ritu ad ſpem oſtendendam, confirmandosque animos, ſublatum ſignum accepimus. Ita Cicero pro Marcello: *Et his omnibus ad bene de rep. ſperandum quaſi ſignum aliquod ſuſtuliſti.* Quem locum Politianus in Epiſtolam VIII. ad Innocẽt. Põtif. Max. ita tranſtulit. *Tu quando nobis aliquod ceu ſignum ex arce iſta tui Pontificatus ad bene ſperandum ſuſtuliſti, &c.* Nec alium certè B. Chryſoſtomus ſpectare mihi viſus eſt, cum Homil. IIII. de Cruce, & Latrone, Sacroſanctam Crucẽ, *Spem deſperatorum, inualidorum virtutem appellauit.* Sed Iſaiæ XI. hæc Crucis virtus mirabiliter expreſſa. *Qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur.* Hoc eſt, ad eum cõfluent: vbi phraſis Hebræa peculiariter ſignificat, ſpe quadam concepta ad aliquem tanquam ad præſidium, portũque tutiſsimum ſe recipere. B. Chryſoſt.

Denique vt de ſigno definiam, cum conſtet inter Romana ſigna, quædam in Crucis formam, & ſupra eã extenſam manum, & leuatam præferri, non aberrauerit, opinor, is, qui exiſtimarit ad eum ritum adluſum ſæpe in ſacris litteris, maximè cum ad gentes, aut de gentium vocatione fit ſermo. Iſaiæ XLIX. *Leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum.* Vbi poſterior pars priorem interpretatur. Manus enim ſignum eſt, quo populos ad militiã euocat. An quia pacis, & amicitiæ Symbolum, vti de Perſis Xenophõ Lib. VI. de Pædi. Cyri. de Heduis Cæſar Lib. VII. de Bello Gallico. De Romanis Plutarchus in Othone. Et Chriſtus eos tametſi nõ amicos, ſed hoſtes, amicè, & humaniter accipit, atque vt vulgo dicitur, Los recibe de paz. *Cum adhuc enim inimici eſſemus, ipſe pro nobis mortuus eſt*, atque, vt alibi diximus, *Suſcepit eos de via iniquitatis eorum.* Nam cum adhuc in alienis caſtris, ſub hoſtili principe, & ſigno ſtipẽdia facerent; & aduerſus ſe Idololatriæ arma tractarẽt: ſumma cum benignitate vocauit, venientes cũ maiore recepit. Huc etiã referri poteſt illud Prouerb. I. *Extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret.* Queritur enim, quod cum multos ad ſe

Manus in ſignis.

Iſaias 49.

Xenophon.

Prouerb. 1.

veluti

veluti ſublato ſigno euocaſſet, nemo nomen illi dediſſet. Cuiuſmodi alia multa ſunt in Sacris, quæ ex his non difficile fuerit æſtimare.

Adluſit etiam Regius vates Pſal. CV. *Et eleuauit manum ſuã*
Pſal. 105. *ſuper eos; vt proſterneret eos in deſerto: Et vt deiiceret ſemen eorũ in nationibus, & diſperderet eos in Regionibus.* Hoc eſt, *Enarbolo vandera contra ellos:* partim in deſerto fudit, partim etiã fugauit, ac varias diſperſit in nationes. Simile illud Pſalm.
Pſal. 179. LXXIII. *Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem.* Hoc eſt, tolle ſignũ tuum, immitte exercitũ in hoſtes tuos, illos bello perſequere, donec omnes ad vnum concidant. *Leuantad vueſtras vanderas contra eſtos fanfarrones, baſta dar cabo dellos.* Nã vt Paulo poſt: *Gloriati ſunt qui oderunt te. Poſuerunt ſigna ſua, ſigna.* Quando igitur eò audaciæ proceſſerunt, & in tãtam ſuperbiam elati ſunt, vt nihil veriti Religionem vrbis ac tẽpli, ſigna inferre, atque trophea erigere in ea nõ dubitauerint; oppone ſigna ſignis, virtutem audaciæ, trophea tro-
Ezechiel. 35. pheis. Non diſsimile illud Ezechielis. XXXVI. *Ego leuaui manum meam vt gentes, quæ in circuitu veſtro ſunt, ipſæ confuſionem ſuam portent.* Hoc eſt pugnabo pro vobis aduerſus illos, & reddam vltionem hoſtibus veſtris: quamquam ad
Ezech. 16. iurandi ritum hoc alias referatur. Et cap. XVI. *Ecce ego extendam manum meam, & auferam iuſtificationem tuam, & dabo te in animas odientium te filiarum Paleſtinarũ.* Quaſi dicat, Ego hoſtibus tuis ſignifer ero, vt irruant in te, vt ſacra ſimul, &
Zacha. 11. profana diripiant, & ulciſcantur me. Zachariæ. Cap. II. Cum dixiſſet Dominus: *Poſt gloriam miſit me ad gẽtes, quæ ſpoliauerũt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillã oculi mei;* Addit ſtatim; *Quia ecce ego leuo manum meam ſuper eos, & erũt prædæ his qui ſeruiebant ſibi, & cognoſcetis quia Dominus exercituum miſit me.* Itaque legatũ ſe dicit Imperatoris; & eius loco bellum aduerſus hoſtes gerere; ideo Leuare manũ, ideſt ſignum tollere, & exercitum in aduerſarios ducere. Iſaiæ. IX.
Iſaiæ. 9. *Et leuabit Dominus hoſtes Raſin ſuper eum; & inimicos eius in tumultum vertet &c.* Deinde adiungitur. *In omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.* Ideſt, adhuc

ſignum

ſignum pro caſtris ſublatum, vt bellum contineret. Ideo ſæpe mentio de hoſtibus, & de exercitu: & ſe dicit Dominum exercituum; nam vbi ſignum, ibi Imperator, & cōtra. Quare proximè ſic: *& populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe, & Dominum exercituum non inquiſierunt.* Non nego autem Leuare manum, & percutere, idem interdum eſſe: ſed vbi mētio de armis, hoſtibus, & exercitu, iuxta ſubiectam, vt aiunt, materiam cenſeo explicandum.

CAPVT IIII.

MANVM CONSERENDI ATQVE inijciendi mos in iudicijs, non apud Romanos ſolum, ſed etiam apud Hebræos vſurpatus. Loci aliquot ex libro Iob, & ex Prouerbijs aptius explicati.

INCIDIT eruditus quidam homo in locum illum Ciceronis in I. de Orat. vbi cū de oratoris partibus ageret, diceretq; Craſſus, cum omni doctrinarum genere inſtructum eſſe oportere: Scæuola, *Quod verò*, inquit, *in extrema oratione, quaſi tuo iure ſumſiſti; oratorem in omnis ſermonis diſputatione copioſiſsimè poſſe verſari; id, niſi hic in tuo regno eſſemus; non tuliſſem: multiſq; præeſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu conſertum vocarent, quòd in alienas poſſeſsiones tam temere irruiſſes.* Hæc ille cum legiſſet, confeſtim ad me: Cur, inquit, ex iure manu conſertum? aut quid eſt manū conſerere? an etiam ritus hic apud Hebræos? Tum ego, Agellius, inquā, hæc optimè lib. XX. cap. IX. Docet enim conſeri manū in re, atque in loco præſenti apud prætorem: contra in abſenti, ex iure manu conſertum vocari. Conſerere autem manū nihil aliud eſt, quàm id, quod pro meo repeto, manu prehendere. Ex iure igitur Craſſum alii manu conſertum vocarent: ideſt litem illi apud prætorem intenderent, quòd in alienas poſſeſsiones

Agellius lib. 20. c. 9.

Ex iure manu cōſertum vocare quid.

nes irruiſſet, ea tribuens oratoriſque quæ eſſent aliarum propria doctrinarum; & ea quaſi prehendentes manu pro ſuis repeterent. Nam & qui ſeruum olim, aut quiduis aliud, iniecta manu, ſuum eſſe dicebat. Ouid. lib. I. Amor. Eleg. IIII.

Et dicam, mea ſunt, injiciamque manus.

Et lib. II. Amor.

Injiciam dominas in mea iura manus.

Ita, injicere manum, ſignificat pro ſuo repetere. Idem lib. IIII. Faſtor.

Aprilem memorant ab aperto tempore dictum:
Quem Venus iniecta, vindicat alma, manu.

Et Virg. lib. X. Æneid.

Iniecere manum Parcæ, teliſque ſacrarunt,
Euandri.

Ad quem locum Macrob. *Hic*, ait, *proprietatem, & humani, & Diuini iuris executus eſt. Nam ex manus iniectione pene mãcipium deſignauit, & ſacrationis vocabulo obſeruantiam diuini iuris impleuit.* Seruius vero ſic: *Nam manus iniectio dicitur, quoties nulla iudicis auctoritate expectata rem nobis debitam vindicamus.* Vſus eſt eadem formula D. Auguſt. lib. I. contra Academ. *Iam tibi profecto iniecißet manum, ſuique iuris te eſſe proclamans, &c.* Injicere itaque manus idem valet quod Hiſpanè. *Tomar por ſuyo, o pretender derecho como en coſa ſuya.* Cuius rei, atque formulæ tam frequens eſt apud auctores vſus, vt ſatis videatur ad fontem digitos intendiſſe.

Mos injiciendi manus apud Hebræos

Quem ego morem Solemnem etiam apud Hebræos fuiſſe, haud dubiè mihi perſuadeo: atque adeo vulgatum interpretem ad eum reſpexiſſe, non dubito, & expreſsiſſe Chaldeum in illo Iob. XVII. *Libera me, & pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me.* Vbi Chaldæus: *Fideiußorem me pone apud te; & quis eſt, qui manum meam tangat?* Vterque autem iudiciariam agendi formulam tetigere; qua quis manũ in eam rem injicit, in quam ſe ius habere contendit. Quare cum Iob dari ſibi innocenti iudicium poſtularet, ita, inquit: *Non peccaui; & in amaritudinibus moratur oculus meus:* Hoc eſt. *No he hecho porque, y veome cercado de duelos.* Quaſi diceret:

No deuo nada, y pago ſin cuento. Libera me, hoc eſt, abſolue me, quando nihil debeo: ſecundum me litem da. *Señor dadme por libre, ſentenciad en mi fauor.* Et pone me iuxta te; vel vt Chald. Pone me fideiuſſorem apud te. Perinde ac ſi dicat: Quando tã ſum mihi, cõſcius, & tu tã tibi cõſcius es innocẽtiæ meæ: *Yo me fio, acceptad mi fiança, que yo ſeguro, q̃ nadie aya que me ponga demanda, o eche mano de mi, para pedirme algo ante vos.* Et cuiuſuis manus pugnet contra me. Vbi Chaldæus vim hanc clarius expreſsit dicens. *Et quis eſt qui manum meã tangat?* Hoc eſt, qui mihi manum injiciat, aut me quaſi ex iure manu conſertum vocet apud te? quis me peccati reũ ac debitorem eſſe conuincet? quis mihi diem apud te veriſsi numi, integerrimumque iudicem dicere, aut culpæ alicuius multã expetere audeat? & quis me ex more, patrioque ritu, manu prehenſum tibi iudici ſiſtat? Hebraice, *Leiadi Ithakea.* Ideſt, manus meas capiat. Ad hunc etiam morem illa refero ex I. cap. *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſsidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Quod idẽ valet ac ſi dicat: Tu gloriaris in ſeruo tuo Iob: ſi tuus ille ſeruus eſt, & tua cuncta quæ poſsidet, injice in illa manus, ac tibi vt tua vendica; illum bonis omnibus ſpoliatum relinque; ac tum demum videbis, quàm impudenter tibi coram dicet, ſeruitutem tibi ſeruire nolle, ſed abire de domo. Hanc enim vim tangendi verbum hîc habet vti infra. *Miſeremini mei ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Hoc eſt, quia Dominus omnia mea tanquam ſua ſibi vendicauit, quæ dedit, ipſe ſuſtulit: ac de me ipſo tanquam de re ſua fecit quod libuit. Nam rem ſuam quiſque aut diſtrahere, aut vendere, aut projicere, aut perdere pro libidine poteſt. Ille me in ſterquilinium proiecit, & quibus modis placuit omnibus pro ſua voluntate tractauit. Ideo ſtultam vxorẽ appellat, quia ignoret Deum in eo quod faciat, iure vti ſuo, & rem ſuam, non alienam vſurpaſſe. Iam vero quod Ianſenius in illud Prouerb. VI. & ab eo nõnulli dicũt, morem apud Hebræos fuiſſe vt qui ſe vades pro aliquo offerrent, manu data, vel percuſſa id facerent, tametſi eorum

Chald. Paraphraſt.

Iob cap. 1. apte explicatus

mihi auctoritas pro teſtimonio eſt, tamen probabilius duco, id ex communi gentium atque nationum ritu, & loquendi conſuetudine dictum. Nam quemadmodum dicitur homo verbis illaqueari ſuis, ita etiam defigere manus, quia manus in illum, tanquam in rem alterius, iniectio eſt, & trahi ad iudicem, & vinciri, & necti poteſt, niſi diſſoluerit. Itaque quod Prouerb. XXII. dicitur: *Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis*; nihil eſt aliud quàm quòd Hiſpanè diceres, *No te metas en obligarte con otros, ni fies a todos ſin mas ni mas.* Nam vincula tibi in manus iniicis, tum vt creditor te minimè reluctari valentem pro arbitrio tractet: tum vt tu ipſe cum bona tua in pignus colli cõſpexeris, perinde ac manus, tueri nõ poſſis. Vnde illud etiam ex eodem Cap. lucem accipiet, quæ forſam caruit. Cum enim hortatus eſſet ſapiens, ne pauperes ob debita in iudicium vocaremus, opprimeremuſque pro libidine, cauſam adiungit: *Quia iudicabit Dominus cauſam eius, & configet eos, qui confixerunt animã eius.* Hoc eſt, coget eos Dominus eandem ſubire fortunam, ad egeſtatem rediget, ita vt ære alieno obligemur, & creditores in eos manus iniiciant, vinciantque, non ſecus atque ipſi in defixes, id eſt obligatos ſibi pauperes ſæuierunt.

Prouerb. 22.
Locus illuſtratus.

Quod ſi legas vt alii, *Libera me, & fide iube pro me*: Facilior explicatio. Idem enim eſt ac ſi dicas: Præſta fidem atque innocentiam meam, & quod alibi Regius Propheta dixit, *Suſcipe me in bonum*, Sponde pro me. *Fiadme vos Señor y ſalid por mi.* Et quis eſt, qui manum meam tangat? ſine: Cuiuſvis manus pugnet contra me, *Que no aya quien me pida deuda, o me ponga alguna demanda.* Eandem autem vim illa habent Prouerb. VI. *Si ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti manum tuam apud extraneum.* Id eſt, ius, & poteſtatem extraneo feciſti, vt te manu prehendat, & quaſi debitorem ſuum apud iudicẽ vocet, ac quæ ſpopondiſti repetat. *Por fiador ſaliſtes? biẽ puede echar mano de vos el acreedor, &c.* Laqueatus enim es verbis oris tui & captus ſermonibus propriis: quoniam cum ſpopondiſti pro amico, creditori te permiſiſti, vt capiat te ſi velit,

Suſcipere in bonum quid.

Prouerb. 6.
Locus explicatus.

velit, aut cum velit; ac vinciat. Nam defixam eſſe manum, nihil eſt aliud quàm habere alterum poteſtatem, ad prehendendum eum, qui defixit, & manu conſertum vocandi, ſiſtendúmque iudici. Poſſe autem aliquem manum tangere, aut defixam eſſe manum alterius, in idem recidit. Hæc ſatis ſunt ad eum morem, quem diximus oſtendendum, ſed adijciam nihilominus ſuperioris loci ſecundam, & non ingratã eiuſdem loci expoſitionem, vulgati verbis adhæreſcentem. Is enim hunc ſine dubio morem exprimere voluiſſe viſus eſt, eandemque ſententiam:

Loci Iob 17. altera explicatio.

Libera me, inquit, nempe ab iſtis calumniatoribus. *Pone me iuxta te.* Ideſt, non dicam ego cauſam apud illos, ſed ſiſte me tibi, obeam apud te vadimonium, qui æquus es Iudex, & me, atque illos optimè noſti. *Parezca yo ante vos, a ſeguir mi Iuſticia, y acuſeme quiẽ quiſiere, o echeme mano y pũgame la demanda que quiſiere.* Te enim ius dicente, cauſamque cognoſcente, neque opprimi veritas poterit, & emerget innocẽtia mea, & omnibus me inimicorum calumnijs explicabo.

Iob 22. explicatus.

Huc etiam ſpectare videntur illa eiuſdem, ſed cap. XXXI. Ver. XXII. *Si leuaui ſuper pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta Superiorem:* Quæ alij aliter, ſed ego ex hoc more facilè, & verius, vt opinor, interpretor. Leuare enim manum ſuper aliquem, idem eſt, quod manum alicui, ſiue in aliquem injicere, perinde atque in rem ſuam, & ſuo ſibi iure vindicandam. Vnde vulgaris illa apud Hiſpanos formula: *Alçar mano, o partir mano de alguna coſa:* Hoc eſt: *Hazer gracia, o ſuelta della: no pedilla por ſuya.* Quaſi leuare, aut tollere manum ab aliquo: id quod Latinis eſt, Remittere vel cõdonare alicui aliquid. Contra vero. *Echarle mano*, idem eſt quod prehendere, & quaſi Leuare manum ſuper aliquem.

Leuare manum quid.

Quare illud Iob ſic explico. *Si Leuaui manum meam ſuper pupillum.* Ideſt, ſi vnquam ego manum cum aliquo conſerui, aut debitum, multamve repetii apud Iudices, tametſi apud eos maiore gratia & autoritate valerem. *Etiam cũ viderem me in porta Superiorem.* Quippe in portis iudicia exercebantur. *Si puſe demanda ante la Iuſticia, a alguno de los que poco*

pueden, no obſtante que pudieſſe yo mucho y tuuieſe gran mano con los Iuezes. &c. Quam certè ſententiã, illa Hieronymi cõfirmant ita legentis. *Si leuaui pupillo manum.* Hoc eſt. ſi prehendi manum, aut tetigi: Scilicet, in ius vocando: in eorum morem qui actionem, aut litem alicui volunt intendere. Augent coniecturam quæ nõ ita multò poſt, ibidem leguntur in eandem ſententiam à LXX. Nã vbi noſtra habent: *Vt deſiderium meum audiat omnipotens &c.* Hebraice: *Ecce ſignum meum, omnipotens reſpondebit mihi, & liber quem ſcripſit vir iudicij, ſiue, contentionis meæ.* Illi vero lõge clarius totum locum ita coagmentant. *Syngrapham vero, quam habui contra quempiam, in humeris vtique circumponens coronam legebam; & ſi non, ſcindens eam reddidi, nihil accipiens à debitore.* Quam certè lectionem agnoſcit Auguſtinus, & probat Ambroſius, & Olympiodorus explicat in hunc modum: *Non enim quemadmodum quis glorioſe exultans in debitores, euoluens vtriſque manibus ſyngraphas publicè ſubinde legebam, ſed conſcindens eam, & remittens debita, reddebam debitoribus.* Quid quid ſit de corona humeris impoſita, (Nam de ea dicendum nobis alias erit, cum de veſtitu veteri iudicantium) & de variarum conſenſione lectionũ (de quibus infra nonnulla) Hoc vnum elicitur ex vniuerſis, Iobum tanta erga pupillos ac debitores ſuos benignitate fuiſſe, vt non modo non manum leuauerit ſuper aliquẽ, vt ab eo creditam per Syngrapham pecuniam, aut quodcũque aliud debitum exegerit, vt potius condonarit. Sed de hoc toto loco alias vberius. Iam ad alia properemus.

De Tobia cap. 17.

CAPVT V.

OLEVM FERRE IN AVRICVLam apud Martialem, quid? & vnde ſumtum? Videri ex Sacris Litteris. In his inſidioſa verba Oleo comparata, & cur. Mos vngendi ante Cœnam etiam Apud Hebræos. Ex Pſalmis, & Math. VI. Loci aliquot Illuſtrati.

VETERES Poetas, atque eos præſertim, qui poſt Chriſtum natum Romæ verſati ſunt, multa ex ſacris litteris mutuatos, cũ alia multa, quæ in hiſce libris explicantur, oſtendunt; tũ hoc maximè quod apud Martialem in lib. V. legitur in Epigrammate in Marullum.

Narratur bellè de te dixiſſe Marulle:
Qui te ferre Oleum dixit in Auriculam.

Quod certè Prouerbii ſpeciem habere ſcribit Eraſmus, & neſcio quid de reſupina aure commentatur, quod vt ingenuè fatear, vix accipio. Ille verò non, *ferre Oleum in auriculam*, ſed in *auricula* legit? tametſi *in auriculam*, non rejiciat: ac tum quidem Oleum ad adulationem referendũ exiſtimat. Ego vero ſic exiſtimo, Martialem inuehi in Marullum, tamquam in hominem ſuſpectæ fidei, quique aliud mente gerat, aliud ſpecie ſimulationis oſtentet. Et Oleum ego, verba interpretor blanda, ſuauiaque ſpecie tãtũ, re ipſa mordacia, & aculeata; quare fraudulenta atque doloſa. Id verò non ex humanis litteris, in quibus nihil (quod ego viderim) in hanc ſententiã reperitur: Sed ex Sacris, in quibus multa ſunt, quæ id doceant, acceptum opinor. Oleum quippe pro doloſis verbis, & voluptatem præ ſe ferentibus ſed re vera, cor, animumque vulnerantibus, & grauiſsimũ dolorem incutientibus, vſurpatum eſſe quis neſcit? Pſalm. LIIII. *Diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius.* Ideſt, vultus odium præſe non fert, cor autem illud conceptum habet. *Molliti ſunt ſermones ſuper Oleum, & ipſi ſunt iacula.* Hebræa ſic: *Nitidius butyro os eius: pugnat autem cor illius. Molliores ſermones eius Oleo, cum ſint lanceæ.* Chaldæus autem: Leniora quam pinguedo caſeorum: teneriora verba eius ſunt vnctione pinguedinum: at ipſa ſunt ſpicula occiſsionis. *Quien lo oyere penſara que os quiere como la vida, y os aborrece de muerte: Palabritas enmeladas en la boca, y lãças amoladas en el coraçon.* Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labijs eorum. Pſal. LVII. Ideo Rectè illud: *Os tuum abũdanit*

Oleũ pro doloſis verbis, &c.

Pſalm. 54.

Pſalm. 57.

dauit malitia, & lingua tua concinnabāt dolos. Ideſt, condiebat amicitiæ ac ſuauitatis ſpecie: eorum inſtar, qui ſubamaros cibos mira ſuauitate condiunt, non modò vt ne ſentiātur, ſed etiam vt commendentur. Huiuſmodi verba appellabat

Diogenes. Diogenes mellitum laqueum:

Lucretius. *Sæpe enim medio* (ait Lucretius) *de fonte leporum*
Surgit amari aliquid, quod in ipſis faucibus angat.

Plautus. Et quod de amore Plautus in Moſtellaria: *Guſtu dat dulce: amarum ad ſatietatem vſque aggerit.* Perinde Plautus, atque legiſſet illud Prouer. V. vbi Sapiens, & olei, & mellis ſimi-

Prouerb. 5. lia dicit eſſe verba meretricis. *Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius Oleo guttur eius, nouiſſima autem illius, amara quaſi abſinthium, & acuta quaſi gladius biceps.* Videſne Oleum, vt orationem ſignificet ſpecie quidem blandam, re vera aculeatā? Hanc ſapiens molliores etiam ſermones Prouerb. II. appe-

Pſal. 34. lat: Chaldæus Paraphraſtes. Verba blāditiarū Pſal. XXXIIII. *Subſannauerūt me ſubſannatione.* Vbi Chald. *Verbis, inquit, blāditiarum ſubſannatorijs, & deriſorijs frendent ſuper me dentibus ſuis.* En, vt verba ſuauia nihil re vera ſuauitatis habeant, ſiquidem iis frendunt, iis mordent, vellicant, carpūt, vulnus efficiunt.

Multa ſunt eiuſmodi, quæ laudentur ex Sacris, Sed antequàm ad illa, venio ad inveſtigationem cauſæ, cur Sacræ

Inſidioſa verba cur cum Oleo comparentur. Litteræ inſidioſam cū oleo cōparent orationē. Oleū enim auctore Galeno Lib. II. de ſimplicium medicament. facult. Cap. VII. mordenti pariter ac lenienti facultate præditū

Galenus lib. 2. de ſimpl. med. facul. Cap. 7. eſt. *Nam quòd oculos, inquit, mordicet, quòd guttur exaſperet, ſiue ad tuſsim prouocet, quod ventrem radat, atque ſeceſsus ſanguinolentos efficiat, abunde magna teſtimonia ſunt, mordacem illi ineſſe facultatem. At quòd vlcera dolore liberet, & ventris mordicationes aut irrigatum, aut infuſum omnino ſanet, quæque morſu irritantur mitiget: cum & ipſa non parua ſint contrariæ ipſius facultatis indicia, planè omiſſa ſunt.* Hæc ille. Rectè igitur verba lenia, ſed quæ aculeos in animū defigant, cū oleo cōparantur: quod (vt eſt apud Galenum) cutem lenit, interiora mordet. Habere autem vim maximam interius penetrandi, argumento

illa

illa ſunt ex Pſal. CVIII. Induit maledictionē ſicut veſtimē-tum. Si illos extrinſecus conſideres: *Andan veſtidos de la pieça de donde cortan a otros de veſtir. Cogeles eſte vicio de pies à cabeça.* Si intrinſecus: Et intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſsibus. *Alla lo tienen metido en los hueſſos.* Siue loquantur, ſiue cogitent, toti in maledicendo ſunt.

Iam verò quòd oculos aiunt præcipuè mordere, cū corpus reliquum leniat, cadit optimè in eandem, quā diximus, ſignificationem. Nam eiuſmodi genus hominum eos maximè inſectantur, quos oculis coniunctiores, & vita ſibi cariores eſſe, egregiè mentiuntur. *Sedens,* inquit Dauid Pſal. XL. *aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.* Hoc eſt, faciebas vt apud alios male audiret ſermonibus, quos in eum vulgo iactabas. At, tum maximè nos produnt, cum maximè officiū venditant: & quod Hiſpani dicunt: *Mas nos venden, quando mas ſe nos vendē.* Hoc ſpecimen eſto. *Et ſi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur.* Ambitioſe operam oſtentabit, officium pollicebitur, omne ſtudium deferet, ſe ac ſua tibi fraudulenter omnia dedicabit. *Si os entrare a viſitar, os hara mil çalemas y cumplimiētos.* Cor eius congregauit iniquitatē ſibi; vel vt Chaldæus, Mēdacium loquetur incogitatione ſua. *Todo mentira, porque alli eſta forjando mil trayciones cōtra ti.* En, quare Dauid Pſal. CXL. nolit vt oleum peccatoris inpinguet caput eius. *Corripiat,* inquit, *me iuſtus in miſericordia.* Hiſpaniſmus ſic: *Mateme Dios con hombres de bien, y no vea yo ni oyga a quien no lo es.* Oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum. Vbi animaduertendum eſt, oleum peccatoris, idem eſſe quod oleum amaritudinis, vt vertit Hieronym. Siue, veneni, aut fellis. Vox enim Hebræa *Roſch*, Id ſignificat: nempe virus, quod ſerpentes in capite habent. Erit igitur illud oleum, venenū aſpidum, quod eſt ſub labiis eorum, vt in eo videas expreſſam ſermonis doloſi vim, atque naturam in oleo ſignificatā. Quod apertius illa, quæ ſequuntur oſtendunt. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum. LXX. *In malitijs eorum.* Chaldæus, *Ordinatur in malitiam eorum.* Hoc eſt, contra

Oleū oculos mordet.

Pſal. 40.

Pſal. 140. diligenter expenſus.

tra fraudulenta verba, atque doloſa. Ita Prou. XVI. *Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam.* Lactat, vt ſopiat, & ſopitum interficiat Siſaræ ad inſtar.

Deinde quod ait; *Non impinguet caput meum*, ad morem ſui ſæculi ſpectauit, quo ſe ad cœnam vngere vt Romani, ſolebant. Ita Pſal. XXII. vbi paratam ſibi dixit à Domino menſam: *Impinguaſti, inquit, in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus eſt.* Idem verò ipſe Dauid II. Reg. XII. poſtquam lotus, vnctuſque eſt, adorauit Dominum, petiuitque vt ponerent ei panem, & comedit. Hactenus enim ſordidatus iacuerat, nec corpus, quoniam in luctu erat, de more curauerat. Ex eo etiam more dictum eſt illud Math. VI. *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuā laua, ne videaris ab hominibus ieiunans.* Nam quia non niſi loti, & vncti accubare ſolebant: ideo iubentur etiam cū ieiunāt, idem facere, vt prandiſſe videlicet iam, non adhuc ieiuni eſſe viderentur. Plerique enim eo vitio laborabant, vt ex aſperitate ſqualloreque corporis, & illuuie, quam illotos, & inunctos habere neceſſe erat, humanas laudes aucupari vellent, & inanes falſæ gloriæ vmbras conſectarentur. Perinde atque illi moroſi quidē agreſteſque philoſophi, qui apud Horatium eodem horrore atque immunditia ſe populo commendabant.

Romani ad cœnam vncti accedebāt; videri etiā Hebræos.

Math. 6. locus explicatus.

Horat. lib. 1. Epiſt. 2. ad Lollium.

Eſt huic diuerſum vitio vitium, & prope maius,
Aſperitas agreſtis, & inconcinna, grauiſq;
Quæ ſe commendat tonſa cute, dentibus atris.

Cum igitur Chriſtus Opt. Max. vt lauent, & vngantur commonet, perinde facit, ac ſi dicat: Cum ieiunatis, tametſi abſtineatis à prandio, tamen vnctioni non parcatis ac lauationi: imo lauamini, vngimini tanquam pranſuri, ne ieiunii oſtentatores magis, quàm ſectatores habeamini. Facite igitur quæcumque faciunt cęnaturi, vt cū lotos vos, vnctoſque cæteri videant, æquè ac ſe pranſos eſſe non dubitēt: ac tum demum non ab hominibus, ſed à Deo mercedem accipietis; Pater enim qui videt in abſcondito, reddet vobis. Huc etiam illa ſpectant ex Lucæ VII. cap. *Veni in domū tuam, aquā*

Oſtentatio damnatur.

Lucæ 7.

pedibus

pedibus meis non dediſti, & oleo caput meum non vnxiſti.

Tandem, vt ad ſuperiora regrediar, hoc etiam ſtatuo, nō quod oleum in lætitia, & in cœnis adhiberetur, ad delitias ideo, & voluptates, atque conuiuia, vt à pleriſque fieri video, referri oportere; ſed ad verborum potius lenitatem mendacem atque doloſam, vt proximè comprobaui. Nam contentionem Propheta facit ſermonis iuſtorum cum impiorum oratione, quàm non ſimplicem, non candidam, & apertam, ſed verſutam, callidā, malitioſam eſſe demonſtrat, cum aduerſus illam ſe apud Deum precibus armat. Verùm ad eum morem, quem dixi, alluſiſſe non dubito: & puto eſſe Hebraiſmum. *No me vnte el ruin la cabeça.* Cui noſter Hiſpaniſmus mirificè conſonat. *No me vnte el cerro.* Quod & Latini aliter, vt apud Plautū ſæpiſsimè: Os ſublinere, aut ſublectare. *Vntar la cara.* Hoc eſt, decipere, in fraudem inducere. Quod Hiſpani ſic: *Traer la mano por el cerro.* Qui omnes idiotiſmi nihil aliud ſignificant, quàm demulcendo decipere. — *Impinguare caput quid.* — *Os ſublinere.*

Longiſsimum facerem, ſi quæ huc referri poſſent, perſequerer omnia: quare ad alteram tātum Olei facultatem accedam. Galenus enim II. lib. de ſimplic. medicam. facultatę, cap. XXII. ita de Oleo: *Vnde merito velut materia quædam cæterorum fuerit medicaminum: nam ſi frigida illi commiſceas, frigidum efficietur illud, quod miſtum erit; ſin calida calidum.* Quod valde horum hominum ingeniis quadrat: qui veluti Chameleontes nihil ſui ſimile retinent, eorum colores ad ſe trahunt, quibus adhæreſcunt, mille vt Protheus figuras in ſingula momenta induunt: nunquam in opinione, nūquam in ſententia perſeuerant, Veſpertilionum ſimiles dicit Alciatus; qui ancipitis fidei cum ſint, & nec huius, nec illius ordinis, cum vtroque tamen colludunt, & pro re nata conuitiis proſcindunt, ac rident, vt, de ſe quidem id, quod eſt apud Varronem in Agathone, profiteri debeant: — *Galenus.* — *Oleum calidum aut frigidum ſi miſceatur.* — *M. Varro.*

Quid multa? factus ſum veſpertilio; neque
In muribus planè, neque in volucribus ſum.

Nec ſecus ij ſe gerunt, atque ille apud Terent. Gnatho: qui nouum ſe inueniſſe dicebat aucupium, nouamque viā

ad captandas ineptorum hominum amicitias. In Eunuch. Act. II. Scena. II. *Negat quis, nego: ait, aio: poſtremo imperaui egomet mihi omnia adſentari.* Hi autem non proximi ſed quaſi proximi: non fratres ſed quaſi fratres. Pſalm. XXXIIII. *Quaſi proximo, quaſi fratri noſtro ſic complacebam.*

CAPVT VI.

EXPLICATA VOCIS PROPTER vis, & poteſtas in ſacris externiſq́; litteris. Populeti noſtri locus vindicatus à nota & per occaſionem alij ex ſacris illuſtrati.

LEGERAT cenſor quidam, grauis ille quidem, & eruditus, è Populeto, quẽ adhuc adoleſcens dedi, illuſtriſſimo viro æquè atq́; doctiſſimo, meique amantiſſimo D. Franciſco Pacheco de Cordoua, Epiſcopo Cordubenſi, quem ſat maturum cælo, ſed aliéniſſimo reip. tempore, mors ferrea abſtulit: legerat, inquã, hos verſus.

Et rapidus propter gemino ſe flumine pontem
Fundit: & oppoſito lapidoſas aggere moles.
Indignatus, &c.

De Beti ſermo erat, qui proximè ſecundum celeberrimum pontem, ad vrbis Cordubæ mœnia, in duo brachia deriuatur. Tũ ille ex Cenſorio iure, ad vocẽ PROPTER, tanquam plebeiè dictam, notam appoſuit. Cenſuit videlicet præpoſitionem illam, amoris vim in eo loco ſignificaſſe, cuius cauſa Betis in duo brachia diduceretur, atque inſulam clauderet. Nec animaduertit tamen. Propter pontem, de illo eſſe genere, de quo apud Plautum, Propter virum fortem; apud Terentium, Propter hunc aſſiſte: apud Ciceronem, Propter ædem Vulcani, Propter viam, Propter ſtatuam: & apud Virg. Liuium, & alios id genus ſexcenta, quæ tædio ſint fortaſſe laudata. Propter pontem igitur, ideſt prope,

Propter, id eſt, iuxta, aut prope.

prope, aut iuxta pontem. Vicinitas enim hoc loco, non cauſa, neque finis ſignificatur.

Quam certe præpoſitionis vim tametſi vulgarem, ignotam eſſe video nonnullis ſacrarum interpretibus litterarū. Pſalmo enim LXXII. ver. XIX. ſic legitur: *Verumtamē propter dolos poſuiſti eis, deiecisti eos dum alleuarentur.* Vbi Genebrardus & alii, *Propter dolos*, interpretantur dolorū cauſa: id eſt, in fraudum pœnam, ſcelerumque vindictam. Atque vt cætera cohæreant, *Poſuiſti*, inquit, *eis, ſupple Mala*, quę expreſſè habentur in Græcis *kaka*. Sed hoc certè gloſſema videtur eſſe Græcorum. In Hebræis enim nihil eiuſmodi reperitur. Longè commodius, ſignificantiuſque Vulgatus. *Propter dolos poſuiſti eis:* & LXX. *Propter doloſitates poſuiſti eis:* & Hieronym. *In lubrico poſuiſti eos:* quod idem eſt, vt infra oſtendemus. *Propter*, autem hoc loco, vt etiam in aliis, idem valet quod prope, iuxta, non longè. Dolus verò idem quod technæ, fallaciæ, fraudes & artificia, quæ in bello propriè cuniculi, atque inſidiæ: quæ generatim doli vocabulo continentur. Nam ideo veteres dolum malum dixerunt, vt quæ legibus, religioni, fidei aduerſarentur artificia notarēt, neque belli machinationes atque inſidias, gentium iure conceſſas, quæ doli etiam appellantur, damnare immerito viderentur. Hæc igitur Prophetæ ſententia. *Cerca les teneis armada la trampa, y pueſto el lazo en que cogellos: cerca eſta hecha la mina con que bolallos.* Verumtamen propter dolos poſuiſti eis. *Y tan cerca, que aun quando ellos començauan a alçar cabeça, les diſtes el golpe, que los abatiſtes al ſuelo.* Deiecisti eos dum alleuarentur. Conſonāt hæc cum primis aptiſsimè: nā cum ſupra impios ſecundis rebus elatos, pios autem aduerſis afflictos queſtus eſſet: ipſe ſe cōſolans, vicinum impiorū interitum, & inſtantem propiùs ruinam ſibi proponit. Initio enim ſic: *Yuanſeme los pies, y aun caſi caſi di algun traſpie:* Mei autem pene moti ſunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei. *Porque puſe los ojos, y me enfade de vèr la bienandança de los pecadores. No ay llegar la muerte a ſus puertas: aunque veays los hombres caer muertos a vueſtros pies, no ayays miedo que ſean vno dellos.*

Pſal. 72. locus aptè illuſtratus.

Dolus quid? bonus, & malus.

dellos. Non eſt reſpectus morti eorum. *Y ſi algun golpe les acerto, no es de dura, que ſi oy les dio vna calenturilla, mañana ſe leuantaran ſanos como vna mançana;* Et firmamentum in plaga eorum. *No parece que ſon hombres, ni que habla con ellos la ley porque paſſan los hombres, ni para ellos ſe hizieron trabajos, deſgracias, &c.* In labore hominum non ſunt. *Aunque llueua Dios açotes, no les alcançara vno.* Et cum hominibus non flagellabuntur, &c. Deinde paulopoſt addit: *Verumtamen propter dolos poſuiſti eis.* Non ſecus ac ſi diceret: tantum abeſt, vt in ea felicitate permanſuri ſint, vt propius caſus immineat, & adeo interitus vrgeat, vt iam iam ruina opprimantur. Ecce quàm cito euaneſcant improborum ſpes, & quæ ipſi ſibi ſomnia fingunt. Vidi impium ſuperexaltatum, &c. Sed tràſiui, & ecce non erat. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Priuſquam intelligerent ſpinæ eorum rhamnum, ſicut viuentes (hoc eſt, tum primum emicantes, aut emergentes, perinde ac tenera & mollia herbarum germina, tum primum è tepefacto ſolo erumpẽtia, & vix dum enata virgulta) ſic in ira abſorbuit eos. Hiſpanè, *en flor, o en berça,* & adhuc Hebræorũ vim non aſſecũtur. Vides, quàm propter, ideſt, quàm proximè dolos ponat eis? *Doloſitates* LXX. legunt, ideſt, inſidias, artes occultè fallentes, & quaſi hami obſcurè ineſcantes. *In lubrico,* Hieronymus, quod in idem recidit. Lubricum enim idem eſt quod fallax. Vnde lubrica via, quæ veſtigium fallit; ſpes lubrica, ſtatio, & vmbra lubrica Ouidio, quæ deludũt, fruſtrãtur, & fraudant. Ita Seruius in illud Æneid. II.

Impiorũ felicitas facile euaneſcit.

Lubricum quid.

Nequaquam patrias tentaſti lubricus artes.

Lubricus, inquit, fallax. In lubrico igitur poſuiſti eos, cũ ditaſti opibus, & huius ſæculi voluptatibus permiſiſti, quæ ipſæ per ſe lubricæ ſunt, & vana ſuos amatores ſpecie deludũt.

Locus Pſal. 106. explicatus.

Nec vero dubitem illud Pſal. CVI. identidem interpretari. *Suſcepit eos de via iniquitatis eorum, propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.* Nam quæ vox apud Hebræos ſonat, quod apud Latinos *propter*; eadem pro *in, ad, apud,* vſurpatur, vt in theſauris oſtenditur: Hieronym. ita vertit hunc locum.

Stulti propter viam ſceleris eorum, & propter iniquitates affliƈti. Hoc eſt, iuxta viam, aut in ipſa via: ſimiliter, atque dixiſſet, depreheſi in mediis ſceleribus puniuntur, Hiſp. *En fragante,* in ipſo peccandi articulo. *No penſeis que los ruines ſe le van à Dios alabando: q̃ el los coge de manos a boca enel medio de ſus maldades, y alli les ataja los paſſos de ſus pretenſiones y al punto que ſe engrien da con ellos en tierra.* Quē ſenſum Vulgatus expreſsiſſe viſus eſt cum addidit. *Suſcepit eos de via iniquitatis eorum.* Ideſt, dum in via iniquitatis, atque in ſuis ſceleribus verſarentur. *Porque en eſſe puntò los arrojò Dios de ſus eſperanças; y mallògro ſus intentos.* Propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt. Id vero Prouerb. XIIII. mirificè oſtenditur. *Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luƈtus occupat.* Hebræa longè ſignificantius. *Etiam in riſu dolebit.* Ampla & ſatis obuia in Sacris litteris huius loci locupletãdi materies, ſed hæc ſatis ſint ad alia properanti. *Prouer. 14.*

CAPVT VII.

VARIA VERBI SVSCIPIO, VIS & poteſtas in Sacris, ſed eadem, quæ in externis litteris. Perſij locus & ex eo multi ex Pſalmis, & vnus Lucæ 1. diligentius expenſi, atque illuſtrati. Fatui cur ſuibus comparentur, Prouerb. II.

VVLGATVM ſacrorum interpretem tam bene latinè ſcire, quàm qui maximè ſemper mihi perſuaſi; nec dubitaui vnquã fore vt ita exiſtimarent, qui eſſent in vtriſque litteris eruditi. Nam quod obiiciũt quidam faſtidioſè Grammatici, multa ab eo, quod ad conſtruƈtionem ſermonis attinet, neq; ex Grammaticæ legibus, neque ex Romana conſuetudine diƈta: id verò tantum abeſt, vt eius ignoratione rei fecerit, vt potius ex cognitione ſermonis Hebraici fecerit, cuius de induſtria *Vulgatũ interpretem latinè mirificè ſcire.*

vim & poteſtatem dum ad amuſim exprimere vult, Grammaticorum leges, hoc loco non admodum neceſſarias cogitur præterire. Verum quis erit, qui paulo plus iſta guſtarit, & latina perceperit diligentius, qui non apertè videat, quãta ille, (ſi ad notionem vocum, ſermonis proprietatem, & germanas ſignificationes ſpectarit) latinæ dictionis ſciẽtia, & cognitione floruerit. Id ſæpe in noſtris litteris oſtenditur: ſed in his, quæ proximè dicemus, maximè cernitur. Et quoniam Perſii locus à nobis facit, breuius explicabitur; deinde ex eo, quod cupimus, oſtendetur. Is enim poeta per acutus & elegans cum præceptorem ſuum alloqueretur Sat. V.

Perſij locus expenſus.

Me tibi, inquit, *ſuppoſui: teneros tu ſuſcipis annos.*
Socratico Cornute ſinu.

Quo loco ſe ab eo Philoſophicis inſtitutũ dicere, nemo non videt: ſed quid commune habeat ſuſcipiendi verbum, cum altero inſtituendi, accuratius inueſtigandum erit, vt & ſententiæ vis omnis intelligatur, & multi alii auctores cum ſacri, tum æthnici illuſtrentur. Ac primum quidem, ſuſcipere, idem eſt, quod ſurſum capere; & quod vel iacebat, vel abiectum erat, extollere. Quare Donat. in illud Terent. in Andr. *Nam quod peperiſſet, iuſsit tolli. Tolli*, inquit, *ideſt ſuſcipi.* Tollere autem, ſiue ſuſcipere, nihil eſt aliud quàm nutrire, atque educare: ex conſuetudine veterum, quibus integrum erat, recens ortos liberos, aut alere, aut exponere. Si vellent alere, tollebant manibus apprehenſos, quaſi pro ſuis acciperent, & eos alendi, educandique curam ſibi ſuſciperent. Si vero nollent, exponi iubebant: qua de re aliàs. Rectè igitur Perſius, & *ſuppoſui*, & *ſuſcipis* cum *ſinu* coniungit, vt contentionem faciant præpoſitiones illæ duæ ſub, & ſurſum, quæ verba componunt, vt ſit ſenſus. *Puſeme yo debajo de tu mano, y tu me leuantaſte cõ ella, y ennobleciſte mi niñez y edad tierna, con la enſeñança de la filoſofia.* Quippe pro trunco & lapide ſunt, qui literas neſciunt, ex Philoſophi ſententia; qui rogatus à quodam, quid nam filio Philoſophia eſſet profutura? reſpondit: Ne cum ſedeat, lapis ſuper lapidem ſedeat.

Suſcipere quid.

Donatus.

Tollere quid.

Sed

Sed in noſtris litteris inſcii, fatui ve ſuibus comparantur. Prouer. XI. *Annulus aureus in naribus ſuis mulier pulcra, & fatua.* Siue vt Chald. *Fœtido ſenſu.* Sus enim, inquit, Plinius lib. VIII. cap. LI. animalium eſt maximè brutum, itaque animã ei pro ſale datam non illepidè exiſtimabant, quod M. Tullius retulit lib. V. de finibus; & Varro lib. II. de Re Ruſtica. Rectè igitur, *annulus aureus in nare ſuis*, cui cœnum gratius, & ſuauius olet, quàm vnguentum, vt aiebat Lucretius. Ariſtophanes verò Hypocratis filios ſuẽ reſipere dixit; quod inſcii, quodque moribus eſſent non admodum comtis. Nullũ autem maiorem homini à præceptore, vel à quopiam altero afferri poſſe ſplendorem, quàm eruditionis atque doctrinæ, cum multa docent, tum illud maximè ex Seneca apud Cornel. Tacit. lib. XVIII. vbi Neronem alloquens. *Ego quid aliud*, inquit, *munificentiæ adhibere potui, quàm ſtudia, vt ſic dixerim in vmbra educata, è quibus claritudo venit.* Iamvero lucis nomen ad doctrinam deriuatum hoc ipſum oſtendit. Nam Doctores in noſtris externiſque litteris Soli, & Luci, & Stellis fulgentibus comparantur. Contra verò eos, qui à Philoſophiæ ſtudijs defeciſſent, pro mortuis ducebãt Pythagorici. Origenes in lib. contra Celſum: *Cæterum*, inquit, *Pythagorei cenotaphia extruebant ijs, qui defeciſſent à Philoſophia, reflexo curſu ad idioticam vitam.*

Prouerb. 11.

Lucretius, lib. 6.

Cornel. Taci. lib. 18.

Lux doctrinæ ſymbolũ.

Origenes.

Suſcipere, præterea, idem interdum valet quod educare nutrire, alere, atque etiam procreare. Terent. in And. Act. II. Scen. III.

Terentius in And.

Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ex illa, cautio eſt:
Nam pollicitus ſum ſuſcepturum.

Hiſpanè, *Porque le di palabra de encargarme del, y criarlo.* Denique vt veniamus ad ſacra; Ponendum tertio loco eſt: ſuſcipere, non ſolum eſſe idem quod tollere, quod inſtituere, atque formare; ſed vltro etiam, ac ſponte, & ſumma cum humanitate, & beneuolentia excipere: benignè comiter, affabiliter, ac filiorum in morem paterno amore tractare. Ideo Perſius ſinum addidit, vt doceret ſe à præceptore non aliter quàm à parente filium conformatum.

E Hinc

Hinc illud Eccleſiaſtici III. lucem habet. *Fili ſuſcipe ſenectam patris tui.* Hoc eſt, adiuua patrem ſenem, foue illum, benignè, ac liberaliter accipe. *Haz buen tratamiento, regala a tu padre quando viejo.* Pſalm. CXXXVIII. *Suſcepiſti me de vtero matris meæ.* Quaſi dicat: *Hiziſtes comigo lo que hazen los padres cō los hijos, a quien ſe aficionan, leuantaſteme en vueſtras manos, encargandoos de mi*, Nam vti diximus, parentes quos alere vellent liberos ſuſcipiebant, ſiue tollebant. Quò ſpectat illud Pſal. XXVI. *Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem aſſumſit me.* Ideſt, ſuſtulit ac ſuſcepit me veluti expoſitum, vt me aleret, atque educaret, & Pſal. CVI. *Suſcepit eos de via iniquitatis eorum, propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.* Hiſp. ſic: *Leuantolos quando mas caidos eſtauan por ſus maldades, y aunque a pecadores, recibiolos con buena cara, y con mueſtras de buena voluntad hizoles mui buen tratamiento, como a hijos.* Huc ſpectat illud Ezech. XVI. vbi cum vidiſſet Deus infantulam, nempe Hieruſalem, velut expoſitam, in ſuis ſordibus volutantem: *Tranſiens*, inquit, *Vidi te conculcari in ſanguine tuo, & dixi tibi cum eſſes in ſanguine tuo, viue.* Ideſt, ſuſcipio vitam tuam, volo te viuere; quod cum dico, dico me tui curam, tuarumque rerum in me recipere. Cui egregiè reſpondet illud Lucæ I. *Suſcepit Iſrael puerum ſuum recordatus miſericordiæ ſuæ*, Hoc eſt, *Leuantolo del poluo de la tierra; tomolo en ſus manos, y encargoſe del, y de dalle de comer y veſtir, y mirar por el.* Quæ omnia in vno vno *Suſcipiendi* verbo continentur, & Ezechielis illo capite numerantur. Rectè verò cum dixit, *Suſcepit*, mox, *puerum* addidit: pueri enim ſuſcipiuntur. Et
Iſai. c. 52. confirmat iſta Iſaias, per quem Dominus abiectam (non ſecus atque apud Ezechielem) in puluerē Hieroſolimam ità alloquitur. *Excutere de puluere, conſurge, ſede Hieruſalē, ſolue vincula colli tui captiua filia Sion &c.*

Suſcipere, fideiubere. Sed habet aliam quoque poteſtatem hoc verbum, eam quoque à prima profectam. Nam quoniam qui curam alicuius ſuſcipit, tueri illum atque præſtare debet, vti ſponſores, fideive iuſſores faciunt: ideo pro ſpondere, aut præſtare, vſurpatur. Hiſp. *Abonar, fiar, ſalir al rieſgo, o ſalir por fiador.*

dor para pagar por otro. Pſal. CXVIII. hæc poteſtas percipitur in his verbis. *Suſcipe ſeruum tuum in bonum, non calumnientur me ſuperbi.* Hieron. & Chald. *Sponde pro ſeruo tuo in bonũ.* Hiſpanè ſic vertas: *Señor ſalid por mi fiador, y abonadme, no corra rieſgo ſi me apretaren los poderoſos.* Ita etiam, *Suſcepit Iſrael puerum ſuum recordatus miſericordiæ ſuæ*: Nimirum cum pro eo ſpopondit, quidquid deberet diſſoluturum: quod ſanè præſtitit, cum eſurientem impleuit bonis, ſuæ ſilicet vitæ, mortiſque pretiis, quibus æs alienum, quod contraxerat peccatorum, patri diſſolueret. Idcirco enim poſuit in eo Dominus iniquitates omnium, & ipſe languores noſtros tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, quia ipſe ſuſcepit, ideſt, *ſalio por noſotros.* Vnde & ſuſceptor ſæpiſsime, & adiutor, & liberator dicitur: hoc eſt, *Fiador,* qui & noſtra ſuſcipit, & ſuis tenuitatem opibus iuuat, & moleſtia liberat exactorum. Ita cecinit Dauid Pſal. LXXI. *Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo:* Ex vſuris, inquam, ideſt ex dolis, atque fraudibus: quo nomine in Sacris peccata, & ſcelera deſignãtur, & in Hebræo habentur. Hoc autem in Chriſtum tantummodo cadit: nã Regũ Iſrael longè alia ratio fuit: ii enim cuiuſmodi fuerint, obſcurum non eſt: tantum enim abſuit, vt ab vſuris populum liberarint, vt etiam onerarint. I. Reg. cap. VIII. ius regis deſcribitur: quos tantum abeſt, vt largituros eſſe quidquã populo Dominus dixerit, vt etiam ablaturos quæcumque haberet pretioſa, maturiſimè commonuerit. Verbis igitur Regii Prophetæ, hæc Hiſpana reſpondẽt. *Librarlos ha de todo pecho y alcabala de pecado. Hazerlos ha hijosdalgo, y hombres de reſpeto en ſu caſa.* Et honorabile nomen eorum coram illo.

Pſal. 118.

Chriſtus ſuſceptor noſter

Pſal. 71. locus illuſtratus.

Quanquam hoc loco, *Nomen,* aliam videtur habere poſſe notionem, vt ſit idem quod ſyngrapha, ſiue tabulæ, quarum vi, atque nomine, ab aliquo pecunia exigi poteſt: qua dere aliàs. Hiſpani, *Cedula, o librança.* Quare nomen eorum, idem erit quòd ius & poteſtas petendi, atque exigendi quæ velint, nomine Chriſti: quod ideo noſtrum nomen dicitur, quia nobis à Chriſto datum, & à Patre, qui cũ Chriſto nobis

Nomẽ quid in Sacris literis.

bis omnia donauit acceptum. Quòd autem honorabile ſuturum apud Deum Propheta prædicit, ſuam vim ſemper, & vbicunque, & à quocunque exhibeatur, habiturum ſignificat; & quæcumque eo nomine petita ab hominibus fuerint, impetranda. Hiſpanè: *Se obedecera, y pondra ſobre la cabeça, y ſe cumplira como en ella ſe contiene.* Quæ enim ſiue Regia, ſiue Pontificia diplomata in iudicio proferuntur, ea & oſculari, & capiti imponere conſueuimus, vt debitam nos eis reuerentiam pariter atque obedientiam præſtare ſignificemus. Erit igitur honorabile nomen Chriſtianorum coram Deo, quia quæcunque fundentur ab eis preces Chriſti nomine, exaudiétur ab eo. Verum de his, vt diximus, aliàs. Nec abſurdè quiſpiam in hanc explicationem laudauerit Hieronymum, & Chaldæum, quorũ hæc lectio: *Et pretioſus, (vel carus) ſanguis eorum coram oculis eius.* Noſter quippe Chriſti ſanguis eſt, quãdo ille nos redemit ſanguine ſuo. Hac enim ratione pauperi pepercit, atque inopi, & animas pauperum ſaluas fecit. Pauperum, inquam, per antonomaſiam, eorum nimirum, qui ſoli verè pauperes ſunt, peccatorum: quibus niſi ſuum ſanguinem Chriſtus ſuæ ſalutis pretium condonaſſet, ſoluendo non eſſent.

Chriſtianorũ nomen honorabile coram Deo.

Hierony. & Chald.

CAPVT VIII.

DE MELIORE NOTA COMMENDAre quid ſit apud Ciceronem. Tituli, ſiue notæ dolijs olim impreſſæ. Catullus explicatus. B. Pauli loci duo curſim perſtricti, & illuſtrati.

CVM propoſitum mihi ſit, varietate rerum & copia oblectare lectorem, non eſt cur mihi quiſpiam ſuccenſeat, ſi modò has, modò illas litteras attingam, ad ſacra modò, modò ad prophana deſcendam; modò vtraque coniungam, & miſceam, vt eſt apud Poetam, vtile dulci. Cupimus enim hiſce noſtris libris,

libris, non humanarum tantum, aut Sacrarum litterarum ſtudioſis ſiquam opem ferre poſsimus, experiri; ſed ſingulis quibuſque bonarum artium guſtum aliquem habentibus ſubſeruire. Hinc fit, vt ex omni genere, quæcunque occurrunt, ſine faſtidio libemus. Quare hoc etiam boni conſule, quod ex Curio ad Cicer. Epiſt. lib. VII. excerpſimus. Ille enim dum Ciceronem rogat, vt Acilio in Græciam cum legionibus eunti, ſe in eadem prouintia negociantem commendet: *Quare, inquit, Cicero mi perſeuera conſtanter nos conſeruare, & Sulpitij ſucceſſori nos de meliori nota commenda.* Vbi theſauri Latini, *notam* pro ſcriptura ineptè ſatis vſurpant. At Manutius, melioris notæ commendationem, interpretatur, diligentiſsimam: & addit translationem eſſe à doliis, quibus diuerſæ inuruntur notæ, vt internoſcantur vina. Eodem modo Catullus ad Manlium: *Cic. fam. 7. Epiſt. 29.* *Catullus ad Manl.*

Quare quod ſcribis Veronæ turpe Catullo
Eſſe quod hic quiſquam de meliore nota,
Frigida deſerto tepefecit membra cubili.

Sed ne hoc quidem, vt ingenuè fatear, niſi cauſam addideris cur ita explices, omnino mihi probatur. Nam tametſi verum ſit cadis olim vini notas inuri, quæ ætatem ſignificarent, aut etiam patriam, (vt Iuuenalis oſtendit. *Notæ ſiue tituli in dolijs.* *Iuuenalis.*

Cuius patriam, titulumq́; ſenectus
Deleuit multa veteris fuligine teſtæ.

Et Petronius Arbiter in Satyrico titulorum formulam proponat. *Statim allatæ ſunt amphoræ vitreæ diligenter gypſatæ, quarum in ceruicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo:* FALERNVM OPIMIANVM ANNORVM CENTVM. *Dum titulos perlegimus, &c.*) Tametſi, inquam, verum hoc ſit, nôn ſatis, opinor, ſermonis huius vim explicauerit, qui dixerit, *De meliore nota commendare*, nihil eſſe aliud quàm diligentiſsimè commendare. Nam licet quæ melioris notæ ſunt, diligentiſsimè commendentur, vel eo ſolum quòd melioris notæ ſunt, nôn tamen quæcūque diligentiſsimè commendantur, melioris notæ, nam interdum

peiores etiam ſunt. Quare vt clarius explicetur hic locus, & ſignificantius, non erit alienum exponere quid ſit commendare, quid nota. Commendare autem idem valet interdum quod probare. Hiſpanè: *Acreditar, abonar, poner biẽ, o en buena opinion.* Cic. VII. in Verrem: *Qui cum ſe virtute, non genere Pop. Romano commendari putaret.* Et in Bruto: *Nulla re vna magis commendatur orator, quàm verborum ſplendore, & copia.* Hiſpanè. *Con ninguna otra coſa mas ſe acredita, o mas nombre gana, &c.* Horat. lib. I. Ep. II. ad Lollium.

Commendare quid. *Cic. 7. in Verr.* *Horatius.*

Aſperitas agreſtis, & inconcinna, grauiſque,
Quæ ſe commendat tonſa cute.

Se acredita y gana opinion. Iam verò notam pro ſorte aut conditione, aut rerum genere ſumi obſcurũ non eſt. Hinc enim illæ loquendi formulæ, Eiuſdem notæ, primæ, aut ſecundæ notæ vina, res &c. hoc eſt, primæ bonitatis, aut meriti. Catullus ad Manlium.

Nota pro ſorte, aut rerum genere. *Catullus explicatus.*

Eſſe, quod hîc quiſquam de meliore nota.

De meliore nota, ideſt melioris loci, ſortis, conditionis, ac generis. *De mas eſtofa, o mejor ſuerte.* Locum igitur Ciceronis ita interpretari licet. *Sulpitij ſucceſſori nos de meliori nota commenda.* Hoc eſt, vt hominem melioris notæ, probatæ fidei, ſpectatæ virtutis. *Abonadme con el ſucceſſor de Sulpicio; Ponedme con el en la mejor opinion que ſe pueda.* Hac enim ratione illum maximè conſeruare poterat negociationi incumbentem. Id verò aſſequi nulla ratione poſſet, niſi Curium Acilio diligentiſsimè commendaret, ideſt, *Encarecidamente*; eius fidem, ac probitatem verbis augendo: ex quo factum eſt, vt Manutius ad diligentiam commendationis in explicando ſpectarit.

De meliore nota commẽdare.

APPENDIX EX SACRIS.

NON erit ab re vnũ, alterumve de Sacris locum attingere, qui ex hac vocis poteſtate, aut lumen, aut leporem accipiant. Ad Rom. V. *Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, ipſe pro nobis*

Locus Pauli ad Rom. 5. illuſtratus.

mortuus

mortuus eſt. Hoc eſt, ſatis ſuã probauit hominibus charitatem, ſatis magnum amoris ſui ſpecimen, ſatis præclara documenta dedit: cum ſupra mortalium modũ mortales amauit. *Acredita Dios, abona, y juſtifica la voluntad que tiene a los hõbres*. Simile illud ad Rom. III. Iniquitas noſtra iuſtitiam Dei cõmẽdat; *Da teſtimonio y prueua, abona, juſtifica*. Et II. Machab. cap. IIII. De Menelao ſcribitur, Regi Antiocho fuiſſe cõmendatum. *At ille commendatus Regi, magnificans faciem poteſtatis eius, in ſemetipſum retorſit ſummum Sacerdotium*. Hoc eſt, cum ſe ſe Regi probaſſet, cum bene de eo Rex exiſtimaret, cum eius gratiam, & beneuolentiam collegiſſet, facilè potuit in ſe Sacerdotium retorquere. *Eſtando bien pueſto y acreditado cõ el Rey*. Cætera non erit difficilè ex his, quæ diximus, æſtimare: pergamus ad alia.

Itẽ ad Rom. 3.

2 Machabeor. 4.

CAPVT IX.

BONA VERBA, BONVS DIES, BONA omnia dicere, Boni Dij, Benedicere, & ſimilia. Dei nomen liberalitatis eſſe. Multa ex Sacris Litteris illuſtrata. Prou. XIIII. Math. XX. maximè de Benedicendi verbo apud Iob, & alios.

HIC ego lectores fauere linguis volo, ſacra enim attingo, &. bona fari cupio, bono nimirum Natalitiorum die, quo iſta ſcribo, atque ex lege munus hoc amicis mitto; fauſti ominis ſcripta videlicet; vti pauper, cui neque veſtes, neque aurum, neque argentum, neque cætera, quæ aut voluptate, aut pretio mortalibus cõmendantur.

Proſpera lux oritur, linguiſque animiſque fauete:
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

Ouid. lib. 1. Faſt.

Linguis pariter atque animis fauere imperat, ex ſolemni ſacrorum formula, vates. quia non corpore ſolũ, ſed animo etiam ſacris operari decet. Vnde attentionem illa formula captari.

Corpore pariter atq; animo ſacris operandum.

captari mos erat; *Hoc age.* Vt docet Plut. in Numa, & Coriolano. Tranquill. Tacit, & alii. Atque id puto ſignificare *Bona verba*; ideſt, fauentiam oris, ac mentis. Nam præter quàm quòd verbum menti magis, quàm ori congruit, ſi res ex Theologorum diſciplina penſetur, Nonius ita cenſuit, in Ominis notione explicanda. *Omen, inquit, eſt votum mẽtis, ac vocis, vnde ſacrificantibus dicitur, bona omina habere, ideſt vt circumſtantes, & mente recta velint, & bona oribus proferant.* Præclarè Nonius, candida enim, pura, & caſta verba, niſi è candida, puraque mente in os incidant, grata eſſe Deo nõ queunt. Bona autem verba, quid aliud ſunt, quàm bonum faustum, felix omen habentia; non prophana, non obſcœna ideſt, male ominata, aut malè nominata apud Horat. Lib. II. ode. XIIII. Accius Oenomao. *Vt omnes,* inquit, *qui Arpinã Aſiamque accolunt ciues ominibus fauſtis adhibeant fauentiam, ere obſcœna dicta ſegregent.* Æn. XII.

Nonius. *Omen quid.* *Bona verba quid.* *Obſcœna dicta.* *Obſcœnæ volucres.*

Ne me terrete timentem
Obſcœnæ volucres.

Bonus dies. Ideſt, ſiniſtræ, infauſtum omen præbentes. Bonus igitur Dies ita dicitur, vt bona verba, Candidus, fauſtus, ac felix, ſiue feſtus: vt infra.

Salue feſta dies, meliorque reuertere ſemper.

Bonæ preces. Mart. Lib. XII. *Bona* dixit *Saturnalia.* Cato de Re Ruſt. & Feſtus, *Bonas preces precari:* quaſi propitiatorias, & quæ Deos ſibi bonos redderent. Nam, & Dii, Deæque Bonorũ nomine dignabantur. Aen. XII.

Manes boni. *Vos mihi Manes eſte boni.*

Et lib. X. Iuno Bona; vt Bona Venus Plauto, & Bonus Iuppiter: Perſio. Quamquam Bonus, optimuſvè cum dicitur Iuppiter, bona dans, & benefaciẽs, ac benedicens intelligitur, quod bonitatis maximè propriũ eſt; ideſt Dei, quæ ipſa bonitas eſt. Nihil vidit melius Cicero II. de natura Deor. *Sed ipſe Iuppiter,* inquit, *Ideſt, Iuuans pater &c. à maioribus noſtris. Optimus Maximus dicitur: & quidem ante Optimus quàm Maximus, quia maius eſt, certèque gratius prodeſſe omnibus, quàm magnas opes habere.* Hinc Varroni diues dictus eſt, quaſi Diuus

Iuppiter iuuans pater. *Diues Varroni quaſi Diuus.*

Diuus, quòd perinde ac Deus circumfluat maximis copiis, & alienam inopiam, ac miſeriam, nihil ipſe interea incõmodi accipiens, leuare tam velit: quàm poſsit. Nomẽ autẽ Dei, nomen eſt liberalitatis, & magnificentiæ. Iuppiter à iuuando dictus eſt, Deus à dando. Hinc olim Mœcenates, Patroni, ac principes liberalitate in clientes, ac ſuos, nomen ſibi inuenere Diuinum. Vide quæ diximus in eã, quæ eſt ad Quirites poſt reditum, ad illud, *P. Lentulus parens ac Deus &c.* *Boni* verò vox eandẽ vim habere videtur in ſacris Prou. XXII. *Qui pronus eſt ad miſericordiã, benedicetur.* Hebræa, *Bonus oculus &c.* Hiſpanè: *Con el liberal Dios ſera largo, y quien bien hiziere bien recebira.* Math. XX. *An oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum.* Hiſpanè: *Porque yo ſoy cumplido y liberal, has de ſer tu malauenturado, y embidioſo?*

Dei nomen liberalitatis eſt, & à dando dictum.

Prouerb. 22.

Bonus in ſacris.

Math. 20.

Sed redeo ad ſuperiora, & dico quid ſit, *Bona omnia dicere,* apud Terent. in And. Scen. I. Non enim bene, qui ad laudem adoleſcentis referunt: optimè qui ad bene ominantiũ verba ſpectarunt. Omnes igitur bona omnia dicebãt; id eſt, fauſtis omnibus adoleſcentis ingenium proſequebantur. *Le echauan mil bendiciones.* Fauſta, & felicia omnia, mihi de illo pollicebantur. Sed de bono ſatis, tametſi bonum eſt. Mel etiam ſi nimium amarum eſt: ex multis tu, quod mage arridebit, ſeponito: Et, *Eſſe puta ſolum, ſic tibi pluris erit.*

Bona dicere apud Terent.

QVID SIT BENEDICERE IN SACRIS litteris. Appendix. I.

TAM varius, tamque frequens eſt huius verbi vſus in ſacris litteris, vt non ab re fuerit eius vim, & poteſtatẽ pluribus explicare. Nã neque obuia cuilibet, neq; ſine magno iudicio vſurpata ſæpius à Vulgato. Benedicimus quippe paribus, ſuperioribus, atque etiam inferioribus, aut inter ſe homines, aut Deo mortales, aut mortalibus Deus. Rectè igitur videre qui dixerunt, Deum hominibus, aliis ve rebus benedicere, idem eſſe quod bona largiri. Bene enim dicere, quid eſt aliud quàm bona dicere? Dicere autem nihil

Benedicendi quot ſint modi.

 aliud

aliud niſi deſignare, attribuere? Nonne apud latinos Bona doti dicere, ideſt, in dotem aſsignare, vt ita dicã, & pro dote tribuere? *Dar en dote.* Homines verò cum Deo benedicunt, illius liberalitatem, magnificentiam, ceteraque attributa dilaudãt, & bona, quæ vel in Deo inſunt, vel ab eo accepère commendant.

Benedicere ideſt, ſalutare.

At cum inter ſe benedicunt, bona ſibi precantur, aut bene ſibi ominãtur. Hinc factum eſt, vt quoniam qui ſalutant inter ſe, bona ſibi optant, vt vitam, valetudinem, & felicitatem, ideo Benedicere pro ſalutare accipiatur: Siue cum valedicimus, ſiue cũ ſaluere iubemus.

Geneſ. 28.

Geneſ. XLVII. *Introduxit Ioſeph patrem ſuum ad Regem, & ſtatuit eum coram eo, qui benedicens illi, & interrogatus ab eo, &c.*

Benedicere ideſt valedicere.

& infrà vbi Regem allocutus eſt Iacob: *Benedicto Rege, egreſſus eſt foras.* Hoc eſt, cum ſolemnia verba, & ex legitima, & ſolemni ſalutandi formula præfatus eſſet: Cum ea dixiſſet, quæ in congreſſu, atque regreſſu ſolemus. *Auiendole beſado al rey las manos, y hecho el deuido acatamiento: y deſpidiendoſe del.*

2. Reg. 14.

Ita II. Reg. cap. XIIII. *Cadens Ioab ſuper faciem ſuam in terram adorauit, & benedixit regi.* Hoc eſt, *Beſole las manos, y deſpidioſe del.*

Iob. 1. rectè explicatus.

Idcirco etiam pro vale dicere: Iob. I. *Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis.* Ideſt, valedixerint, auerterint ſe à Deo. *No ayan dado de mano a Dios, no ſe ayan apartado del por algun peccado.*

Iob. 2.

Et cap. II. vxor ad Iobũ: *Benedic Deo, & morere.* Ideſt, valedic Deo, valere illũ iube, nuntium illi remitte. *Dale de mano, y acaba con el, o echale la bendicion &c.*

Iob. 1.

Sic etiam explicari debet illud ex I. cap. eiuſdem: *Extende pauliſper manum, & tange cuncta, quæ poſsidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Nam cum gloriaretur Deus, ſeruũ ſe habere fideliſsimum Iob, qui nulla ab eius domo ratione vnquam receſſurus videbatur; Dæmon contra; ſcilicet, fideliſsimus eſt, tange quæ poſsidet, ac tum demum videbis, quã cito à domo tua decedat, ac tibi coram in faciem valedicat. *Tocalde, y vereys ſino ſe os deſpide de vueſtra caſa y ſeruicio en vueſtra cara:*

Antiphraſis reijcitur.

Plerique in his, aliiſque ſimilibus, antiphraſim prætẽdũt, & putant benedicendi verbum collocari in contrariũ ſenſum,

ſum, vt ſit idem quod maledicere. Cumquibus certè, vt ingenuè loquar, mihi nequaquam conuenit: & ita cenſeo, verba nunquã à cõtrario dici: ſed quod aiebat Ariſtophanis interpres in dictione Schòlia, quæ dura ſunt, & male ominata, mutari quidem in bene ominata, non autem per cõtrarium. Vixit, olim pro Mortuus eſt, mali ominis vitãdi cauſa, & eius generis alia: non quia id verba ſignificãt, ſed quia ex eo, quod ſignificant, illud quod ſequitur, velint intelligi. Nam ex eo, quod vixit, eum iam non viuere, volunt exiſtimari. Sed vrget illud ex III. Reg. cap. XXI. *Benedixit Naboth Deum, & Regem, quam ob rem eduxerunt eum extra ciuitatẽ, & lapidibus interfecerunt.* Vbi benedicendi verbum, pro maledicendi verbo vſurpatum, quis non videt? Sed ſanè vt ſemel dicam, nunquam benedicere pro maledicere accipitur. Sed hoc in loco, aliiſque ſimilibus idem eſt, quod receſsit à Rege, atque auerſus eſt à Deo. *Dijo que ni conocia a Dios ni al Rey.* Et quoniam id niſi malè de Deo, Regeque loquendo, hoc eſt, negãdo vtriuſque imperium atque poteſtatem, fieri non poteſt, ideo, Benedixit pro malè locutus eſt, quidam interpretantur. Multa ſunt eiuſmodi, quæ ex dictis facilè intelligentur; accedamus ad verbum bonum, quod Regii Prophetæ cor eructauit.

Locus ex 3. lib. Reg. c. 21. explicatus.

CAPVT X.

VERBA BONA APVD ZACHARIAM, & apud Regium Pſaltem verbum bonum. Proximi verſus explicati. Quæ olim præfandi ratio in principum congreſſu.

SED rapit iam ad ſe animum, & linguam verbum illud bonum, quod Regius Pſaltes eructat; quod ego benè ominans, aut boni ominis verbum, fauſtam futuræ felicitatis prædictionem, & fælix boni tandiu votis hominum expetiti oraculum, & propheriam

Verbum bonum Pſalm. 44.

interpretor, nouam & tum demum in lucem apertius prodeuntem. *Vna buena dicha, vna buena ventura, vna gran coſa.* Quo nihil eſt ſignificantius Hiſpanis. Ita Zachar. I. *Loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria.* Ideſt, ominantia felicitatem, quæ ad Hieruſalem pertinere debebat, cum ad eam Dominus, vt paulopoſt additur, reuerteretur in miſericordiis. Vidit acutè Hieronymus, qui, *Bona*, inquit, *de futurarum promiſsione, conſolatoria de præſentium neceſsitate.* Chaldæus, *Recta*, quod idem eſt; nam vti boni, ita etiam recti Dii dicebantur, vt Rectè pro bene: & Rectum Porphyrioni in lib. II. Epiſt. Horat. Epiſt. II. bonum dicitur, & apud Virg. in quinta.

Zachar. i.

Amat bonus otia Daphnis.

Hoc eſt, felix, beatus, fraudis expers atque doli cuiuſquam; & quod ſupra dixerat, candidus, non malignus. Quare verbum bonum, non dignitatem modò rei, cuius oraculū edit, ſed oraculi veritatem etiam, atque promiſſorum certitudinem, magnitudinemq́ue complectitur. Rectè verò cor eructat: primò quia, vt ſupra diximus, verbū bonum niſi è bono corde prodire nō poteſt; cū omē, votū ſit mētis, ac vocis; verbū autē bonū ſit bene ominatū, aut boni ominis verbū. Deinde, quia ex abundātia cordis os loquitur. Id verò propriè dicitur eructare, ideſt, extra ructare, aut ructū edere: quod vel ex nimia ſaturitate exiſtere ſolet, aut ſuboriente aliquo vētulo erumpere. Vtrūque autē Regio vāti contigiſſe nō dubito: nam & rei dignitas, quam mente conceperat, tanta illius animum voluptate, tantumque compleuerat, vt vix capere poſſet, etiam effunderetur. Diuini prǽterea ſpiritus aura mentis illam, quam ipſe infuderat, conceptionem ebullire, atque os appetere faciebat. Prophetæ igitur hæc ſententia: Tanta eſt, quam mente concepi felicitas, tā fauſtum omen, vt contineri non poſsit, quin erumpat, ac ſe ſe cunctis oſtendat. Hiſpanè ſic. *Diome el coraçon vna alegre nueua, vna buenauentura, vna gran coſa que eſpera al mundo, y tal que no me cupo en el pecho, ſino que ſe me vino a la boca, y he hecho plaça della.* Eructauit cor meum verbum bonum. Felicitas autem

Cor aptè dicitur eructare verbum bonum.

ea eſt:

ea eſt,quam optare potuiſſent. *Ya tienẽ Rey,y yo deſde aqui le reconozco por mio, y pongo a ſus pies mi corona, y me aſsiento por ſu vaſſallo y eſclauo:y como tal le doy la poſſeſsion de quanto valgo y puedo* . Dico ego opera mea Regi:Regi,inquã,per antonomaſiam:ideo enim non explicat cui Regi : vt intelligatur Regem eſſe illum Regum, & Dominũ Dominantium,præ quo Reges alij hoc nomine indigni habentur; Meſsiã verũ Deum pariter atque hominem.

Chriſtus Rex per antonomaſiam.

Sed quid eſt cur Propheta,antequam Regem ſuum alloquatur,& carmen illi nuptiale canat,ſe ſe illi,ac ſua conſecrare profitetur? Loquitur certè ex more priſci ſæculi,quo, qui principes ſuos alloquebantur,deuotos ſe illi aut dicatos eſſe præfabãtur. Dio Caſsius auctor eſt lib.LIII. & marmora oſtendunt, & ſtatuæ, quibus illud ſolemne inſcriptum reperias:DEVOTI NVMINI MAIESTATIQVE TVÆ. Ea vero quæ proximè ſecuntur in Pſalmo,tam aptè ſunt coagmentata cũ primis, vt hanc mihi ſim veniam aſſumturus,ſtudioſis non admodum iniucũdam,vt vel proximum ſolũ verſum excutiam,quem ad diligentiam ſolum,& ſcribendi celeritatem video detorqueri. At Regius vates cum magnam ſe rẽ eloqui præcepiſſet; atq; vt ait poeta,quoniam

In principũ cõgreſſu deuotos ſe illis præfabãtur.

Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides;

Ne quiſpiam ſuſpicari poſſet oraculum illud ſuum, ſuum eſſe commentum,aut ſomnium, adiungit ſe conceptis vt aiunt verbis,& ab eo,qui neque falli, neque fallere poteſt, dictatis, eſſe dicturum. *Lingua mea calamus ſcribæ*. Quaſi dicat,præiuit verba Spiritus ſanctus; Ego vero vti ſcriba fidiſſimus bona fide concipiam, atque eloquar: nihil de meo addens,de ſuo nihil detrahẽs. Ac ne vos diutius morer, vel, vt vim aſſequar,celeritatemq́ue dictãtis, ne quod mihi verbum elabatur aut fugiat;ac ne vos incertos tam fauſti ominis, & tanti arcani expectatione ſuſpenſos teneã, *Dar eme toda prieſa en contarlo*. Hoc enim eſt; Celeriter ſcribentis. Quæ conſequuntur pete ex Pulcri capite: nã hoc hic deſinat,æquũ erit.

Cur lingua cum calamo comparata.

vim & poteſtatem dum ad amuſim exprimere vult, Grammaticorum leges, hoc loco non admodum neceſſarias cogitur præterire. Verum quis erit, qui paulo plus iſta guſtarit, & latina perceperit diligentius, qui non apertè videat, quãta ille, (ſi ad notionem vocum, ſermonis proprietatem, & germanas ſignificationes ſpectarit) latinæ dictionis ſciẽtia, & cognitione floruerit. Id ſæpe in noſtris litteris oſtenditur: ſed in his, quæ proximè dicemus, maximè cernitur. Et quoniam Perſii locus à nobis facit, breuius explicabitur; deinde ex eo, quod cupimus, oſtendetur. Is enim poeta per acutus & elegans cum præceptorem ſuum alloqueretur Sat. V.

Perſij locus expenſus.

Me tibi, inquit, *ſuppoſui: teneros tu ſuſcipis annos.*
Socratico Cornute ſinu.

Suſcipere quid.

Quo loco ſe ab eo Philoſophicis inſtitutũ dicere, nemo non videt: ſed quid commune habeat ſuſcipiendi verbum, cum altero inſtituendi, accuratius inueſtigandum erit, vt & ſententiæ vis omnis intelligatur, & multi alii auctores cum ſacri, tum æthnici illuſtrentur. Ac primum quidem, ſuſcipere, idem eſt, quod ſurſum capere; & quod vel iacebat, vel

Donatus.

abiectum erat, extollere. Quare Donat. in illud Terent. in Andr. *Nam quod peperiſſet, iuſsit tolli. Tolli*, inquit, *id eſt ſuſci-*

Tollere quid.

pi. Tollere autem, ſiue ſuſcipere, nihil eſt aliud quàm nutrire, atque educare: ex conſuetudine veterum, quibus integrum erat, recens ortos liberos, aut alere, aut exponere. Si vellent alere, tollebant manibus apprehenſos, quaſi pro ſuis acciperent, & eos alendi, educandique curam ſibi ſuſciperent. Si verò nollent, exponi iubebant: qua de re aliàs. Rectè igitur Perſius, & *ſuppoſui*, & *ſuſcipis* cum *ſinu* coniungit, vt contentionem faciant præpoſitiones illæ duæ ſub, & ſurſum, quæ verba componunt, vt ſit ſenſus. *Puſeme yo debajo de tu mano, y tu me leuantaſte cõ ella, y ennobleciſte mi niñez y edad tierna, con la enſeñança de la filoſofia.* Quippe pro trunco & lapide ſunt, qui literas neſciunt, ex Philoſophi ſententia; qui rogatus à quodam, quid nam filio Philoſophia eſſet profutura? reſpondit: Ne cum ſedeat, lapis ſuper lapidem ſedeat.

Sed

Sed in noſtris litteris inſcii,fatui ve ſuibus comparantur. Prouer.XI. *Annulus aureus in naribus ſuis mulier pulcra, & fatua.* Siue vt Chald. *Fœtido ſenſu.* Sus enim,inquit,Plinius lib. VIII.cap. LI.animalium eſt maximè brutum, itaque animã ei pro ſale datam non illepidè exiſtimabant,quod M.Tullius retulit lib.V.de finibus;& Varro lib.II.de Re Ruſtica.Rectè igitur,*annulus aureus in nare ſuis*, cui cœnum gratius, & ſuauius olet,quàm vnguentum, vt aiebat Lucretius. Ariſtophanes verò Hypocratis filios ſuẽ reſipere dixit; quod inſcii, quodque moribus eſſent non admodum comis. Nullũ autem maiorem homini à præceptore,vel à quopiam altero afferri poſſe ſplendorem,quàm eruditionis atque doctrinæ, cum multa docent,tum illud maximè ex Seneca apud Cornel.Tacit.lib.XVIII.vbi Neronem alloquens.*Ego quid aliud,* inquit,*munificentiæ adhibere potui,quàm ſtudia, vt ſic dixerim in vmbra educata,è quibus claritudo venit.* Iam vero lucis nomen ad doctrinam deriuatum hoc ipſum oſtendit. Nam Doctores in noſtris externiſque litteris Soli,& Luci,& Stellis fulgentibus comparantur.Contra verò eos,qui à Philoſophiæ ſtudijs defeciſſent, pro mortuis ducebãt Pythagorici. Origenes in lib.contra Celſum: *Cæterum,*inquit, *Pythagorei cenotaphia extruebant ijs,qui defeciſſent à Philoſophia, reflexo curſu ad idioticam vitam.*

Prouerb.11.
Lucretius, lib.6.
Cornel.Taci. lib.18.
Lux doctrinæ ſymbolũ.
Origenes.

Suſcipere,præterea, idem interdum valet quod educare nutrire,alere, atque etiam procreare. Terent. in And. Act. II. Scen. III. *Terentius in And.*

Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ex illa,cautio eſt:
Nam pollicitus ſum ſuſcepturum.

Hiſpanè, *Porque le di palabra de encargarme del, y criatlo.* Denique vt veniamus ad ſacra; Ponendum tertio loco eſt: ſuſcipere,non ſolum eſſe idem quod tollere,quod inſtituere,atque formare; ſed vltro etiam,ac ſponte,& ſumma cum humanitate, & beneuolentia excipere: benignè comiter, affabiliter, ac filiorum in morem paterno amore tractare. Ideo Perſius ſinum addidit,vt doceret ſe à præceptore non aliter quàm à parente filium conformatum.

Hinc illud Eccleſiaſtici III. lucem habet. *Fili ſuſcipe ſenectam patris tui.* Hoc eſt, adiuua patrem ſenem, foue illum, benignè, ac liberaliter accipe. *Haz buen tratamiento, regala a tu padre quando viejo.* Pſalm. CXXXVIII. *Suſcepiſti me de vtero matris meæ.* Quaſi dicat: *Heziſtes comigo lo que hazen los padres cō los hijos, a quien ſe aficionan, leuantaſteme en vueſtras manos, encargandoos de mi*, Nam vti diximus, parentes quos alere vellent liberos ſuſcipiebant, ſiue tollebant. Quò ſpectat illud Pſal. XXVI. *Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem aſſumſit me.* Ideſt, ſuſtulit ac ſuſcepit me veluti expoſitum, vt me aleret, atque educaret, & Pſal. CVI. *Suſcepit eos de via iniquitatis eorum, propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.* Hiſp. ſic: *Leuantolos quando mas caidos eſtauan por ſus maldades, y aunque a pecadores, recibiolos con buena cara, y con mueſtras de buena voluntad hizoles mui buen tratamiento, como a hijos.* Huc ſpectat illud Ezech. XVI. vbi cum vidiſſet Deus infantulam, nempe Hieruſalem, velut expoſitam, in ſuis ſordibus volutantem: *Tranſiens*, inquit, *Vidi te conculcari in ſanguine tuo, & dixi tibi cum eſſes in ſanguine tuo, viue.* Ideſt, ſuſcipio vitam tuam, volo te viuere; quod cum dico, dico me tui curam, tuarumque rerum in me recipere. Cui egregiè reſpondet illud Lucæ I. *Suſcepit Iſrael puerum ſuum recordatus miſericordiæ ſuæ*, Hoc eſt, *Leuantolo del polno de la tierra; tomolo en ſus manos, y encargoſe del, y de dalle de comer y veſtir, y mirar por el.* Quæ omnia in vno vno *Suſcipiendi* verbo continentur, & Ezechielis illo capite numerantur. Rectè verò cum dixit, *Suſcepit*, mox, *puerum* addidit: pueri enim ſuſcipiuntur. Et confirmat iſta Iſaias, per quem Dominus abiectam (non ſecus atque apud Ezechielem) in puluerē Hieroſolimam ita alloquitur. *Excutere de puluere, conſurge, ſede Hieruſalē, ſolue vincula colli tui captiua filia Sion &c.*

Iſai. c. 52.

Suſcipere, fide iubere. Sed habet aliam quoque poteſtatem hoc verbum, eam quoque à prima profectam. Nam quoniam qui curam alicuius ſuſcipit, tueri illum atque præſtare debet, vti ſponſores, fideive iuſſores faciunt: ideo pro ſpondere, aut præſtare, vſurpatur. Hiſp. *Abonar, fiar, ſalir al rieſgo, o ſalir por fiador.*

dor para pagar por otro. Pſal. CXVIII. hæc poteſtas percipitur in his verbis. *Suſcipe ſeruum tuum in bonum, non calumnientur me ſuperbi.* Hieron. & Chald. *Sponde pro ſeruo tuo in bonũ.* Hiſpanè ſic vertas: *Señor ſalid por mi fiador, y abonadme, no corra rieſgo ſi me apretaren los poderoſos.* Ita etiam, *Suſcepit Iſrael puerum ſuum recordatus miſericordiæ ſuæ*: Nimirum cum pro eo ſpopondit, quidquid deberet diſſoluturum: quod ſanè præſtitit, cum eſurientem impleuit bonis, ſuæ ſilicet vitæ, mortiſque pretiis, quibus æs alienum, quod contraxerat peccatorum, patri diſſolueret. Idcirco enim poſuit in eo Dominus iniquitates omnium, & ipſe languores noſtros tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, quia ipſe ſuſcepit, ideſt, *ſalio per noſotros.* Vnde & ſuſceptor ſæpiſsime, & adiutor, & liberator dicitur: hoc eſt, *Fiador*, qui & noſtra ſuſcipit, & ſuis tenuitatem opibus iuuat, & moleſtia liberat exactorum. Ita cecinit Dauid Pſal. LXXI. *Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.* Ex vſuris, inquam, ideſt ex dolis, atque fraudibus: quo nomine in Sacris peccata, & ſcelera deſignãtur, & in Hebræo habentur. Hoc autem in Chriſtum tantummodo cadit: nã Regũ Iſrael longè alia ratio fuit: ii enim cuiuſmodi fuerint, obſcurum non eſt: tantum enim abfuit, vt ab vſuris populum liberarint, vt etiam onerarint. I. Reg. cap. VIII. ius regis deſcribitur: quos tantum abeſt, vt largituros eſſe quidquã populo Dominus dixerit, vt etiam ablaturos quæcumque haberet prętioſa, maturiſimè commonuerit. Verbis igitur Regii Prophetæ, hæc Hiſpana reſpondẽt. *Librarlos ha de todo pecho y alcabala de pecado. Hazerlos ha hijosdalgo, y hombres de reſpeto en ſu caſa.* Et honorabile nomen eorum coram illo.

Pſal. 118.

Chriſtus ſuſceptor noſter

Pſal. 71. locus illuſtratus.

Quanquam hoc loco, *Nomen*, aliam videtur habere poſſe notionem, vt ſit idem quod ſyngrapha, ſiue tabulæ, quarum vi, atque nomine, ab aliquo pecunia exigi poteſt: qua de re aliàs. Hiſpani, *Cedula, o librança.* Quare nomen eorum, idem erit quòd ius & poteſtas petendi, atque exigendi quæ velint, nomine Chriſti: quod ideo noſtrum nomen dicitur, quia nobis à Chriſto datum, & à Patre, qui cũ Chriſto nobis

Nomẽ quid in Sacris litteris.

bis omnia donauit acceptum. Quòd autem honorabile futurum apud Deum Propheta prædicit, ſuam vim ſemper, & vbicunque, & à quocunque exhibeatur, habiturum ſignificat; & quæcumque eo nomine petita ab hominibus fuerint, impetranda. Hiſpanè: *Se obedecera, y pondra ſobre la cabeça, y ſe cumplira como enella ſe contiene.* Quæ enim ſiue Regia, ſiue Pontificia diplomata in iudicio proferuntur, ea & oſculari, & capiti imponere conſueuimus, vt debitam nos eis reuerentiam pariter atque obedientiam præſtare ſignificemus. Erit igitur honorabile nomen Chriſtianorum coram Deo, quia quæcunque fundentur ab eis preces Chriſti nomine, exaudiẽtur ab eo. Verum de his, vt diximus, aliàs. Nec abſurdè quiſpiam in hanc explicationem laudauerit Hieronymum, & Chaldæum, quorũ hæc lectio: *Et pretioſus, (vel carus) ſanguis eorum coram oculis eius.* Noſter quippe Chriſti ſanguis eſt, quãdo ille nos redemit ſanguine ſuo. Hac enim ratione pauperi pepercit, atque inopi, & animas pauperum ſaluas fecit. Pauperum, inquam, per antonomaſiam, eorum nimirum, qui ſoli verè pauperes ſunt, peccatorum: quibus niſi ſuum ſanguinem Chriſtus ſuæ ſalutis pretium condonaſſet, ſoluendo non eſſent.

Chriſtianorũ nomen honorabile coram Deo.

Hierony. & Chald.

CAPVT VIII.

DE MELIORE NOTA COMMENDAre quid ſit apud Ciceronem. Tituli, ſiue notæ dolijs olim impreſſæ. Catullus explicatus. B. Pauli loci duo curſim perſtricti, & illuſtrati.

CVM propoſitum mihi ſit, varietate rerum & copia oblectare lectorem, non eſt cur mihi quiſpiam ſuccenſeat, ſi modò has, modò illas litteras attingam, ad ſacra modò, modò ad prophana deſcendam; modò vtraque coniungam, & miſceam, vt eſt apud Poetam, vtile dulci. Cupimus enim hiſce noſtris

libris,

libris, non humanarum tantum, aut Sacrarum litterarum ſtudioſis ſiquam opem ferre poſsimus, experiri; ſed ſingulis quibuſque bonarum artium guſtum aliquem habentibus ſubſeruire. Hinc fit, vt ex omni genere, quæcunque occurrunt, ſine faſtidio libemus. Quare hoc etiam boni conſule, quod ex Curio ad Cicer. Epiſt. lib. VII. excerpſimus. Ille enim dum Ciceronem rogat, vt Acilio in Græciam cum legionibus eunti, ſe in eadem prouintia negociantem commendet: *Quare*, inquit, *Cicero mi perſeuera conſtanter nos conſeruare, & Sulpitij ſucceſſori nos de meliori nota commenda.* Vbi theſauri Latini, *notam* pro ſcriptura ineptè ſatis vſurpant. At Manutius, melioris notæ commendationem, interpretatur, diligentiſsimam: & addit translationem eſſe à doliis, quibus diuerſæ inuruntur notæ, vt internoſcantur vina. Eodem modo Catullus ad Manlium: *Cic. fam. 7. Epiſt. 29.*

Catullus ad Manl.

Quare quod ſcribis Veronæ turpe Catullo
Eſſe quod hic quiſquam de meliore nota,
Frigida deſerto tepefecit membra cubili.

Sed ne hoc quidem, vt ingenuè fatear, niſi cauſam addideris cur ita explices, omnino mihi probatur. Nam tametſi verum ſit cadis olim vini notas inuri, quæ ætatem ſignificarent, aut etiam patriam, (vt Iuuenalis oſtendit. *Notæ ſiue tituli in dolijs.* *Iuuenalis.*

Cuius patriam, titulumq́; ſenectus
Deleuit multa veteris fuligine teſtæ.

Et Petronius Arbiter in Satyrico titulorum formulam proponat. *Statim allatæ ſunt amphoræ vitreæ diligenter gypſatæ, quarum in ceruicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo:* FALERNVM OPIMIANVM ANNORVM CENTVM. *Dum titulos perlegimus, &c.*) Tametſi, inquam, verum hoc ſit, non ſatis, opinor, ſermonis huius vim explicauerit, qui dixerit, *De meliore nota commendare*, nihil eſſe aliud quàm diligentiſsimè commendare. Nam licet quæ melioris notæ ſunt, diligentiſsimè commendentur, vel eo ſolum quòd melioris notæ ſunt, non tamen quæcũque diligentiſsimè commendantur, melioris notæ; nam interdum

mortuus eſt. Hoc eſt, ſatis ſuã probauit hominibus charitatem, ſatis magnum amoris ſui ſpecimen, ſatis præclara documenta dedit: cum ſupra mortalium modũ mortales amauit. *Acredita Dios, abona, y juſtifica la voluntad que tiene a los hõbres.* Simile illud ad Rom. III. Iniquitas noſtra iuſtitiam Dei cõmẽdat; *Da teſtimonio y prueua, abona, juſtifica.* Et II. Machab. cap. IIII. De Menelao ſcribitur, Regi Antiocho fuiſſe cõmendatum. *At ille commendatus Regi, magnificans faciem poteſtatis eius, in ſemetipſum retorſit ſummum Sacerdotium.* Hoc eſt, cum ſe ſe Regi probaſſet, cum bene de eo Rex exiſtimaret, cum eius gratiam, & beneuolentiam collegiſſet, facilè potuit in ſe Sacerdotium retorquere. *Eſtando bien pueſto y acreditado cõ el Rey.* Cætera non erit difficilè ex his, quæ diximus, æſtimare: pergamus ad alia.

Itẽ ad Rom. 3.

2 Machabeor. 4.

CAPVT. IX.

BONA VERBA, BONVS DIES, BONA omnia dicere, Boni Dij, Benedicere, & ſimilia. Dei nomen liberalitatis eſſe. Multa ex Sacris Litteris illuſtrata. Prou. XIIII. Math. XX. maximè de Benedicendi verbo apud Iob, & alios.

HIC ego lectores fauere linguis volo, ſacra enim attingo, & bona fari cupio, bono nimirum Natalitiorum die, quo iſta ſcribo, atque ex lege munus hoc amicis mitto; fauſti ominis ſcripta videlicet; vti pauper, cui neque veſtes, neque aurum, neque argentum neque cætera, quæ aut voluptate, aut pretio mortalibus cõmendantur.

> *Proſpera lux oritur, linguiſque animiſque fauete:*
> *Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.*

Ouid. lib. 1. Faſt.

Linguis pariter atque animis fauere imperat, ex ſolemni ſacrorum formula, vates. quia non corpore ſolũ, ſed animo etiam ſacris operari decet. Vnde attentionem illa formula captari.

Corpore pariter atq; animo ſacris operandum.

captari mos erat; *Hoc age.* Vt docet Plut. in Numa, & Coriolano. Tranquill. Tacit, & alii. Atque id puto ſignificare *Bona verba*; ideſt, fauentiam oris, ac mentis. Nam præter quàm quòd verbum menti magis, quàm ori congruit, ſi res ex Theologorum diſciplina penſetur, Nonius ita cenſuit, in Ominis notione explicanda. *Omen, inquit, eſt votum mẽtis, ac vocis, vnde ſacrificantibus dicitur, bona omina habere, ideſt vt circumſtantes, & mente recta velint, & bona oribus proferant.* Præclarè Nonius, candida enim, pura, & caſta verba, niſi è candida, puraque mente in os incidant, grata eſſe Deo nõ queunt. Bona autem verba, quid aliud ſunt, quàm bonum fauſtum, felix omen habentia; non prophana, non obſcœna ideſt, male ominata, aut malè nominata apud Horat. Lib. II. ode. XIIII. Accius Oenomao. *Vt omnes, inquit, qui Arpinã Aſiamque accolunt ciues ominibus fauſtis adhibeant fauentiam, ore obſcœna dicta ſegregent.* Æn. XII.

Nonius. Omen quid. Bona verba quid. Obſcœna dicta. Obſcœnæ volucres.

> *Ne me terrete timentem*
> *Obſcœnæ volucres.*

Bonus dies. Ideſt, ſiniſtræ, infauſtum omen præbentes. Bonus igitur Dies ita dicitur, vt bona verba, Candidus, fauſtus, ac felix, ſiue feſtus: vt infra.

> *Salue feſta dies, meliorque reuertere ſemper.*

Bonæ preces. Mart. Lib. XII. *Bona* dixit *Saturnalia.* Cato de Re Ruſt. & Feſtus, *Bonas preces precari:* quaſi propitiatorias, & quæ Deos ſibi bonos redderent. Nam, & Dii, Deæque Bonorũ nomine dignabantur. Aen. XII.

Manes boni.

> *Vos mihi Manes eſte boni.*

Et lib. X. Iuno Bona; vt Bona Venus Plauto, & Bonus Iuppiter: Perſio. Quamquam Bonus, optimusvè cum dicitur Iuppiter, bona dans, & benefaciẽs, ac benedicens intelligitur, quod bonitatis maximè propriũ eſt; ideſt Dei, quæ ipſa bonitas. eſt. Nihil vidit melius Cicero II. de natura Deor. *Sed ipſe Iuppiter,* inquit, *Ideſt, Iuuans pater &c. à maioribus noſtris. Optimus Maximus dicitur: & quidem ante Optimus quàm Maximus, quia maius eſt, certèque gratius prodeſſe omnibus, quàm magnas opes habere.* Hinc Varroni diues dictus eſt, quaſi Diuus

Iuppiter iuuans pater. Diues Varroni quaſi Diuus.

Diuus, quòd perinde ac Deus circumfluat maximis copiis, & alienam inopiam, ac miſeriam, nihil ipſe interea incõmodi accipiens, leuare tam velit: quàm poſsit. Nomẽ autẽ Dei, nomen eſt liberalitatis, & magnificentiæ. Iuppiter à iuuando dictus eſt, Deus à dando. Hinc olim Mœcenates, Patroni, ac principes liberalitate in clientes, ac ſuos, nomen ſibi inuenere Diuinum. Vide quæ diximus in eã, quæ eſt ad Quirites poſt reditum, ad illud, *P. Lentulus parens ac Deus &c. Boni* verò vox eandẽ vim habere videtur in ſacris Prou. XXII. *Qui pronus eſt ad miſericordiã, benedicetur.* Hebræa, *Bonus, oculus &c.* Hiſpanè: *Con el liberal Dios ſera largo, y quien bien hiziere bien recebira.* Math. XX. *An oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum.* Hiſpanè: *Porque yo ſoy cumplido y liberal, has de ſer tu malauenturado, y embidioſo?*

Dei nomen liberalitatis eſt, & à dando dictum.

Prouerb. 22.

Bonus in ſacris.

Math. 20.

Sed redeo ad ſuperiora, & dico quid ſit, *Bona omnia dicere,* apud Terent. in And. Scen. I. Non enim bene, qui ad laudem adoleſcentis referunt: optimè qui ad bene ominantiũ verba ſpectarunt. Omnes igitur bona omnia dicebãt; id eſt, fauſtis ominibus adoleſcentis ingenium proſequebantur. *Le echauan mil bendiciones.* Fauſta, & felicia omnia, mihi de illo pollicebantur. Sed de bono ſatis, tametſi bonum eſt. Mel etiam ſi nimium amarum eſt: ex multis tu, quod mage arridebit, ſeponito: Et, *Eſſe puta ſolum, ſic tibi pluris erit.*

Bona dicere apud Terent.

QVID SIT BENEDICERE IN SACRIS *litteris. Appendix. I.*

TAM varius, tamque frequens eſt huius verbi vſus in ſacris litteris, vt non ab re fuerit eius vim, & poteſtatẽ pluribus explicare. Nã neque obuia cuilibet, neq; ſine magno iudicio vſurpata ſæpius à Vulgato. Benedicimus quippe paribus, ſuperioribus, atque etiam inferioribus, aut inter ſe homines, aut Deo mortales, aut mortalibus Deus. Rectè igitur videre qui dixerunt, Deum hominibus, aliis ve rebus benedicere, idem eſſe quod bona largiri. Bene enim dicere, quid eſt aliud quàm bona dicere? Dicere autem nihil

Benedicendi quot ſint modi.

aliud niſi deſignare, attribuere? Nonne apud latinos Bona doti dicere, ideſt, in dotem aſsignare, vt ita dicã, & pro dote tribuere? *Dar en dote.* Homines verò cum Deo benedicunt, illius liberalitatem, magnificentiam, ceteraque attributa dilaudãt, & bona, quæ vel in Deo inſunt, vel ab eo accepère commendant. At cum inter ſe benedicunt, bona ſibi precantur, aut bene ſibi ominantur. Hinc factum eſt, vt quoniam qui ſalutant inter ſe, bona ſibi optant, vt vitam, valetudinem, & felicitatem, ideo Benedicere pro ſalutare accipiatur: Siue cum valedicimus, ſiue cũ ſaluere iubemus. Geneſ. XLVII. *Introduxit Ioſeph patrem ſuum ad Regem, & ſtatuit eum coram eo, qui benedicens illi, & interrogatus ab eo, &c.* & infrà vbi Regem allocutus eſt Iacob: *Benedicto Rege, egreſſus eſt foras.* Hoc eſt, cum ſolemnia uerba, & ex legitima, & ſolemni ſalutandi formula præfatus eſſet: Cum ea dixiſſet, quæ in congreſſu, atque regreſſu ſolemus. *Auiendole beſado al rey las manos, y hecho el deuido acatamiento: y deſpidiendoſe del.* Ita II. Reg. cap. XIIII. *Cadens Ioab ſuper faciem ſuam in terram adorauit, & benedixit regi.* Hoc eſt, *Beſole las manos, y deſpidioſe del.* Idcirco etiam pro vale dicere: Iob. I. *Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis.* Ideſt, valedixerint, auerterint ſe à Deo. *No ayan dado de mano a Dios, no ſe ayan apartado del por algun peccado.* Et cap. II. vxor ad Iobũ: *Benedic Deo, & morere.* Ideſt, valedic Deo, valere illũ iube, nuntium illi remitte. *Dale de mano, y acaba con el, o echale la bendicion &c.* Sic etiam explicari debet illud ex I. cap. eiuſdem: *Extende pauliſper manum, & tange cuncta, quæ poſsidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Nam cum gloriaretur Deus, ſeruũ ſe habere fidelisſimum Iob, qui nulla ab eius domo ratione vnquam receſſurus videbatur; Dæmon contra; ſcilicet; fidelisſimus eſt, tange quæ poſsidet, ac tum demum videbis, quã cito à domo tua decedat, ac tibi coram in faciem valedicat. *Tocalde, y vereys ſi no ſe os deſpide de vueſtra caſa y ſeruicio en vueſtra cara:*

Plerique in his, aliiſque ſimilibus, antiphraſim prætẽdũt, & putant benedicendi verbum collocari in contrariũ ſenſum,

Benedicere ideſt, ſalutare.

Geneſ. 28.

Benedicere ideſt valedicere.

2. Reg. 14.

Iob. 1. rectè explicatus.

Iob. 2.

Iob. 1.

Antiphraſis reijcitur.

ſum, vt ſit idem quod maledicere. Cumquibus certè, vt ingenuè loquar, mihi nequaquam conuenit: & ita cenſeo, verba nunquã à cõtrario dici: ſed quod aiebat Ariſtophanis interpres in dictione Scholia, quæ dura ſunt, & male ominata, mutari quidem in bene ominata, non autem per cõtrarium. Vixit, olim pro Mortuus eſt, mali ominis vitãdi cauſa, & eius generis alia: non quia id verba ſignificãt, ſed quia ex eo, quod ſignificant, illud quod ſequitur, velint intelligi. Nam ex eo, quod vixit, eum iam non viuere, volunt exiſtimari. Sed vrget illud ex III. Reg. cap. XXI. *Benedixit Naboth Deum, & Regem, quam ob rem eduxerunt eum extra ciuitatẽ, & lapidibus interfecerunt.* Vbi benedicendi verbum, pro maledicendi verbo vſurpatum, quis non videt? Sed ſanè vt ſemel dicam, nunquam benedicere pro maledicere accipitur. Sed hoc in loco, aliiſque ſimilibus idem eſt, quod receſsit à Rege, atque auerſus eſt à Deo. *Dijo que ni conocia a Dios ni al Rey.* Et quoniam id niſi male de Deo, Regeque loquendo, hoc eſt, negãdo vtriuſque imperium atque poteſtatem, fieri non poteſt, ideo, Benedixit pro malè locutus eſt, quidam interpretantur. Multa ſunt eiuſmodi, quæ ex dictis facilè intelligentur; accedamus ad verbum bonum, quod Regii Prophetæ cor eructauit.

Locus ex 3. lib. Reg. c. 21. explicatus.

CAPVT X.

VERBA BONA APVD ZACHARIAM, & apud Regium Pſaltem verbum bonum. Proximi verſus explicati. Quæ olim præfandi ratio in principum congreſſu.

SED rapit iam ad ſe animum, & linguam verbum illud bonum, quod Regius Pſaltes eructat; quod ego benè ominans, aut boni ominis verbum, fauſtam futuræ felicitatis prædictionem, & felix boni tandiu votis hominum expetiti oraculum, & prophetiam

Verbum bonum Pſalm. 44.

interpretor, nouam & tum demum in lucem apertius prodeuntem. *Vna buena dicha, vna buena ventura, vna gran coſa.*
Zachar. 1. Quo nihil eſt ſignificantius Hiſpanis. Ita Zachar. I. *Loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria.* Ideſt, ominantia felicitatem, quæ ad Hieruſalem pertinere debebat, cum ad eam Dominus, vt paulopoſt additur, reuerteretur in miſericordiis. Vidit acutè Hieronymus, qui, *Bona*, inquit, *de futurorum promiſsione, conſolatoria de præſentium neceſsitate.* Chaldæus, *Recta*, quod idem eſt; nam vti boni, ita etiam recti Dii dicebantur, vt Rectè pro bene: & Rectum Porphyrioni in lib. II. Epiſt. Horat. Epiſt. II. bonum dicitur, & apud Virg. in quinta.

Amat bonus otia Daphnis.

Hoc eſt, felix, beatus, fraudis expers atque doli cuiuſquam; & quod ſupra dixerat, candidus, non malignus. Quare verbum bonum, non dignitatem modò rei, cuius oraculũ edit, ſed oraculi veritatem etiam, atque promiſſorum certitudinem, magnitudinemque complectitur. Rectè verò cor eructat: primò quia, vt ſupra diximus, verbũ bonum niſi è bono corde prodire nõ poteſt; cũ omẽ, vorũ ſit mẽtis, ac vocis; verbũ autẽ bonũ ſit bene ominatũ, aut boni ominis verbũ. Deinde, quia ex abundãtia cordis os loquitur. Id verò propriè dicitur eructare, ideſt, extra ructare, aut ructũ edere: quod vel ex nimia ſaturitate exiſtere ſolet, aut ſuboriente aliquo vẽtulo erumpere. Vtrũque autẽ Regio vati contigiſſe nõ dubito: nam & rei dignitas, quam mente conceperat, tanta illius animũ voluptate, tantumque compleuerat, vt vix capere poſſet, etiam effunderetur. Diuini præterea ſpiritus aura mentis illam, quam ipſe infuderat, conceptionem ebullire, atque os appetere faciebat. Prophetæ igitur hæc ſententia: Tanta eſt, quam mente concepi felicitas, tã fauſtum omen, vt contineri non poſſit, quin erumpat, ac ſe ſe cunctis oſtendat. Hiſpanè ſic. *Diome el coraçon vna alegre nueua, vna buenauentura, vna gran coſa que eſpera al mundo, y tal que no me cupo enel pecho, ſino que ſe me vino a la boca, y he hecho plaça della.* Eructauit cor meum verbum bonum. Felicitas autem

Cor aptè dicitur eructare verbum bonum.

ea eſt:

ea eſt, quam optare potuiſſent. *Ya tienẽ Rey, y yo deſde aqui le reconozco por mio, y pongo a ſus pies mi corona, y me aſsiento por ſu vaſſallo y eſclauo: y como tal le doy la poſſeſsion de quanto valgo y puedo*. Dico ego opera mea Regi: Regi, inquã, per antonomaſiam: ideo enim non explicat cui Regi: vt intelligatur Regem eſſe illum Regum, & Dominũ Dominantium, præ quo Reges alij hoc nomine indigni habentur; Meſsiã verũ Deum pariter atque hominem.

Chriſtus Rex per antonomaſiam.

Sed quid eſt cur Propheta, antequam Regem ſuum alloquatur, & carmen illi nuptiale canat, ſe ſe illi, ac ſua conſecrare próſitetur? Loquitur certè ex more priſci ſæculi, quo, qui principes ſuos alloquebantur, deuotos ſe illi aut dicatos eſſe præfabãtur. Dio Caſsius auctor eſt lib. LIII. & marmora oſtendunt, & ſtatuæ, quibus illud ſolemne inſcriptum reperias: DEVOTI NVMINI MAIESTATIQVE TVÆ. Ea vero quæ proximè ſecuntur in Pſalmo, tam aptè ſunt coagmentata cũ primis, vt hanc mihi ſim veniam aſſumturus, ſtudioſis non admodum iniucũdam, vt vel proximum ſolũ verſum excutiam, quem ad diligentiam ſolum, & ſcribendi celeritatem video detorqueri. At Regius vates cum magnam ſe rẽ eloqui præcepiſſet; atq; vt ait poeta, quoniam

In principũ cõgreſſu deuotos ſe illis præfabãtur.

Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides;

Ne quiſpiam ſuſpicari poſſet oraculum illud ſuum, ſuum eſſe commentum, aut ſomnium, adiungit ſe conceptis vt aiunt verbis, & ab eo, qui neque falli, neque fallere poteſt, dictatis, eſſe dicturum. *Lingua mea calamus ſcribæ*. Quaſi dicat, præiuit verba Spiritus ſanctus; Ego vero vti ſcriba fidiſſimus bona fide concipiam, atque eloquar: nihil de meo addens, de ſuo nihil detrahẽs. Ac ne vos diutius morer, vel, vt vim aſſequar, celeritatemq́ue dictãtis, ne quod mihi verbum elabatur aut fugiat; ac ne vos incertos tam fauſti ominis, & tanti arcani expectatione ſuſpenſos teneã, *Dareme toda prieſa en contarlo*. Hoc enim eſt; Celeriter ſcribentis. Quæ conſequuntur pete ex Pulcri capite:

Cur lingua cum calamo comparata.

nã hoc hic deſinat, æquũ erit.

CAPVT XI.

BONOS VIROS PRO CONSANGVINEIS, malos pro extraneis habendos. Extranei qui in Sacris litteris. Parentum in liberis ſimilitudo in felicitate ponebatur. Ex Sacris litteris quædam explicata.

PLERIQVE mortalium tam ſuperbo ingenio ſunt, vt ſi quos in patria ſua videãt non populares, aut gentiles ſuos excellere, iniquiſsimè ferant, & quod inhumanius eſt, miris modis conentur euertere. Quorũ certè ingenium acriter reprehendit diſertiſſimus auctor B.Greg. Nazianz. in orat. II. de Theolog. *Sophiſticum planè, inquit, atque alienum eſt, non dicam à Deo, ſed etiã ab homine mediocri ſaltem probitate, candoreque prædito, atque ingenuæ cuiuſdam honeſtatis ſibi conſcio, prohibendis alijs, principatum ſibi comparare.* Sed narrat Lucianus in Toxari, ſiue de amicitia, Toxarim Scytham hominem Mneſippo Atheniẽſi exprobranti ſibi, quod Pyladem, & Oreſtẽ peregrinos atque etiam hoſtes pro Dijs colerent, reſpondiſſe: *Quòd hoſpites erant, non Scythæ, id verò nihil obſtat quominus boni viri indicẽtur. Neque enim perpendimus cuiates ſint viri honeſti, ac probi: neque inuidemus ſi cum amici non fuerint, res egregias geſſerunt: quin magis admirantes ea, quæ fecerunt, ab ipſis factis domeſticos illos, ac noſtrates dicimus.* Plutar. autem in lib. de Alexandri virtute, in eandem ſententiam Alexandrum iuiſſe ſcribit. *Omnes*, inquit, *vndique gentes in vnum corpus conduxit: tamquam in amicitiæ cratera commiſcens vitas, mores, nuptias, victus rationem, mandauitque vniuerſis, vt mundum pro patria agnoſcerent, caſtra pro arce & præſidio: bonos pro cognatis, malos pro peregrinis.* Sed accedat etiam huc illud Plinii Iunioris in Panegyri ad Traianũ, quod in eandem ſententiam recidit. Is enim cum de Traiani adoptione in Neruæ filium & hæredem diceret: *Nulla*, inquit, *adoptati cum eo, qui adoptabat cognatio, nulla neceſsitudo,*

B.Greg. Nazianz.

Lucianus in Toxari ſiue de amicitia.

Scythæ hoſpites maximè colunt.

Plutarch. de Alexan. virtute.

Boni pro cõſanguineis, mali pro peregrinis habendi.

Plin. Iunior ad Traianũ.

niſi

niſi quòd vterque optimus erat. Et paulò poſt. *An S. P. Q. Romani exercitus, prouintias, ſocios tráſmiſſurus vni, ſucceſſorem è ſinu vxoris accipias? Summæque poteſtatis hæredem tantum intra domũ quæras, non per totam ciuitatem circumferas oculos, & hunc tibi proximum, hunc coniunctiſſimum exiſtimes, quem optimum, quem Dijs ſimillimum inueneris.* Sed omnes, opinor, Xenophontis ſentẽtiam imitati ſunt, apud quem ita Cyrus: *Nec eſt item conſiderandum vobis, quomodo ex ciuibus ordines ſuppleatis: ſed quemadmodum equos quæritis non qui patrij ſunt, ſed qui optimi: ſic etiam homines quærite: ex hominibus, inquam, omnibus, quoſcumque arbitremini, & robori vobis, & ornamento maximè futuros, hos ſumite.* Xenophon.

Nec alienus hic loquendi, & ſentiendi modus à ſacris. Pſal. enim LXVIII. *Extraneus*, (inquit Dauid pro Chriſto) *factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.* Hiſpanè ſic. *Deſconocieronme como a eſtraño, y tuuieronme por aduenedizo mis naturales.* Nempe cum illum Samaritanũ inclamarunt. Sed nõ aliam ob cauſam, niſi quod, vt ſcriptũ eſt Sap. II. contrarius erat operibus eorum, & à vita, & moribus alienus; eiuſmodi enim qui ſunt, extranei ſiue alieni putãtur. Hinc etiam Pſal. XVII. filij alieni dicuntur, qui patrẽ moribus, & viuendi ratione non referunt. Ideò nõ Chriſti, ſed Diaboli proles appellantur. *Vos ex patre Diabolo eſtis.* Heſiodus quoque inter ceteras ferrei ſæculi calamitates, eam quoque ponit, quod nulla ſit in liberis parentũ ſimilitudo. Idemque poeta, quo loco percenſet eas cõmoditates, quibus Dii cumulant homines iuſtos, ait, eorum uxores ſimilia parentibus pignora parere. Id verò in tanta olim felicitate ponebatur, vt Ouidius Cæſarem deprecaturus dixerit, lib. II. de Ponto. Eleg. VIII. Pſal. 78.

Perque tibi ſimilem virtutis imagine natum:
Moribus agnoſci qui tuus eſſe poteſt.

Sed Oſeã audite. *Filios, inquit, alienos genuerunt.* Hoc eſt, parentũ diſſimiles, adulterinos. At Propheta Dauid: *Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt.* Hiſpanè ſic vertẽris. *Hijos, mas tales que en nada ſe me parecen, antes deſdizen como qui.* Oſeas. Filij alieni.

eſſe

amigos, de quien yo ſoy. Mentiti ſunt mihi. Aliàs enim perfecti eſſe deberent, ſicut, & Pater eorum cæleſtis perfectus eſt. Ideo dictum illis eſt. *Neſcio vos: No os tengo por hijos, pues no me pareceys.* Quippe omnis homo mendax, & apud Iſai. Cap.

Iſaia.30. XXX. Filii mendaces dicuntur, quia cùm exemplari cauſa non congruunt: hoc eſt, ad Deum minimè cõformantur, ad cuius ſunt ſimilitudinem efformati. Ita Roman. VIII.

Ad Rom. 8. *Conformes fieri imagini filij eius.* Enim verò qui mortaliũ animos vitiorum labe tam turpiter fœdatos aſpexerit, haud difficilè viderit, quàm longè abſint à Diuina ſimilitudine, quam præ ſe ferre, ſi ſaperent, debuiſſent. Verum vti improbi pro extraneis, ita etiam contra extranei pro improbis habentur, quemadmodum, & de alieno dicimus. Quia e

Scribonius Largus. Scribonius Largus: *Si es, inquit, ſcabrum, aut putre vetuſtate vitij factum eſt, expurgat, & educit quantum eius alienũ eſt.* Hoc eſt, quantum corruptum, aut vitioſum. Cornel. Celſus lib. IIII.

Cornelius Celſus. Cap. vlt. *Equitare podagricis quoque alienum eſt.* Ideſt, noxiũ; & Cap. V. alienum dicit ſtomacho cibum. Cicero interdum, Alieniſsimum reip. tempus: ideſt, incommodiſsimum. Extraneus igitur factus ſum, ideſt inutilis, incõmodus, importunus, noxius, peccator viſus ſum. Supra Sap. II.

Iſaia.53. *Quia inutilis eſt nobis.* & Iſai. LIII. *Et nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſum à Deo, & humiliatum,* tunc videlicet cum, & ſe ſcire profeſsi ſunt, eum peccatorem eſſe, & in eum cruci ſuffixum tanquam in ſceleratum hominem deſpexerunt. *Et peregrinus filijs matris meæ:* ideſt hoſtis: hoſtis enim apud antiquos peregrinus dicebatur, vt ait Feſtus, & Cicer. lib. I. Officior. *Hoſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinũ dicimus.*

Denique filii alieni dicuntur quaſi noxii, cũ propter peccatorum virus, quod in Chriſtum euomuerunt: (quando, vt eſt apud eundem vatem, propter ſcelus populi ſui percuſsit eum Pater æternus:) tum quia prorſus inutiles: nam cùm bos, & aſinus cognoſcant præſepe Domini ſui, ipſi paſtorẽ & Dominum non agnoſcunt, & debito illum honore defraudant. Cetera, infra.

Caput

CAPVT XII.

ALIENVS, ALIENARI, ALIENATIO, quid apud externos, & noſtros Auctores. Ouidij locus, & deinde Pſaltes, Iobus, Iſai. Hieremias, Paul. probe explicati.

OVID. lib. III. Triſt. Eleg. III. ſcribens ad vxorem, quàm ægrè ſe habuiſſet in morbo, & quàm recentem eius memoriam, atque altè defixam? ita cecinit:

Quin etiam ſic me dicunt aliena locutum,
Vt foret amentis nomen in ore tuum. *Ouidius.*

Vbi, aliena, ſunt non apta, & cohærentia inter ſe, quod
& proxima vox *Amentis* oſtendit. Hiſp. *Deſuarios.* Ita Terẽt.
in Hecyr. *Poſtquam alienum ab ſe ſe videt.* Vbi Donatus, a- *Terentius.*
mentem interpretatur, vt in Phormione: *Quid ego vobis Ge-* *Iulius Firmi*
ta alienus ſũ? Et Iul. Firmic. lib. III. cap. VI. *Si cũ Sole Mars,* *cus.*
inquit, & Saturnus fuerint inventi, faciet, alienos, deliros, Cardia-
cos, Phreneticos. Inde alienata mens, alienatio ſenſuũ, quæ
in noſtro ſermone vulgaria, *Enagenado de ſi, y de ſus ſentidos.*
&c. Is enim qui ſui compos non eſt, alienus, aut etiã alie-
natus ab ſe eſt. Nam in ſe, perinde atque in alienam rem, ius
non habet, quo captus mẽte vti nõ poteſt. Ita Pſal. XLVII. *Pſal. 57.*
Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti ſũt fal-
ſa. Rectè quidem à vulua, nam vt peccatum inibi, ita etiã *Locus expli*
alienationem mentis communione ſanguinis contraxerũt. *catus.*
Deſde ſu concepciõ eſtã enagenados de ſi, y perdido el ſeſo. Quippe
tenebræ concreatæ ſunt peccatoribus. Rectè igitur; *Errauerunt ab vtero.* Hoc eſt, *Deſde el vientre de ſus madres ſe perdierõ,*
y anduuieron como locos, y como quien lo eſtaua, todo era dezir diſ-
parates. Locuti ſunt falſa, *y eſtauan locos, no como quiera, ſino*
de atar, furioſos. Furor illis. *Y tan perjudiciales, q̃ como vn loco*
haze ciento, a todos pegauan ſu locura; como ſierpe, que fuera de ſer
ponçoñoſa, rabia. In ſimilitudinem ſerpentis, vel vt Hebræa;
Sicut Regulus venena diffundens. *Y tan rabioſos, que no baſtã*

à curarlos los mejores, y mas eſpertos ſaludadores del mundo. Quæ non exaudiet vocem incantantis, & venefici incantantis ſapienter. Quæ omnia eo ſpectant, vt furorem, quo cæci mortales in vitiorum voraginem ſe ſe præcipites agũt, meliora monentium officio cõtemto, declaret, ac quantũ etiã alienatione ſua eos ipſos, qui à Deo ſunt, abalienent à Deo, & ad morum ſuorum imitationem traducant, facilè intelligatur.

Cæci in vitia ruimus.

Iob. cap. 31. Huc ſpectat illud Iob XXXI. *Nunquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus iniquitatem?* Cui hæc Hiſpanè reſpondet: *Por ventura no van perdidos los pecadores, y ſon locos los que hazen locuras?* Id enim eſt operari iniquitatem: ideſt, vanitatẽ. *Deuaneos, y deſuarios.* Ita Epheſ. IIII. *In vanitate ſenſus ſui.* Quod Hiſpanè ſonat. *Andan alla ſegun ſus imaginaciones, cada loco con ſu tema.* Pſalm. III. *Ecce parturit iniuſtitiam.* Vel, Ecce impius concepit concupiſcentiã. *Ale dado no ſe que antojo, anda antojadizo, y auenatado, y como de parto por ſalir con ſu locura.* Concepit dolorem, *y todo viene deſpues a ſer vn poco de lexia, vn diſparate.* Et peperit iniquitatẽ, vel, Pariet falſum.

Iniquitas & vanitas quid in ſacris.
Epheſ. 4.
Pſal. 3.

Iſai. 30. Huc etiam ſpectare videntur illa Iſai. XXX. *Et erit vobis iniquitas hæc ſicut interruptio cedens, & requiſita in muro excelſo.* Iniquitatem pro vanitate poſuit interpres. *Eſte deuaneo y fãtaſia de cabeça, que eſta como vn lienço de muro abexigado, deſmoronandoſe, que quando menos penſays, da conſigo en tierra.* Produci hæc vberius poſſunt, ſed nobis aliud agentibus ſatis eſt, ad fontes digitos intendiſſe. Quare hoc ſolum adiiciã, vt quæ ſit vitis aliena diligentius explicetur.

Hierem. 2. Eandem enim vim, Vulgatus interpres expreſsiſſe viſus eſt, Hierm. II. cum infidum Propheta populum viti comparans alienæ, *Quomodo,* inquit, *conuerſa eſt mihi in prauum vitis aliena?* cui reſpondet Hiſpanè. *Como te me as maleado parra loca.* Hoc eſt, infrugifera, & infecunda, quæ ſegnis iã, quaſi præ vetuſtate, nullus fructus induat, nõ æquè atq; anteà reſpõdeat, ſed à ſua ſtirpe degenerarit, ac vim omnẽ priſtinæ fecũditatis amiſerit, ſpe vindemiæ totius extincta. Vitis igitur aliena, ea dicitur, quæ tota in frondes, & vmbracula

Locus explicatus.
Vitis aliena.

euanuit.

euanuit. *Que todo ſe le vá en panpanas, y jamas da fruto.* Vulgaris apud Hiſpanos locutio. Ita Chald. *Facti eſtis ſicut vitis, in qua nulla eſt vtilitas.* Iudæi enim vmbras ſemper, & veritatis ſimulacra ſectati, ad veritatem oculos occluſere. Habuêre ſe perinde atque vitis vmbroſa, & opaca, quæ ſarmentorũ multiplici nexu implicata ſilueſcit, & frondium viriditate luxurians, vmbram adeo denſam efficit, vt ſolem nõ admittat, quem ſi admitteret, fructuũ vbertate, & copia compleretur. Ita Synagoga Hebræorum vmbris contenta, ſiue vmbraculis figurarum obtenta, vero Soli iuſtitiæ Chriſto aditũ intercluſit: atque ideo fructum non fecit: & quod vitibus eiuſmodi accidit, vt non modo non fructus ferant, ſed etiã exurantur, & frondium viriditatem amittant: id illi contigiſſe videmus, vt & Chriſtum, qui verus eſt fructus, & legẽ quæ illum obumbrabat, & ſacrificia, & templum amiſerit. Rectè igitur noſter interpres alienatum à Deo populum, & veræ religionis fructum nullum ferentem, inanem tamen ſpeciem, & ſimulatam imaginem oſtentantem, ſectantem vmbras, rem prorſus abiicientem, vitem quidem alienã appellat, non ignarus eius poteſtatis, quam diximus vocabulo *Alieni* ſubiectã. Pſal. etiam XVIII. *Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.* Ideſt, ab improbis, & peruerſis, qui contra quam deberent ſe gerunt.

Iudæi cũ vite aliena cõparati.

Pſal. 18.

CAPVT XIII.

LAVS PRO VIRTVTE, LAVDARI PRO *cõfirmari, præſertim in Sacris. Virgilij locus explicatus, & deinde ex Pſal. & Iſaia aliquot explicati.*

LEVIVSCVLÆ fortaſsis operæ quod ſequitur, ſed non omnino prætereundum; quando tam ſæpe obuiandum. Sermo enim Latinus, vt quiuis alius id habet, vt vel neceſſitate, vel ſplendore, vel etiam affinitate rerum, & cohærentia ducatur, in vocabulis

vel permutandis, vel aliò, atque aliò traducendis. Ita vt ex conſequentibus interdum ad antecedentia; & ex antecedentibus ad conſequentia transferantur. Innumera teſtimonia: ſed vnicum eſto propoſitum. Virtutis, ac rerum præclarè geſtarum præmium laus: prorſus vt illam hæc tanquam vmbra, (quod aiebat Cicero) corpus conſequatur. Natum inde, vt præmii, hoc eſt, laudis compellatione meritũ, ideſt, virtus intelligatur. Virg. Æneid. I.

Virg. Ænei. 1.

En Priamus: ſunt hic ſua præmia laudi.

Æneid. 5. Seru. virtuti, interpretatur. Et Æneid. V. Niſus ad Æneam.

Si tanta, inquit, ſunt præmia victis,
Et te lapſorum miſeret; quæ præmia Niſo
Digna dabis, primam merui qui laude coronam?

Laude, inquiunt, nonnulli, ideſt, præconio, quoniam victores in certaminibus præconis voce renunciabantur, ſed Niſi expoſtulatio longe magis virtutem ſuam, & peritiam attingit in curſu, qua ſe primam dicit meruiſſe coronam, nõ præconium, quo ſibi corona dari deberet. Ita etiam Æneid. X.

Æneid. 10. cadentem Lauſum Æneas affatur.

Quid tibi nunc miſerande puer pro laudibus iſtis,
Quid pius Æneas tantà dabit indole dignum?

Pro laudibus, ideſt, pro iſta animi magnitudine, & robore, pro præclaris iſtis facinoribus. Quia, vt ait Seruius, & contra fortiorem, & pro patris ſalute dimicare conatus eſt. Ad hãc autem cognationem virtutis, ac laudis ſpectaſſe viſus eſt

Pſal. 8. Chaldæus Paraphraſtes in Pſal. VIII. qui illud, *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem*, ita explicat vt habetur in Hebræo: *Fundaſti fortitudinem propter aduerſarios tuos.* Quod perinde eſt, ac ſi dicat: cœpiſti robur, atque potẽtiam tuam toto orbi oſtendere, vt hoſtibus terrorem inferres: cum rebelles: non per ſtrenuos, induſtrioſque milites, ſed per imbelles, infirmoſque infantes ſub iugum miſiſti.

Deus laus hominum. Hinc ſæpe in Sacris litteris Deus dicitur fortitudo, & laus

Pſalm. 118. hominum. Pſal. CXVII. *Fortitudo mea, & laus mea Dominus.*

Deut. 10. Deut. X. *Ipſe eſt laus tua.* Hierem. XVII. *Quoniam laus mea tu*

Pſalm. 32. *es.* Pſal. XXXII. *Exultatio mea erue me à circundantibus me.* Hieronymus,

Pſalm. 21. pars explicatur.

ronymus vertit: *Laus mea ſaluans circundabis me.* Sed Pſalm. XXI. hæc vis manifeſtè perſpicitur, nam vbi Patrem Chriſtus rogauit, vt ſe reſpiceret: *Quare*, inquit, *me dereliquiſti? lõgè à ſalute mea verba delictorum meorũ.* Faciamus Hiſpana, vt ſententiam breuius, & ſignificantius colligamus. *Porque me dexais a ſolas con los dolores y la muerte? que bien lexos eſtan de librarme los pecadores de quien ſoi fiador, pues à voces piden mi muerte.* Longè à ſalute mea, &c. *Y vos ſeñor eſtaiſos alla en vueſtro real, y fuerte alcaçar, donde no pueden llegar los atreuimientos temerarios de mis enemigos, y parece que no hazeis caſo de lo que aca ſe padece, ſiendo vos la fortaleza y amparo nueſtro, &c.* Tu autem in ſancto habitas laus Iſrael. Ideſt, in loco firmo & munito ſedem tu ac domicilium habes: tu, inquam, qui præſidium es populi tui Iſrael, quique illi robur & fortitudinẽ præſtas ad actiones illas, & facinora obeunda, ex quibus laudem, & gloriam comparare queat. Et cohæret explicatio cum his, quæ ſecuntur, vt facilè conſtabit ſtudioſè legenti.

Habitare in ſancto quid.

Multa ex Pſ. curſim illuſtrata.

Multa hinc commodius quàm ſolet fieri communiter, explicantur: cuiuſmodi illud Pſal. CV. *Laudamini in nomine ſancto eius.* Hoc eſt, confirmamini, ingentes animos, ſpirituſque concipite: *Alentaos ſobre ſu palabra, o en virtud de quien el es.* Et Pſal. XLIII. *In Deo laudabimur tota die.* Et Pſalm. XXXIIII. *In Domino laudabitur anima mea*, vt in Hebręis legitur: vel vt in noſtris: *Exultabit in Domino.* Ideſt, confirmabitur, fortitudinem recipiet, præſidium inueniet, & eius virtute ſubnixa, magnifica operabitur: pulcra edet facinora, & laude digniſsima. Ideo Hieronym. & alij in Pſalm. CVIII. legunt: *Deus laudis meæ, ne tacueris.* Hoc eſt, Deus præſidiũ, & dulce decus meum, ne mihi ſubſidio eſſe deſinas, cauſam meam ſuſcipe, meas partes age, reſponde pro me, &c. *Señor, con quiẽ yo me amparo y honro, ſalid a la demanda*: nam hoſtes me fraudibus atque mendaciis opprimere conantur.

D. Hierony. in Pſal. 108.

Nec video cur mihi quiſquam Hebræorum radices obiiciat, perinde atque ab illis non aliqua ex his, quæ ſunt à nobis dicta naſcantur: nam præter quam quod Chaldæus illas optimè calluit, qui fortitudinẽ pro laude ſuppoſuit: vulgatã

fatis in Sacris eſt, laudem pro magnificentia, & laudes pro rebus præclarè, & cum virtute geſtis vſurpari. Pſalm. LXV. *Date gloriam laudi eius*; ideſt magnificentiæ. Hoc eſt, rebus eius præclarè & magnificè geſtis. Et Pſal. LXXVII. vtrũque coniungitur. *Narrantes laudes Domini, & virtutes eius*, ideſt, *ſus proezas, ſus valentias, &c.* Quemadmodum & Claudianus in II. Panegyr. *Armatas laudes*, dixit pro illuſtribus in bello editis facinoribus: & Terent. in Adelphis: Studio ne, inquit, id ſibi habet; an laudi putat fore ſi perdiderit natum. *Ha dado ahora en eſſo, o pienſa que abra hecho vna gran hazaña, ſi diere al trahes con el mancebo?* Iam verò bellicas laudes, & oratorias, pro militaribus, oratoriiſque virtutibus dici, per vulgatum eſt.

Claudianus. *Terent.*

Iſaias rectè explicatus.

Quare hoc vnum tantummodo addam ex Iſaiæ cap. LXVIII. *Propter nomen meum longè faciam furorem meũ, & laude mea infrænabo te:* vbi LXX. *Et glorioſa mea*, inquiunt, *inferam ſuper te, &c.* Laude igitur mea infrænabo te: hoc eſt, mea te virtute contineam, mea potentia te à peccando deterream, à præcipitio auertam, à prolapſione, & ruina reuocabo. Hæc enim ſunt glorioſa illa quæ iuxta LXX. viros, illaturum ſe Dominus pollicetur: oſtenſurum nimirum ſe potentiam ſuam, inuictæ dexteræ fortitudinem, virtutem ac robur brachii ſui, quæ non tam in rebus omnibus fabricandis, quàm in hominibus ad meliorem frugem conuertendis cernitur.

Difficile à peccatorum cœno emergimus.

Vt videas etiam, quam difficile à vitiorum cœno peccatores emergant, qui, niſi dexteram Deus ipſe porrigat, tantum abeſt, vt exeant, vt altius etiam immergantur. Nam vbi ſemel ſe vitiis, ac voluptatibus ſæculi manciparunt; perinde atque illi qui incitantur in lubrico, neque continere ſe poſſunt, & prolabi, & ruere ſæpe coguntur, & peccata peccatis accumulant, & in omne turpitudinis, atque impietatis genus præcipites impelluntur. Dei igitur digitus, Dei dextera, Brachium Domini laude ſua, hoc eſt, virtute, atque potentia ſua, mortalium animos in vitiorum præcipitia ruentes, ſolum ſuſtinere poteſt; ſolum habenas reducere, aut frænum iniicere, vt ſe, quod aiebat Hieronymus in hũc locum, tanquam iumenta, & infrænes equi ſequantur in-

Infrænare laude, ideſt, virtute.

uiti.

uiti. Nam, *Niſi Dominus adiuuiſſet me,* inquit Regius Propheta, *paulominus in inferno habitaſſet anima mea.* Iam verò quod hoc in homines beneficium collaturum ſe dicit, propter nomen ſuum, ſiue nomẽ interpreteris gloriam, famamque ſuam, ſiue Chriſtum ipſum, propter quem mortales omnibus diuinis muneribus cumulãtur, rectè feceris, vt infra diligẽtius oſtẽdemus. Huc ſpectat illud Hiere. XVII. Tu es laus mea, & diem hominis non deſideraui. *Tu eres mi fortaleza, y eſsi no echè menos el amparo de los hombres.* Dies enim hominis dicitur, in quo virtutem, & potentiam ſuam oſtendit: vti dies Domini, in qua ſuam Deus demonſtrat. Et quoniam ſermo incidit de poteſtate verbi deſidero, brebi explicabo quæ ſit. Hiſpanè enim ſonat, *Echar menos, ſentir la falta.* Et Deſiderium, *La falta.* Ita Cic. de Hortenſij morte: Triſte, inquit, nobis deſiderium reliquit. *Nos hizo gran falta.* Ita Aggæi. II. Deſideratus cunctis gentibus, ideſt, cuius aduentu omnes indigebant. *El que hazia falta a todo el mundo, y a quien todos echauan menos, y aſsi lo deſſeauan.*

Hierem. 17. & Aggæus explicati.

CAPVT XIIII.

SOLEM APVD SACROS, EXTERNOSque ſcriptores amicitiæ ſymbolum, & quare. Græcorum Poetarum plures ſententias ex noſtris litteris ſumtas totidem verbis. Locus Cicer. de Amicitia, & ex eo alij Iudic. V. Eccleſiaſtici, Cant. Zachar. &c. explicati.

APRICABAMVR per hiemẽ amici duo ad ſolem die puro ac nitido; cum in ſolem alter intendens, Hiſpano more, quam, inquit, ſapit ſol hoc frigore, argentata nimirũ tecta præ glacie videbantur. Tum ego, vtinam vt ſapit, inquam, ita & nos doceret ſapere, quorum maximè intereſſet. Nihil tam, inquit ille, optaſſem quam vt daretur hic ſermo, & philoſophari

liceret:

licere? cur veteres illi ſapiẽtes cùm externi, tum etiã noſtri Solem amicitiæ ſymbolum fecerint? Nam & Cicero hoc adeò verum cenſuit, vt cùm in Lælio quas præſtaret amicitia commoditates ſignificare vellet, ſolẽ dixerit de mundo tollere videri, qui amicitiam è medio tollerent. Hic ego hoc certe, inquam, dictũ cum è media veteri Philoſophia, tum etiam ex ſacri ſermonis conſuetudine ductum mihi eſſe videtur, vt paucis oſtendam. Vnicus in primis Sol, & vnicus eſſe amicus debet: plures ſtellæ, plures familiares. Ita Theognis in ſententiis elegiacis.

Sol amicitiæ Symbolum. Vnicus ſol ite amicus.

Rem vero ne amicis omnino communica cum omnibus:
Pauci ſane è multis fidelem habent mentem.

Eccleſiaſt. 6. Id verò à ſapiente acceptum Eccleſ. VI. *Pacifiti ſint tibi multi conſiliarius vnus è mille.* Sol Euripidi aurea gleba, Homerò reſtis aurea è Cælo in terram demiſſa, quod ipſe aurũ gignat in imis terræ viſceribus. Ita amicus aurum optimum, theſaurus ingens. Theog. ibidem. *Fidelis vir auroque, & argento rependi dignus eſt.*

Amico fideli nulla eſt comparatio.

Et quis non videat hoc quoque à ſapiente vſurpatũ Eccleſiaſtici. VI. *Amicus fidelis protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit theſaurum. Amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius* Soli ſemper æterna iuuenta iuxta illud Tibulli.

Solis æterna iuuenta, itẽ amici idem ſemper animus.

Solis æterna eſt Phœbo, Bachoque iuuenta.
Nam decet intonſus crinis vtrumque Deum.

Quia amicitia perpetua, & conſtans eſſe debet, nec tẽporũ varietate labefactari, nec vetuſtate conſumi. Amici vero iidem ſemper eſſe debent, & eodem prorſus modo erga ſe, atque interſe animati, quo primùm eſſe cœperunt, cũ amicitiã coiuere. Ac ſi vnquam accidit Solem Lunæ oppoſitũ obſcurari, non ipſe tenebras recipit, ſed videtur aliis recepiſſe. Ita ſi quando calumniis aliorũ, aut iuſta de cauſa iraſcitur amicus amico, id vero non ex animo facit, & facilè in gratiam redit. Eſt enim, vt ait ſapiens. *Regreſſus ad amicũ etiam ſi produxeris gladium, & aperuerit os triſte.* Solis, & Bachi idem numen, Bachus vero curas adimit, ex antiquorũ ſententia,

Eccleſ. 22. Bachus curas adimit, item amicus.

tentia, in amicorum autem conſuetudine, omnes curæ, vt aiebat Cicero, moleſtiæque deponuntur. Ideo Eccleſiaſtici IX. *Vinum nouum amicus nouus, veteraſcet, & cum gaudio bibes illud.* Vinum enim nouum æſtus commouet, vetus vero moleſtias ſedat. Ita Horat. lib. I. Od. XVIII. *Horatius.*

Siccis omnia nam dura Deus propoſuit: neque
Mordaces aliter diffugiunt ſolicitudines.

Sed hanc quoque ſimilitudinem ex ſacris litteris hauſit Cicero in Lælio: *Non enim,* inquit, *amicitiarum debent eſſe ſicut aliarum rerum Satietates. Veterrimæ quæque, vt ea vina quæ vetuſtatem ferunt, debent eſſe ſuauiſsimæ.* Quanquam ideo magis probandæ, quia magis probatæ. Vſus eſt eadem ſimilitudine Alexis Thurius Poeta Menandri comici patruus. *Vt vina veterrima, ita amicitiæ.*

Natura, inquit, *vini, & hominis eſt ſimillima:* *Alexis Poeta.*
Neceſſe ſiquidem vtrumque deferueſcere:
Neceſſe deſpumare ſordes plurimas,
Et aſperum eſſe poſtmodo. At vergente iam
Ætate, defæcarit aliquis ſi bene,
Reſidere, & eſſe potui aptum denique
Gratumque reddi, tempore reliquo omnibus.

Sed ideo etiam Soli dicati leones, quia vigiles, & cuſtodes, cuiuſmodi amici eſſe debent aduerſus amicos, ii enim de Sapientis ſententia, Protectio fortis. Ideo Plutar. in lib. de præceptis gerendæ reip. amicos dicit eſſe Reipublicæ fulcrum. Id quod, apud eundem in Demetrio, dixit Antigonus, & Iſocrates ad Nicoclem, & Plinius in Panegyri ad Traianum, & Claudian. lib. XII. *Plutarch. Iſocrates. Plinius.*

Quam tutatur amor. *Claudianus lib. 12.*

Deniquequemadmodum Sol ſua luce cuncta colluſtrat, & viarum difficultates aperit, & qua ſit eundum oſtendit; ita etiam amicorum eſt commonere amicos, & vitæ pericula, & morum offenſiones, quæ vitare, quæ amplecti debeat, commonſtrare. Ita in Sacris Iudic. V. *Qui autẽ diligũt te, ſicut Sol in ortu ſuo ſplendet, ita rutilent.* Id eſt radios emittãt, quibus alii tum illuſtrentur, tum etiam incedãtur ad verũ decus, veramque virtutem. Eccleſiaſtici XVII. *Et omnia* *Iudic. 5. Eccleſi. 17.*

Ecclеſ. 17. *opera illorũ velut Sol in conſpectu Dei.* Nēpe quia ſic lucēt corā hominibus, vt glorificent patrem eorũ, qui in cælis eſt. Ideo ſubiūgitur, *Et oculi eius ſine intermiſsione inſpicientes in vijs eorũ,* vt quantũ ſibi Deus in his placeat, videas. *No ſe harta Dios de mirar los paſſos en que andan, vanſele los ojos tras ellos.* Scilicet quia, vt eſt apud Eccleſiaſtem cap. XI. *Delectabile eſt oculis*

Eccleſiaſ. 11 *videre Solem.* Ideo ſpecioſi ſunt pedes, ſiue pulcri greſſus euangelizantium pacem: quia ſicut Sol lucent in conſpectu Dei iuſtorum actiones. Hiſpanè. *Que bien parecē los paſſos en que andan.* Pacem enim, & bona annuntiant. Eccleſiaſti. autem XXVI. & L. Mulier bona, & Simeon Sacerdos Oniæ filius Soli ſimiles eſſe dicuntur: quia vitæ, morumque ſplendore ad virtutem cæteris prælucebant: Sed quoniam nemo eſt omnium, qui hominibus vel commodarit magis, vel magis illuxerit, quam Chriſtus Opt. Max. Ideo is, per antonomaſiam, Sol Iuſtitiæ, ideſt, iuſtus veruſque Sol, benignus, liberalis, bona ſua omnibus impertiens. Malach. IIII. *Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol Iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius:* Hoc eſt, in radiis eius; quia amicus verus

Eccleſ. 12. *Medicamentum vitæ, & immortalitatis.* Quod, & Menan-

Amicus verus medicamentũ vitæ. Menander. der quoque poeta dixit.

> *Quærendus ægro medicus eſt vt corpori,*
> *Sic eſt amicus mentis ægritudini.*
> *Nam verba amica ſunt medela commoda.*

Sanitas igitur in pennis eius. *Dōde quiera que el va, va la ſalud.* Solatur mærentes, recreat aflictos, cōfirmat labātes, iacentes excitat, iratos mitigat; omnibus denique omnia præſtat officia caritatis. Addam hoc loco B. Gregorii Nazianzeni ſententiam in ea, quam ſcribit ad Gregoriũ Epiſcopũ Nyſſenum. *Amico, inquit, fideli nullum eſt in rebus humanis par*

B. Greg. Nazianz. *pretium, nec bonitas illius pondere vllo æſtimari poteſt. Amicus fidelis protectio fortis, & munitum palatium. Amicus fidelis viuus theſaurus. Amicus fidelis ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum. Amicus fidelis hortus clauſus, fons obſignatus, quæ opportunè aperiuntur, & communicantur. Amicus fidelis refrigerij portus.* Hæc ille, & videtur ad Alexandri ſententiam alluſiſſe, qui

rogatus vbi theſauros haberet, amicos oſtendit, quod ii ſolũ veri theſauri duci deberent.

Sed quoniam ab amicis multæ interdum calamitates exiſtunt, quæ grauiora vulnera efficiunt: ideo Soli etiam cõparantur. Qui, vti vim habet benefaciendi, ita nocendi facultate præditus eſt. Nonne Apollinis ſimulacrum, & Cytharam, & Charites altera manu, altera vero ſagittas geſtat, & pharetram, germana huiuſce rei, quam diximus, ſymbola? ſed rogate Sponſam, vnde fuſcum ipſa colorem traxerit? ac reſpondebit Cantic. I. *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* Quid autem Solis nomine intelligat, proximè ſubijcit: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Extraneus quippe, ideſt, hoſtis habitus eſt fratribus ſuis, vt prædixit Dauid: & Zachar. cap. III. *His plagatus ſum in domo eorum qui diligebant me.* Apocalip. autem cap. VII. Solis nomine grauiſsimus quiſque dolor, ac plaga, cuiuſmodi eſt, quæ ab amicis infertur, planè ſignificatur. *Non cadet ſuper illos Sol, neque vllus æſtus.* Quam autem periculoſa, & acerba ſint vulnera, quæ ab amicis imponuntur; non eſt huius inſtituti ſectari; plena eſt exemplorum vetuſtas; plenæ ſapientum voces; plenæ teſtimoniorum Sacræ litteræ, plena vita quotidiana: quando non tam cauendum eſt mortalibus, quemadmodum ſe ab hoſtium, quam ab amicorum inſidijs tueantur.

Ab amicis multæ interdum calamitates exiſtũt.

Cantic. 1.

Zachar. c. 3.

Ideo amor amarus, & melle & felle fecundiſsimus Silenio apud Plautum, & Catullo, & Euripidi in Hyppolito dictus, & eloquentiſsimo Gregorio Nazianzeno, Tirannus dulcis, iure optimo appellatus. A quibus illa faciunt, quæ Moſchus Poeta Græcus, in hanc ſententiam ſcripſit. Eidyllio. I. cum de amore loqueretur:

Amor amarus.

Mala mens, dulcia verba;
Non enim idẽ ſentit quod loquitur, vox illi dulcis vt mel,
Sed cum iraſcitur, mens eſt immitis, fraudulenta:
Nil veridicens, doloſus puer, crudeliter ludit.

Sed hic mihi ſatis ſit campum aperuiſſe, inquo, ingenioſioris excurrat induſtria.

CAPVT XV.

OCVLVM PRO RE CARISSIMA, ET PRÆſtantiſsima apud externos, ſed ſumtum ex Sacris. Iob loci duo explicati. Oculum Pontificiæ dignitatis ſymbolum, oſtenditur ex Sacris litteris, & Doctoribus.

Amici pro oculis ſunt.

D. Chryſoſt.

HVC etiam accedit, ſolem mundi, ſiue diei oculum dici cum ab Aethnicis, tum etiam à Sacris ſcriptoribus: vt ex eo etiam intelligas amicos, veluti Sol mundum, ita ſuos amicos oculatos reddere. Deinde vti nihil amicius in corpore, ita nihil carius amicis. D. Chryſoſt. Homil. XXX. in Epiſtol. ad Corint. Oculū mēbrorum eſſe honoratiſsimum dicit. Vnde natum, vt oculi, ſiue ocelli dicantur apud veteres, quæcūque aut cariſsima, aut præſtantiſsima ſunt. Exemplorum tam magna & tam obuia ſylua, vt non deceat attingere, ne mihi illud occinatur, in Syluam, quod aiunt, ligna ferre.

Oculi in iureiurando olim tangebantur.

Petronius.

Lyſander.

Nam & in iureiurando oculos olim tangi ſolitos, quaſi rem dulciſsimam, & cariſsimam, Petronius docet in Satyrico: apud quem, puer tetigit oculos ſuos, & conceptiſsimis verbis iurauit. Et Lyſander cum Athenas vi, atque armis cœpiſſet, ſuadentibus multis, vt eam vrbem exſcinderet: negauit committendum eſſe, vt ex duobus Græciæ oculis, hoc eſt, Lacedæmone, atq; Athenis, alter erueretur.

B. Gregor. Nazianz.

B. autem Gregor. Nazianz. in epiſtola Nicobuli ad filium, patrem ita loquentem facit: *Faxit Deus, vt te eloquentiæ oculum præceptores habeant*, ideſt, eloquētia & doctrina præſtantem, & quaſi Doctorem viam ad illas aperientem: & Carmine ad Hellen Virginē, eam caulæ ſuæ oculum vocat, & Nemeſium iuſtitiæ oculum appellat. Ita Poetæ, quos aliquo in genere excellentes putant, oculos orbis, aut ſoli, dicere conſueuerunt.

Oculi Pontificiæ dignitatis ſymbolū.

Quod ego totum ex Sacris litteris ſumtum opinor: in quibus oculi earumdem rerū ſymbola ſunt. Nam eorum ſymbolo Pontificia dignitas explicatur.

plicatur. Enim vero vniuerſi corporis Eccleſiæ caput eſt Chriſtus, & huius capitis oculi Põtifices, qui Eccleſiæ præſunt, & cæteris fidei atque veritatis lumen oſtendunt. Sunt in hanc ſententiam Eccleſię Patres, Hilarius, Gregor. Ambroſ. Hieronym. Auguſtinus, cum Origene, Beda, Ruperto. Auguſtinus autẽ in Pſal. LXXXVII. *Oculos nimirum*, inquit, *ſuos dixit membra, quæ in ſuo corpore, cui caput eſt ipſe, clariora, & eminentiora, & præcipua diligebat.* De quo corpore Apoſtol. I. Corinth. XII. *Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra.* Quapropter addit Auguſtinus: *Et illi oculi, ideſt ſancti Apoſtoli; quibus non reuelauerat caro, & ſanguis, ſed Pater eius, qui in Cælis eſt, vt Petrus diceret, Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Ecce oculos Chriſti Petrum appellat, qui Diuina luce colluſtratus Chriſtum videt, ſtatuitque eſſe filium Dei, cæteris audientibus pariter ſententiam, atque approbantibus. *D. Auguſt.* *Apoſtoli oculi Chriſti.*

Ac licet in omnes Eccleſiæ Patres, atque Paſtores hæc compellatio cadat: maximè vero in eum conuenit, qui ſecũdum Deum toti Eccleſiæ præeſt. Nam vt corpus tametſi ſolerti, ſubtilique partiũ deſcriptione compactum, & apta membrorum conformatione præditum, ſi aſpectum amiſerit, interdum gradum facere poſsit: tamen progredi lõgius, aut excurrere, aut etiam ingredi ſine prolapſionis, aut caſus metu non poſsit: ita etiam vniuerſum Eccleſiæ corpus, ſi aſpectum illi ſuſtuleris, ſi ademeris oculos vniuerſo corpori prælucẽtes, obſcuretur neceſſe eſt; & errori ac fraudibus exponatur. Adde, quod ipſa natura primum oculos mẽbranis tenuiſsimis veſtiuit, ac ſepſit; quas primum pellucidas fecit, vt per eas cerni poſſet: firmas autẽ, vt continerentur. Pontifices ſuos Chriſtus pellucidos, hoc eſt, omnis errorum labis expertes eſſe voluit in his, quæ ad doctrinam fidei pertinent; vt per eos cæteri cernerent, quæ amplecti deberent, deinde præſidio ſuo ſepſit, ac confirmauit, ne vllo impietatis vento conuellerentur. *Summus Pōtifex Eccleſiæ oculus.*

Nec aderant longius ab iſta perſuaſione Sapiẽtes Ægyptii, qui, auctore Philone, & Epie quodam ſacrorum apud illos interprete nobiliſsimo, per idem Baſiliſci ſymbolum, & *Baſiliſcus ſummi Sacerdotij ſymbolũ.*

ſummum Sacerdotium, & Diuorum oculos exprimebant, atque ita fingebāt, vt lubricis, & mobilibus palpebris oculos haberet inſtructos, quibus apertis, ſi populo ſpectandus proponeretur, læta ſibi populus omnia, iucunda, felicia promittere, non aliter quā ſi ſe Deorum oculi reſpexiſſent. Sin clauſis oſtenderetur luminibus, ibi tum omnia mœrore luctuque confundi, & iratos Deos exiſtimari, nihil non aduerſum timeri; cædi hoſtias, mactari victimas, vt æquos Deorū obtutus impetrarent, & irata numina propitia ſibi redderent, & placata.

Quod etiā ex Sacris litteris deriuatum, in quibus ſæpe videas Dei poſtulari reſpectū, tamquā bonorū omniū fontē, & totius fœlicitatis originem; contra nihil tam eflagitari, quam ne illius, oculi, aut facies auertatur. *Vidit* quippe *Dominus*, inquit Dauid, *& miſertus eſt mei.* Nec enim ſicut videt homo, & ille videt. Nimirum rogatus Hieremias quid videat? Virgam ſe reſpondit vigilantem videre; nempe Deū ad vindictam intentum. At Deus longè aliter oculos conuertit in homines. *Eſt enim*, Eccleſiaſtici XI. *homo marcidus, & egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei reſpexit illum in bono; & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltauit caput eius, &c.*

Videre Dei benefacere eſt.

Hieremias.

Eccleſ. 11.

Baruc. 11. Ita Baruc cap. II. Dominum orat tantum vt aperiat oculos & videat. *Aperi oculos tuos & vide*, quaſi dicat, ſatis eſt ſi videris, vt miſerearis. Oculus quippe Dei non nequam, ſed bonus eſt: ideſt, ad liberalitatem & miſericordiam pronus: id vero ſatis aperte Chriſtus ſignificauit, cum dixit: *An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* Bonus, inquam, oculus, aut bonus oculo, ideſt, benignus, miſericors, liberalis. Nec raro in Sacris litteris benigna in ſuos Dei prouidentia, per oculorum reſpectum ſignificatur, vt Pſal. XXXI. *Firmabo ſuper te oculos meos.* Vbi Chald. *Ponā ſuper te in bonū oculos meos.* Sed hoc alias. At quid habet commune illud Baſiliſci ſymbolum cum Epiſcopis? multum vero; nam quem illi in ſcelere gloriantem infenſi aſpexerint, quem damnauerint, quē Satanæ tradiderint in interitum, interibit: quem ſupplicem, & vitę

Deus oculus bonus, ideſt, liberalis.

Pſalm. 31.

& vitæ maculas deprecantem benigne reſpexerint, quem abſoluerint, quem ab interitu vindicauerint, viuet.

An non huc etiam reſpexiſſe viſus eſt Regius vates Pſalm. XVI. cùm ità precaretur: *De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitatem.* Oratio, inquit, Hieronym. Eccleſiæ ad Deum in tribulatione. Nempe iudicium poſtulat à Chriſto, qui vultus eſt Patris, ideſt, figura ſubſtantiæ eius, & imago bonitatis illius: reſpectum æquitatis ab oculis, hoc eſt, à ſacerdotibus ſummis; qui velut oculi in capite, ita ipſi in Eccleſiæ capite Chriſto, altiſsimum locum obtinent, ac velut in arce collocati ſunt; vt ſint interpretes, ac nuncij Cæleſtis doctrinæ, & in Chriſto etiam dirigere gradus ambulantium queant, & ab errore animum, & à præcipitio pedes auertere. Primum igitur à Chriſto iudicium petit Eccleſia: deinde, vt iudices oculi, ideſt, vicarii eius æquitatem videant, ideſt vera diiudicent; per æqua reliquos mortales ſpatia ducant; à difficilibus aſperiſque deducant: vias eius demonſtrent; ſemitas doceant; & in monte Sancto Sion tanquam ſpeculatores, & Reges ab eo conſtituti, prædicent præceptum eius: vt qui tenuerint illud, ad eum ſine vllis viarum erroribus rectà perueniant. Quàm bene Chryſoſt. in cap. IIII. Epiſtolæ ad Epheſios, ſerm. XIIII. *Quid verò ſi ſerpentem viderit oculus, aut malam beſtiam, num fallit pedem? an non mox periculum annunciat, & pes illud ex oculi indicio cognoſcens, non progreditur.* Hos igitur ſi habuerit oculos Eccleſia, fruſtra iacietur rete, vt aiebat Sapiens, ante oculos pennatorum. Fremant licet Hæretici, inſidientur, cuniculos agant, hiatus aperiant, obiiciant præcipitia, fallacias obtrudant, componant fraudes, dolos, machinas, pericula intentent: ſi oculati ſint pedes, omnia in irritum, in nihilum recident, & vniuerſum corpus in gradu conſtabit. At ſi capti ſint oculis, labentur ſæpius, errabunt, decipientur.

Pſal. 16. locus explicatus.

Chryſoſt. in Epiſt. ad Epheſ.

Appendix

APPENDIX LOCORVM, QVI ex Sacris litteris.

Iob explicatus cap. 9. EX eadem etiam loquendi conſuetudine ductum videtur illud Iob. II. *Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis.* Vbi LXX. Salus antè eos relinquet. *Todo les faltara a los malos: no veran coſa buena por ſus caſas.* Opes, diuitiæ, amici, quæcunque pretioſa habebunt, omnia illa, quibus innituntur, auferentur ab eis. Et effugium peribit ab eis *No hallaran de que echar mano para valerſe*, Et ſpes illorum abominatio animæ; LXX. Perditio. *Y todas ſus eſperanças ſeran vna coſa perdida.* Hebræa ſic: Et ſpes illorum exſufflatio animæ. *Seran vn poco de viento; nunca llegaran a colmo.* Exſufflatio animæ, *vn ſoplo, y como ſoplo ſe deſuaneceran.* In eandem ſententiam dictum ab eodem eſt cap. XVII. *Prædam pollicetur* *Et cap. 17.* *ſocijs: & oculi filiorum eius deficient.* Quidquid enim ſit de priore verſus, parte, dequa, quot capita tot ſententiæ; ſecundam ego in eandem formam interpretor. *Quebrarſeles hā los ojos a ſus hijos.* Ideſt, his præſidiis, quæ maxima, & firmiſ- *Math. 5.* ſima habebunt, deſtituentur. Iam vero illud Mathæi V. *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te &c.* Nonne ab hac quoque ratione ductum eſt, & coniunctiſsimam quamque rem, aut cariſsimam, aut maximè neceſſariam ſignificat? Sed hoc vulgare, quemadmodum & illa, oculum, pedem, & manum eſſe alicui, ideſt omnia caritatis officia præſtare: quæ tam peruulgata ſunt in Sacris litteris, vt primorū videatur inſtar, rudimentorum.

CAPVT XVI.

MAGNI DIES; MAGNIQVE MENſes ab ortu Chriſti mūdo procedere cæperūt: ij vero qui ſint. Magni, Maximique vox quid ſignificet. Deus cur dicatur Optim. Max. Et alia eiuſmodi; ex Virgil. loco Eglog. IIII.

POETARVM facile principem apud latinos Virgilium, ferè omnia quæ ſcripſit Egl. IIII. ex Sybillinis oraculis deſcripſiſſe cum res ipſa oſtēdit, tum Cōſtantini Magni Imperatoris autoritas, qui vniuerſam de Chriſti aduētu interpretatus eſt. Is enim ita cenſet, Poetam Chriſti diuinitatem ſub aſpectu ſubiicere voluiſſe, ſed nequis princeps in ciuitate, quæ caput imperii eſt, ipſi, quod contra patrias leges ſcriberet, quodque maiorum de Diis opinionem reiiceret, crimini dare poſſet, veritatem tanquam inuolucris quibuſdam texiſſe. Cum multa autem eius aurei ſæculi commoda collegiſſet, illud etiam adiunxit:

Virg. Egloga 4. probe explicatus.

Teque adeo decus hoc æui, te Conſule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menſes.

Quo loco Seruius neſcio quid de Iulio, & Auguſto longè, aliter antea nominatis commētus eſt. Sed hunc in ſuis Aduerſariis merito refutat vir apprimè doctus, intelligenſque Turnebus, eoſque magnos dici mēſes exiſtimat, quod magni ſint anni, quemadmodum vertentes apud Vitruuium, qui ſunt anni vertentis. Sed quoniam id nihil magni habet, nihilque præclari, quod ad ætatis aureæ commendationem faciat, quam renouatam, redintegratamque poeta deſcribit, illam vt non refuto, ita non probo. Longè commodius Alciatus VIII. cap. lib. VIII. Parerg. Magnos dici cēſet, perinde atque felices, fauſtos, ac boni ominis menſes. Confirmat hoc Tacitus in vita Iulii Agricol. *Tranſigite*, inquit, *cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis magnum diem.* Hoc eſt, quod Hiſpani dicerent, *Acabad con vn buen dia.* Qui vos non ſolum calamitate ac ſeruitute liberet, ſed etiam metu calamitatis, & ſeruitutis. Facit ab hac ſententia Virg. qui continenter hos addit.

Alciat. lib. 8. Parerg. magni mēſes qui.

Te duce, ſi qua manent, ſceleris veſtigia noſtri
Irrita, perpetua ſoluent formidine terras.

Nam, & *Maximi* vox in fundis, agris, ædibus hāc habet poteſtatem, vt immunem, liberūque ſeruitute ſignificet, cui

Maximum qui dicatur.

Celſus in L. cum vẽderes

Paul. de Legat. 4.

Deus cur ſemper Opt. max dicatur.

Optimates, et Magnates, cur ſic dicti regni proceres.

adhæſerit. Fundus enim vti Optimus Maximuſque ſit, qui traditur, ſeruitutem non debere cenſetur: non actum, non iter, non aquæductum, aut hauſtum, non paſtionem, &c. in quibus hæret nomen ſeruitutis. Celſus in L. Cũ venderes ff. de contrahenda emtione. *Cum venderes fundum, non dixiſti, vt optimus maximuſque eſt, verum eſt quod Quinto Mutio placebat, non liberum, ſed qualis eſſet, fundum præſtari oportere.* Idem cẽſet Paulus de Legatis. III. L. Si mihi, & de fundo inſtructo. L. Fũdo Legato. Celſus autẽ ſic: *Quod ſi vt optimus maximuſque eſſet traditus fuerit fundus, liberum ab omni ſeruitute præſtandũ.* Ita Deus Optimus Max. ex omni antiquitate dictus, quod nulli ſeruitutem debeat, ſed omnium Dominus Dominantiũ ſit, & Rex regum, per quem, vt eſt in Sacris literis, reges regnãt, & imperatores iuſta decernunt. Hinc Iuppiter ab Homero Magnus appellatur. *El grande:* Per antonomaſiam, præ quo nullus eſt magnus. De Deo autẽ apud noſtros ſic legitur. *Quoniam Deus magnus Dominus, & Deus magnus ſuper omnes Deos:* præ quo, quidquid extra ipſum eſt, non modo non magnum eſt, etiam nihil eſt. Iſai. XL. Omnes gentes ſic ſunt coram eo, quaſi nõ ſint, & quaſi nihilum, & inane reputatæ ſunt ei. *El es el grande por excelencia.* Hinc Optimates, ſiue Magnates, ſiue Magni apud Hiſpanos, *Los grandes del Reyno.* Qui nullo inferiores ſunt ex principibus, qui nullius ſeruituti obnoxii ſunt. Hiſpanè dicitur, *Que no deuen nada a nadie.*

Magnus dies Oſeæ. 1.

Eadẽ huic voci *Magnus* vis ſubiecta eſt, Oſeæ I. vbi Magnus dies Iezrael, dicitur. Hoc eſt, dies brachii Domini, ſiue filii Dei, ideſt, aduentus Chriſti aſſertoris noſtri: quoniam eo die factus ipſe ſub lege eſt, vt eos, qui ſub lege erãt, redimeret, & humani corporis gladio ſuccinctus, inferorum clauſtra conuellit; portas æreas vecteſque ferreos confregit: è Tartarorum faucibus prædam abſtulit, & nos omnes de ſeruitute ac poteſtate tenebrarum ereptos, in filiorũ Dei ius, libertatemque reſtituit. A Chriſti igitur in terras aduẽtu, magni cœpti ſunt procedere dies, magnique menſes ex oraculo Sybillarum. Magnos itaque Chriſtus dies primus aperuit.

aperuit, magnoſque menſes, & annos in orbem induxit: felices nimirum, fauſtos, bene fortunatos, ac boni ominis: ſiquidem in iis nos non à ſeruitute modo in libertatem, ſed etiam à morte reuocauit ad vitam. Maximus nãque Chriſtus Optimuſque cum ſit, non magnos ſolum dies, & annos, ſed etiam optimos maximoſque mortalibus dedit: & à teterrima Dæmonum ſeruitute, atque Tyrannide, liberũ genus humanum ſuo ipſe ſanguine, vitaque præſtauit. Hanc autẽ vim, poteſtatemque Magni analogia peperit. Nã quæcũque, magna ſiue maxima ſunt, infra ſe habere minora videntur, & hæc ab illis ſeruitutem repetere non debere.

Sed video vocis huius aliam quoque eſſe notionem apud Virg. Æn. IIII. *Virg. Æn. 4.*

Solæ communes natos, conſortia tecta
Vrbis habent: magniſque agitant ſub legibus orbem.

Seruius. Magnis, interpretatur æternis, nunquam mutabilibus, iiſdem enim legibus ſemper, inquit, vtuntur; Nec eas vt homines, ſæpe commutant. Illud quoque ex Æneid. III. *Magnũ idē quod firmum æternum.*

Tu mœnia magnis Magna para;

Sic accipio, *Magnis*, ideſt, nepotibus, ac poſteris in aſtra tollendis: quorum imperiũ, vt lib. VI. prædicitur, æquari terris deberet, animi Olympo. *Magna para mœnia*, ideſt, firmiſsima, quæ nec vetuſtati concedant, nec ab hoſtibus, perinde atque Troiani muri expugnentur. Magnum itaque pro longo, pro diuturno, pro longinquo dicitur, nam quæ in corpore magnitudo eſt, in tempore diuturnitas, & longinquitas appellatur. Magni igitur menſes à Chriſto nato procedunt, ideſt, diuturni, longinqui, quorum felicitas ad omnem ætatem erat permanſura. Chriſti enim imperiũ atque regnum ab illis mẽſibus initiũ cœpit, cuius regni (Lucæ I.) non erit finis: quoniam regnabit in domo Iacob in æternum: quod ſiue de regno gratiæ, ſiue de regno gloriæ capias, ſempiternum vtrumque. Pſal. CXLIIII. Daniel. II. & VII. & ſæpe in Sacris litteris. *Magnũ ideſt diuturnum. Magni menſes à Chriſto nato procediũ*

(.?.)

CAPVT XVII.

MAGNVM IN MALAM PARTEM acceptum pro graui, duro, & moleſto. Extremus Iudicij dies cur magnus appelletur? Prophetæ plures explicati.

MAGNVM præterea in malam partem accipitur: interdum enim graue, durũ, moleſtumque ſignificat. Virgil. Æneid.I.

Virg. Æn.1.

Ille vbi complexu Æneæ, colloque pependit,
Et magnum falſi impleuit genitoris amorem.

Magnum durũ, difficile.

Seru. *Magnum dicit, ideſt, arduum: difficile enim eſt imitari veri filij affectum.* Ego verò, moleſtum etiam addo eſſe, atque graue, amorem oſtẽdere, quem nõ habeas. Apud Ouid. ſic pater Phaëtonti filio currus expetenti.

Ouidius.

Magna petis Phaëton, & quæ non viribus iſtis
Munera conueniunt.

Magna dicit munera, quæ onera grauia, duraque potius habenda erant, quæ infirmum adoleſcentem oppreſſura pondere videbantur, & ad terram tãdem afflictura. Sed expreſſit hanc vim Æneid. VI. Virg. cum de Phœbi vate ſic canit.

Vir. Æn.6.

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bachatur vates, magnum ſi pectore poſsit
Excuſsiſſe Deum.

Magnum, inquit Seru. *Non reuera ait, ſed retulit ad affectum colentis: vnicuique enim Deus, quẽ colit, magnus videtur.* Sed magnum ego durum, grauem moleſtum intelligo. Nam cui ab aflatu numinis, *Non comtæ manſère comæ, ſed pectus anhelum, Et rabie fera corda tument,* &c. Numen ipſum graue ac durum non eſſe non poterat. Et habet Magni vox eandem in ſacra pagina poteſtatem. Sophon. I. vbi diem captiuitatis & ſeruitutis Iſrael, diem magnum appellat Propheta, ideſt, extremæ calamitatis & miſeriæ initiũ: ita ſubiungitur. *Dies iræ dies illa, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, &c.* Et hoc quoque ab analogia, ſiue proportione natũ,

Dies Magnus Sopho.1.

nam quæcunque magna ſunt, moleſta & grauia ſunt, premunt, afligunt.

Ex his omnibus lux ad Prophetas, qui extremum Iudicii diem, magnum appellant. Ioel. II. Sophon. I. nam ſiue magnum pro bono capias & felici, ſiue pro graui, moleſtoque vſurpes; vtrumque cadit in eum. Magnus igitur ille dies eſt: *Vn buen dia*, ſiue ad iudicem ipſum, ſiue ad iudicatos omnes, abſolutos ſimiliter, atque damnatos, reſpicias. Iudici inprimis bonus eſt; quoniam iuſtitiæ ſuæ maximum exhibet terræ, cæloque documentum: quoniam datam ſibi omnem in cælo, & in terra poteſtatem oſtendit: quoniam iuſtam ſui nominis hoſtibus vindictam retribuit, & amicos de bonis ſuis impertit, quod bonitatis maximè propriũ eſt. Abſolutis, ideſt, iuſtis atque beatis bonus, ac fœlix ille dies illucet, quoniam vitæ mortalis incommodis, & morte ipſa, quod malorum omnium poſtremum & maximum eſt, improborum denique calumniis liberantur: & in Cælorũ domicilio, æuo & regno fruituri ſempiterno collocãtur. Dãnatis etiam ex parte bonus hic dies exiſtet: quoniam vt viuendi, ita & peccandi finem facient in hac vita: quæ ſi longius producta eſſet, multo plura, & peccatorum incitamẽta ſuppeditaſſet, & maiores ſuppliciorũ acerbitates, iuſta voluptatum pretia comparaſſent.

Extremi iudicij dies cur magnus.

Iudicij dies iudici inprimis bonus.

Beatis bonus & felix.

Iudicij dies dãnatis etiã bonus.

Magnus prætere a dicitur extremi iudicii dies, quaſi calamitoſus, horrendus, terribilis, iis videlicet, quorum cum vita omnia extinguentur: non iis, quorum res piè, ſanctéq; geſtæ emori non poſſunt. Ac quemadmodum primi aduentus dies magnus dicitur, quoniam miſericordiæ fontem hominum generi aperuit, & apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei, peccata dolentibus condonando: ita etiam ſecundi aduentus dies magnus habetur, quod iudiciũ ſimul, & iuſtitiam faciet iudex, & ſummã in peccatores ſeueritatem expromet.

Magnus calamitoſus.

Quanquam magnus etiam ad eam ſimilitudinem dicitur, qua magnos, vertentesque menſes, dictos putat Adrianus Turnebus. Nam quemadmodum hi magni dicuntur; quod

Magnus dies Dñi, quia Domini eſt.

magni ſint anni menſes:Ita etiam magnus ille dies dicitur, quia Domini eſt, cuius quæcunque ſunt, magna ſunt:adeo vt quæcunque in ſuo genere magna, ſummaque ſunt, aut
Mõtes Dei, ſacra, aut Dei eſſe dicantur.Hinc montes, cedrique Dei,in
Sacra fames, ſacris litteris appellantur,qui in arduos aſcenſus erecti,aut
Sacra anchora. proceriſsimæ ſunt. Hinc in humanis Sacra fames, ideſt, in ſatiabilis, ingens. Sacra anchora, ideſt, omniũ maxima, firmiſsimaque. Cur autem Domini dicatur eſſe illa dies, Ma-
Malach.3. lach. III. declaratur. *Et erunt mihi ait Dominus exercituum, in die qua ego facio in peculium. &c.* Dies enim hominum vita mortalis eſt, in qua ſui iuris, & arbitrii cum ſint, ſuo ſe nutu, atque voluntate moderantur. Dies autem Domini dicitur priuati, publicique iudicii dies, quod ſolus in eo poteſtatem exerceat, cui mortales parere ſine recuſatione cogũtur. Magna eſt cum apud noſtras, tum apud externas litteras hæc locupletandi materies, quam hic attigiſſe ſat eſt.

CAPVT XVIII.

ANIMAM GESTARE, AVT PONERE in manibus,quid. Communis Græcis, Hebræis, Hiſpaniſque phraſis. B. Iobo, Dauid, & alijs lux allata.

CVM Athenæum aliquando euoluerem, incidi in Xenarchi poetæ locũ in Pentathlo, vbi eorum luxum pariter atque licentiam reprehendit,qui communibus fœminis non contenti,honeſtiores etiam ſectarentur:nec labori,nec pretio,nec periculo,nec curis, & ſollicitudini parcerent,modò earum copiam nanciſcerentur. Ille ſic.

Xenarchus. *Quas nec licet videre, nec videntibus*
Palam videre, ſemper at trementibus,
Iob 13.locus *Pauentibus, in manuque animam geſtantibus.*
illuſtratus. Quod vt legi,venit mihi illico in mẽtẽ B.Iobi, qui cap. XIII.

amicos

amicos ita affatur. *Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam pono in manibus meis.* Vbi eâdem phraſi idem ſignificatur. Quid autẽ id ſit, non conſtat inter auctores: quorum ego ſententiis libẽter ſuperſedeo, quoniã apud doctiſsimũ æquè atque grauiſsimũ Iobi interpretem, deque eo ſatis bene meritum Ioannem de Pineda legẽtur, qui diligentiſsimè, vt pleroſque alios, verſat hunc locum. Dicã ergo breui quid ſentiam, cum Hieronymũ Laudauero, qui Hebraiſmũ putat eſſe, quo vitæ periculum, ſignificatur; quia quod manu geſtatur, aut excidere facilè poteſt, aut in promptu eſt, vt eripiatur. Quod vt verum eſt, ita ex eo elicio non tã periculum, quàm periculi curã, & ſollicitudinẽ, illa dicẽdi formula ſignificari. Itaque, animã in manu geſtare, nihil eſſe aliud, quàm ſollicitũ eſſe atque laborare de vita, & ſemper ante oculos habere propoſitã. Habere enim in manibus, aut inter manus, idẽ Latinis eſt, quod tractare, ac diligenter videre, verſari, aut incumbere in rem. Ita Virg.

Animam in manu geſtare, quid.

Ante oculos, interque manus ſunt omnia veſtra.

Virgilius. *Liuius.*

Et Liuius de bello Maced. *Et vos in manu, & tutela, non in ſeruitio debetis eas habere*: ideſt, de iis, earumque rebus valde curare, ac laborare debetis. Vnde etiam natum, vt, Manum non vertere, prouerbii loco, pro nõ laborare, accipiatur. Hanc verò ſollicitudinem ſatis exprimere Xenarchus videtur, cum & timorem, & pauorem addit: & paulo antè cur timerent expoſuit.

Et quidem quod de Græcis, Hebræiſque dicimus, Hiſpani confirmant, quorum vulgaris eſt formula, *Su alma en ſu palma*: Ideſt, ipſe viderit, ipſius res eſt, curet ipſe, mea enim nihil refert, ipſius intereſt. Quare cum Iob dicit, *Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meã porto in manibus meis*: non ſecus facit, ac ſi diceret. Quid curis cõficior? Ecquid animũ corpuſque ſollicitudine exedo? Dolore diſcrucior, mærore contabeſco, deque mea vita ſollicitus, atque anxius fruſtra laboro? adeo vt in eam ſemper oculos, ſemper animum intentum habeam: cum in eius manu, & poteſtate ſit, qui tametſi illam miris modis excruciet, tutam ſi volet,

(volet

(volet autem quia miſericors eſt) incolumēque præſtabit. Sequitur enim, *Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo*, & paulo poſt, *Et ipſe erit ſaluator meus.* Lacerare autem carnes, planè idem eſt, quod Hiſpanis, *Desbazerſe, o comer de ſus carnes.* Quo curarū, ſollicitudinumque nimia vis explicatur, quam *Exedendi* verbo Latini declarant: Hiſpani, *Carcomerſe.* Quo ſpectat Pythagoræ ſymbolum. *Cor ne edito.* Et illud Homeri quem Cicero laudat Tuſc. III.

Ipſe ſuum cor edit, hominum veſtigia vitans.

Iam verò quod addit, *Dentibus meis*; curas, & angores intelligit, dentati enim ſunt quando cor edunt.

Iudicum 12. Similis Iudic. XII. phraſis habetur, vbi Iephte ad Ephraim, cum auxilium ſibi denegaſſet, ita inquit. *Quod cernens, poſui animam meam in manibus meis, tranſiuique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas.* Ideſt, ſtatui apud me certamen mihi eſſe pro vita, nec minus quàm de ea dimicādū. *Determine valerme por mi, y defender mi vida con mi eſpada.* Intellexi vitam, ſalutemque meā nō aliunde, quàm ex me ipſo, meaque virtute pendere. *Que yo auia de mirar por mi y valerme por mis manos.* Et Pſal. CXVIII. Ver. CIX. *Anima mea in manibus meis ſemper, & legem tuam non ſum oblitus.* Hoc eſt, tametſi me multæ curæ, adeoque graues vt non niſi de ſalute, vitaque ſollicitent, adhuc tamen in lege tua cura, & cogitatione verſor; nec tam me, quàm illam tueri contēdo. Quanquam manus armis intentas habeo, operibus etiā legis vacant. *Aunque ando ſiempre con las manos ocupadas en las armas, en defenſa de mi vida, no por eſo dexo de emplearlas en el cumplimiento de vueſtra ley.* Manus enim actionū ſymbola ſunt.

Pſalm. 118. ver. 109.

(∴)

MARTINI DE ROA EX SOCIETATE IESV, SINGVLARIVM, LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

DIFFICILE QVID APVD SACROS Æthnicoſque ſcriptores. Virg. locus, & ex eo Eccleſiaſtes alter, & ex Sap. II. c. explicatus, & collatus cum eo alter Eſdræ mirificè conſonans ex aduerſo. Flores aëris ſiue temporis dici terreſtria. Cæleſtium vel flores ipſos fructus eſſe honoris & commodi.

DVBITATVM ſæpe eſt à viris doctis, quæ nam huic voci DIFFICILE, ſubiecta vis eſſet: aut cur difficiles terras, colleſque malignos Virgilius dixerit. II. Georgicorum: aut cur Sapiens cunctas res difficiles appellarit? Ille enim ſic; *Virg. 2. Georg.*

Difficiles primũ terræ, colleſq; maligni.

Ego vero difficile id dici puto, quod durum, quod moroſum eſt, quod auarum, quod aſperi ingenii, quodquè ſui copiam nõ facit. Nec ad animata ſolum,

ſed ad inanimata etiam vox iſta refertur. Difficiles enim homines vti dicimus moroſos, & graues: Hiſpanè, *Hombres que no dan nada de ſi, ni hazen virtud*: ita terras, tranſitus, vias, ſcopulos difficiles appellamus, hoc eſt, inacceſſos, aſperitatibus plenos, arduos, & qui nullos ad ſe aditus præbẽt. Itaque difficiles terras interpretor infœcundas, ac penè ſteriles, & parùm creantes, vt Seruius explicauit. Quo ſenſu in noſtris literis Deuteron. XXVIII. Cælum æneũ, & terra ferrea dicta eſt, illud, quod opportunos imbres, hæc, quod ſolitos fœtus fructuſuè negaret.

Difficiles terra, id eſt, ſteriles, quæ noſtris ferreæ.

Sunt autem in Sacris litteris multa, quæ ex iſta vocis poteſtate fœlicius explicentur: cuiuſmodi illud Eccleſiaſtes. I. *Cunctæ res*, inquit ſapiens, *difficiles: non poteſt eas homo explicare ſermone, non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu adimpletur*: hoc eſt, cunctæ res duræ, moroſæ, auaræ, nunquam ſe dant, nunquam ſui copiam faciunt, neque ſui fruendi locum, poteſtatemuè relinquunt. Hiſpanè, *Deſabridas, cuſtadas, cortas, deſaprouechadas, malacondicionadas, que ni ſe dexan ver, ni oyr, quanto mas gozar*. Atque ita non poteſt eas homo explicare ſermone, hoc eſt, cum eas vix guſtarit, vix oculis, vix auribus acceperit, quid in illis boni, vel mali inſit, aut cuiuſmodi tandem ſint, explicare non poteſt. *No puede hombre dezir lo que ſon, ni hablar de ellas a propoſito*. Quantũuis enim attentiſsimè contemplantis, aut celerrime intuentis aſpectum fugiunt, & aures auidiſsimè auſcultantis præteruolant. *Apenas ſe dexan ver de los ojos*. Non ſatiatur oculus viſu. Cum autem, neque oculis, neque mente comprehendantur, nec ſit qui eas explicare ſermone poſsit. *Ni aun de oydas ſabreys lo que ſon*. Nec auris auditu adimpletur. Cõtra vero quæ à Deo ſunt bona, vera ſunt, & quæ cor ſatiant. Satiabor, inquit Dauid, cum apparuerit gloria tua. Audi Eſdram Prophetam lib. IIII. cap. X. Quem Deus iubet in templum ſuum ingredi, & oculos pariter, atque aures illius ſplendore, magnitudine, atque etiã pulcritudine pro arbitrio paſcere. *Tu ergo*, inquit, *noli timere, neque expaueſcat cor tuum, ſed ingredere, & vide ſplendorem, & magnitudinem ædifitij: quantum capax eſt tibi viſus oculorum vide:*

Eccleſiaſt. 1. locus illuſtratus.

Eſdræ locus lib. 4. c. 10. cum Eccleſiaſte mirificè conſonans ex aduerſo.

vide: & poſt hæc audies quantum capit auditus aurium tuarum audire.

Ampla apud omnes ſcriptores huius loci amplificandi materia: ex his ego vnum, alterum vè delibem teſtimoniũ, vt intendiſſe ad fontem digitos, non hauſiſſe aquã videar. Laud › primũ vniuerſum caput II. Sap. maximè illud ex eo: *Ambulauimus vias difficiles*: quod nõ tam ad aſperitatẽ, quàm ad iſtam duritiem, atquè auaritiam referendum eſt: ducta ſimilitudine à difficultate locorum, atquè viarum, quæ aditum negant, ad earum moroſitatem rerum, quæ ſe frui nõ ſinunt. *Emos andado a caça de coſas, que no ſe an dexado alcançar ni gozar, como caminos, que no ſe dexan andar.* Ita alii legũt. *Perambulauimus deſerta inacceſsibilia: Deſiertos, y aun con ſer tales, q̃ no tienen que dar, no ſe dexan llegar.* Si ad honorem reſpicias, quod Idolum mortales maximè colunt, teneri manibus non poteſt, quin effugiat. Vidit Regius Pſaltes illum alterũ ſuper exaltatum, & eleuatũ ſuper Cedros Libani: & trãſiuit, & ecce non erat: vidit hominem cum in honore eſſet cõparatum iumentis, & ſimilem factum illis. Vidit Daniel leænã grandibus alis, aſpexit donec euulſæ ſunt alæ eius & ſuper pedes ſtetit. Vidit arborem, cum in ſumma viriditate, & proceritate eſſet, exciſſam: Regem detracto diademate, & purpura, de regno ad paſtum inter beſtias abiectũ, &c. Quid moror? ſi ad vitam ſpectes, ea nihil citius euaneſcit: veſtigio nubis, aut fumi, & vndarum comparatur: vt verum ſit illud Iob XV. *Antequam Dies eius impleantur, peribit.* Si ad fortunas te referas: Quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit diuitias oculis ſuis. Audi Iobum. XX. *Nec eſt ſatiatus venter eius, & cum habuerit quæ concupierat, poſsidere non poterit.* Qui enim diligit diuitias (Eccleſiaſtici V.) non fruetur eis. Dormierunt enim ſomnũ ſuum, & nihil inuenerũt (inquit Dauid) viri diuitiarum in manibus ſuis.

Locus Sap. 2. explicatus.

Mundi bona inania & inacceſsibilia.

Iob cap. 20.

Eccleſ. 5.

Atque id cauſſæ eſt cur tantopere ſe impii hortarentur Sap. II. ad arripienda hæc, quæ bona putantur ab hominibus, cum dicerent. *Venite coronemus nos roſis, antequam marceſcant, fruamur bonis, quæ ſunt,* (quaſi ex templò futura nõ

ſint) *Et vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.* Perinde ac ſi dicerent: *Coſamoslo todo en flor, porque ſi eſperamos que llegue a ſazon, primero ſe acabara.* Ideo ſubiungunt: Non prætereat nos flos temporis, vel, aëris, vt aliàs: *Flores ſon todos los bienes de la tierra, y flores no de arboles, que llegan a dar fruto, ſino de el tiempo, y ayre, que jamas paran, y aſsi nunca llegan a colmo: cōtentos, que ni ſaben, ni pueden darlo.* Voluptatis vmbræ, & ſimulacra delitiarum: nam reſipſa nullibi reperitur. At bona iuſtorū eiuſmodi ſunt, vt vel eorū flores fructus ſint, & fructus quidem vtilitatem pariter, atque honorem afferentes: quam ſocietatem coire nunquam amatores ſæculi potuerunt. Eccleſiaſtici. XXIIII. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis. *De honra y prouecho, q̃ no caben en el ſaco del mundo.* Honeſtas quippe hocloco pro diuitiis, pro fortunis capitur vt alibi. Pondus ſuper ſe tollit, qui honeſtiori ſe communicat. *Mucha carga echa ſobre ſus hombros quien trata con mas ricos, y poderoſos.* Cogitur enim illis inſeruire cum ſuarum etiam rationum iactura. En igitur quàm ſint viæ difficiles, quàm inacceſſa deſerta, quibus viam ineunt impii: quā cunctæ res difficiles, quàm fluxa, & lubrica bona, quibus mortales tam auidè inhiant; quando nec adiri poſſunt, nec cum apprehenderis teneri manibus queunt; quin elabātur, & effluant.

Cuncta terrena flores ſine fructu.

Iuſtorum vel flores ipſi fructus ſunt honoris ac diuitiarum.

Eccleſ. 24.

Deo nihil difficile.

Deniqúe vt definiam: hinc ſæpe in ſacris nihil Deo eſſe difficile dicitur, non ſolum quia maximè potens, pollenſque ille eſt, vt quæ velit in his, aut de his pro arbitrio faciat: ſed etiam quia cuncta ſe eius poteſtati facile, arbitrioque permittunt. Hoc eſt, *No ay coſa, que no ſe dexe menijar de Dios, ni que ſe le huya, o haga reſiſtencia.* Hinc deniquæ difficultas pro inopia, pro anguſtia, *La falta, eſtrecheça ò neceſsidad.* Vt rei nummariæ, frumentariæ, annonæ, & ſimilium.

(·:·)

Caput

CAPVT II.

***MALIGNVM, & MALIGNITAS** quid? Colles maligni apud Virg. Locus ex Pſal. XXXVI. & IIII. Eſdræ cap. III. & ex Canonica Ioannis. cap. V. Baruc I. illuſtrati.*

EADEM vis ſubiecta eſt voci Malignus. Ita Seruius in illud Virg. II. Georg.

Difficiles primum terræ, colleſque maligni.

Maligni, inquit, *ideſt, infecundi.* Et Nonius: *Malignus*, inquit, *ager agricolis illiberalis, & minus ferax*, ideſt, cuius anguſtior eſt prouētus. Virg. in. VI. lucē malignā dixit pro tenui, parua, & obſcura. *Nam malignum*, inquit, Seruius, *proprie eſt anguſtum vt Virg. in. II.*

Tenuis, quo ſemita ducit.

Anguſtæque ferunt fauces, adituſque maligni.

Ideſt, anguſti, obſcuri, & ardui. Mart. lib. X. ad Auitū, *Tepet igne maligno Hic focus, ingenti lumine lucet ibi.* Et Iuuenalis Sat. X. maligna appellauit Numina: ideſt, auara, & quæ ab ipſis peterentur, minimè conceſſura.

Magnaque numinibus vota exaudita malignis.

Hoc eſt, parcis, nec conceſſuris, quæ petebantur. Liuius. Malignitas conferendi ex priuato, hoc eſt parcitas. *La mezquindad, y cortedad, &c.* Quintil. lib. II cap. II. in laudandis diſcipulorum dictionibus, nec malignus, nec effuſſus. *Ni corto, ni demaſiado.* Sed Donatus optimè in Hecyr. Actu. I. Scæna. II. *Malignus*, inquit, *eſt, qui difficultatem ſui oſtendit.* Iam vero cur non ex his commodè illuſtretur illud Eſdræ. IIII. cap. III. Etenim poſtquam dixerat tranſiſſe gloriā Domini portas quatuor, &c. *Vt daret*, inquit, *ſemini Iacob legem, & generationi Iſrael diligentiam*: quod ſic explico: *Vna ley y tal, que tenian muy bien que hazer en ella para ſu cumplimiento. Veruntamen*, addit, *non abſtuliſti ab eis cor malignū, vt faceret in eis lex tua fructū.* Quod ego Hiſpanè ſic

interpretor. *Mas dejaſteslos con ſu coraçõncito cuytado, mezquino, apretadito: y aſsi no hazia en ellos fructo vueſtra ley.* Cor malignum, ideſt, ſterile, veluti ſolum exile, & infrugiferũ. quod ne cultu quidem maximo, & curatione adhibita fecunditatem accipiebat. Quid enim potuit cæleſtis agricola vineæ ſuæ facere, & non fecit? at illa expectata eſt, vt faceret vuas, fecit autem labruſcas. Ex quo veteris, ac nouæ legis, diſcrimen agnoſcas: illa enim cor malignum nõ abſtulit, hæc vero non modo cor lapideum abſtulit, ſed dedit carneum, quaſi mollitum ſolum, atquè ſubactum, vt ſemẽ Diuini verbi conceptum multiplici cum fænore redderet. Quippe potentior hæc, tametſi ſuauior, ad emolliendos hominũ animos, & in pietatis officia pertrahendos. Etenim, (inquit Chryſoſtomus) *Cum iugum legis detraxiſſet: ne ſubſilirent, aliud illis iugum imponit, nimirum caritatis, illo quidẽ validius, ſed multo leuius, atque iucundius.*

Cor malignũ quid.

B. Chryſoſt.

Conſonant cum his, quæ proximè diximus, illa ex cap. I. Baruc, vbi ſuorum nomine ita dicit: *Et abiuimus vnuſquiſque in ſenſum cordis noſtri maligni operari Dijs alienis, facientes mala ante oculos Dei noſtri.* Vbi malignum ego cor intelligo anguſtũ, difficile, moroſum, quod ſe ſe Deo minime dederit, nec ad recipiendam eius magnitudinẽ explicauerit. Magnus enim Dominus eſt, & quem Cæli Cælorum capere nõ poſſunt. *Dexa vonos llevar del deſſeo de nueſtro apocado, eſtrecho, y cuytado coraçõ, que no dando lugar a la grandeza de Dios en ſu ſeno, ſe pago y lleno de la nada de los Dioſes agenos.* Idola enim, tãtũ abeſt vt occupare cor poſsint, vt potius nihil ſint ex Apoſtoli ſententia. I. Corinth. VIII. & XII. Malignum itaque cor illud merito dicitur: *Que no da de ſi.* Deinde etiam quod ita anguſtum eſt, vt fere nihil capiat, vt proximè diximus. Quam in ſententiam Clem. Alex. in Adhor. ad Gent. Deos gentium, Idola, & vmbras appellauit: quod adeo verum eſt, vt Idolum, & vmbra, & ſomnus pro eodem vſurpentur cum in noſtris litteris, tum etiam in externis. Scribit enim Euſthatius in XXX. lib. Odyſſ. idolum accipi ſolere pro vmbra, ſeu ſpectro, & re, quæ licet appareat, nihil ſit.

Baruc I. locus explicatus.

ſit. Cuiuſmodi Idolum, ſeu ſpectrum erat vmbra illa *Æneæ*, pro qua depugnabatur, cũ à Venere parente ſublatus eſſet Æneas. lib. V. Iliados. In noſtris vero. I. Paral. XVI. *Omnes enim Dij populorum, Idola.* Zachar. I. *O paſtor, & idolum.* Ideſt, ſimulacrum, vmbra, ſeu ſpectrum. Sed hoc vulgare eſt; veniamus ad reliqua.

Nec prætéribo illud Ioannis in Canonica, cap V. *Mũdus* inquit, *totus in maligno poſitus eſt.* Hoc eſt, in obſcuro, lubrico, præcipitíque loco, anguſto, & arduo; vt conueniat cũ illo Sapientis: Cunctæ res difficiles. *Todo el mundo y ſus coſas ſon resbaladizas, fugitiuas, no ay darles alcãce.* Præterit enim figura huius mundi. *Son engañoſas, prometen y no dan*, Vel, *Andamos en todo a ciegas, y en lugar eſtrecho, y resbaloſo.* Quid ni ſæpius labamur, & in lapides incurramus? Alias autẽ ſic explicabitur, *Todo el mundo es taſado y ſus coſas cortas y apocadas, auarientas, y que dan muy poco de ſi.* Ita Pſal. XXXVI. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. *No te aſſemejes ni ſigas las piſadas de eſos logreros: de eſos ricazos auarientos.* Hoc enim illa ſignificant Pſal. XIIII. *Nõne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis?* Igitur. *Neque zelaueris* facientes iniquitatem, Hiſpanè. *No quieras parecerles, ni deſees ſer como ellos porque ſu fin, y el de ſus riquezas ſera como el del heno, que al primer ſol ſe conſume, ſu hazienda ſera humo, y ſu teſoro carbon.* Quoniã tanquam fœnum velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarum cito decident, *Mas tu fia de Dios, y haz como hombre honrado.* Spera in Domino, & fac bonitatem. *Que de Dios ſon las riquezas, y tuyas ſeran por eſe camino.* Et paſceris indiuitiis eius. Sed de difficili, & maligno ſatis: ad alia tranſeamus.

Ioãnis locus ex Canonica illuſtratus.

(.?.)

CAPVT III.

FERREA VOX APVD VIRG. EX Homero, Sophocle, atque Euripide. Sed ab his ærea, vt à Lucretio ænea. Romanorum regnum cur ferro comparetur Daniel. VII. Ærea æternitatem ſignificare, vt in ſerpente Moſsis. Veteres ære vſos pro ferro.

VIRGILIVS.II. Georg. & Æneid. VI. cum rerum magnitudinem dicendarum, varietatemq; ſignificare, aut exaggerare potius vellet.

Virg. 2. Georgic.

Nõ, inquit, *mihi ſi linguæ cẽtũ ſint, oraq; cẽtũ,*
Ferrea vox, &c.

Quo loco Homerum Iliad. II. qui decem ſibi linguas, totidemque ora, infractam vocem, & cor ferreum, ſiue æreum optabat, & Sophoclẽ prætereà imitatus *Chalkeophonon* ſe, vti Stentora Homerus appellat in. V. eſſe cupiebat; hoc eſt, ferream vocem habere, ideſt, perpetuam, continentem, atque conſtantem, cuius ſonus omnes omnium ætates ſuperaret; atque ad æternitatẽ ipſam pertineret. Itaque Homer.

Non mihi ſi linguæque decem ſint, ora decemque,
Vox infracta ſonet, rigeant præcordia ferro.

Sed Heſiodus quoq; in Theogonia, tricipiti Cerbero æreã vocem tribuit.

Iterum ſecundo edidit partu immenſum minimè effabilem
Cerberum crudiuorum, Plutonis canem ærea voce.

Ideſt, longiſsimè, ac diutiſsimè reſonante. Nam & hac etiã de cauſa inferorum ædes reſonãtes appellat Heſiodus, quia horrendus hic canis pro foribus cuſtodit, & intus Styx habitat Occeani filia.

Illic Dei inferi in interiore parte ædes reſonantes,
Fortiſque Plutonis, & grauis Proſerpinæ,
Stant. Horrendus autem canis pro foribus cuſtodit.
Ibidem habitat abominanda Dea mortalibus

Horrenda

Horrenda Styx filia reciprocantis Oceani.

Imitatus etiam eſt clarus Poetas Ouid. l. Triſt. Eleg. IIII: *Ouidius.*

Si vox infragilis, pectus mihi firmius eſſet,

Pluraque cum linguis pluribus ora forent. *Homerus.*

Scilicet vt longius, & grandius reſonaret: quod Homerus Iliad. V. planè ſignificauit cum de Iunone Stĕtora vultu, & voce ementiente ita cecinit.

Ibi ſtans clamabat Dea albis vlnis Iuno

Stentori aſſimilata magnanimo, æream vocem habenti,

Qui tantum clamauit, quantum alij quinquaginta.

Adluſit Matron parodus apud Athenæum lib. IIII, cap. III. qui inter conuiuii lautitias ita garrit: *Matrō parodus.*

Cereris natam cum deinde placentam

Aſpexi ingreſſam, quis iam queat abſtinuiſſe?

Non mihi ſi ora decem certè totidemque manus ſint,

Venter & infractus, atque ærea pectore corda.

Latinus autem poeta non æream, ſed ferream vocem ſibi poſtulauit. Ferrum quippe metalla cuncta domat, ac vincit, & perpetuitatis ac durationis ſymbolum veteribus habebatur. Apud Hiſpanos, ad id oſtendendum, dici ſolet: *Como de hierro.* & hanc ob cauſam Daniel VII. Romanorum regnum ferro comparatur; quod omnes fere gentes, vel robore validas, vt Gallos, Germanos, Hiſpanos; vel imperio potentes, vt Cartaginenſes; vel maiorum gloria, & ſapientia præſtantes, vt Græcos: vel opibus florentes, vt Aſiaticos; vel terrarum longinquitate remotas, vt Cappadoces, Pōticos, Armenios, Iberos, Aſsianos, Scytas, Britannos; vel ſanctitate, & religione inſignes, vt Iudæos ipſi à nullo ſubacti perdomuere. Deinde quia omnia regna cōplexi, Imperium diutius quàm cæteri cōſeruarunt. Scitè proinde Hiſpanus poeta, æquè atque pictor nobiliſsimus Paulus Ceſpedes, omni politiorum litterarum cognitione limatus, in ſua illa poeſi, quam propediē expectamus de arte pingĕdi, præclaro & artis, & ingenii documento: Virgilium imitatus, ita canit. *Romanorum regnū ferro comparatum* *Paulus Ceſpedes.*

L Con

Con voz de hierro de inmortal ſonido

Æs inter metalla vocaliſſimum.

B. Hieronimus.

Sed dicat aliquis, non rectè à Virgilio ferrea vocem ad imitationem Homeri dictam, ſed potius æream, aut æneam, vti Lucretius dixit, & *Seruius* animaduertit. Nempe, æs inter metalla vocaliſsimum, & ſonantiſsimum eſt. Itaque Hieronymus in Danielem exquirens cur Alexandri Græcorūque regnum in ære ſignificatum eſſet: *Eſt*, inquit, *Æs vocaliſsimum, & ſonantiſsimum, edit ſonum, magnum, & clarum, eúque longè, lateque diffunditur: quare denotatur magna imperij Græcorū fama, & gloria.* Quod ſi æternitatem, & firmitatem ſpectes, ſolidiſsimum eſt, & nulli obnoxium rubigini. Ita apud Virgiliū. *Nexas ære trabes*, legas ad perennitatem catenarum. & *Monumentum ære perennius*, apud Horatium, ad memoriæ æternitatem. Vegetius verò probat æreos clauos compingēdis nauibus idoneos eſſe, & ferreis firmiores: quod hos tēpore, & humore celeriter rubigo conſumat; illi etiam in fluctibus incolumes maneant. Quin & ſerpens æneus Moyſis, diuturnitatem ſalutis acceptæ per Chriſtū ſignificare putatur. B. Aug. in expoſit. Epiſt. ad Galatas. *Nec propter aliud ille ſerpens æneus factus erat, niſi vt permanſuræ paſsionis Domini fidem ſignificaret. Etiam vulgo quippe dicuntur ænea, quorū numerus manet.* Et infra: *Nunc autem tanquā ænea permanet crucis fides.*

Æneus ſerpēs æternitatem ſalutis acceptæ per Chriſtū ſignificat.

Et ærei quoque claui cadaueribus infixi, vel ne putreſcant, vel vt diutiſſimè ſeruentur eijciuntur. Et ærea cuſpide ſiue etiam ferrea Thelephum ſanaſſe Achilles perhibetur, apud Homerum.

Quæ omnia, vti vera ſunt, ita etiam ſuadent, cōmodius æream, quàm ferream immortalitatis ſymbolum ferre, atque perennitatis. Quòd autem ferream dixit Poeta vocem, cōſuetudine magis, quàm veritate dictum exiſtimo. Nam, vt notat Euſtatius ad Iliados primum, & oſtendit Heſiodus, veteres ære vtebantur pro ferro: nimirum ante ferrum inuentum. Atque ita apud Homerum æris appellatione, quod Græci kalkeon appellant, ferrum intelligitur. Et Salomonis quidē tēpore IIII. Reg. cap. 6. *Malleus, & ſecuris, & omne ferra-*

mētū non ſunt audita in domo cum ædificaretur. Nempe quia omnia ærea. Ita Pſalm. XVII. *Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.*

CAPVT IV

MORS FERREA, SOMNVS FERREus Virgilij locus in X. explicatus aliter, atque ab Adriano Turnebo. Noctis Somni, Mortiſque ſimulacrum Olympiæ. Hos duos germanos ab illa fratres, & alia eiuſmodi.

EX eadem analogia, ſed parum diſſimili ratione, Mors, ſomnus ferreus appellatur ab eodem poeta in X. *Virg. Aen. 10.*

Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctē.

Homerum videlicet imitatus Iliad. XI. vbi de occaſu Iphidamantis,

Illi ſoluuntur corporis artus,
Ferreus & claudit morientia lumina Somnus. *Adriano Turnebus.*

Quem locum explicans Adrianus Turnebus in ſuis Aduerſariis, *Ab Homero,* inquit, *Sumtum eſt, qui mortem Ypnon kalkeon, nominat: quod ad duritiem retuliſſe videtur Maro, cum duram quietem ſcripſit, veluti interpretans ſomnum ferreum: cū Plutarchus, ad ſenſus orbationem, & amiſsionem referendum crediderit, in conſolatione ad Apollonium.* Hæc ille. Et ſane quod ad duritiem attinet, ſcio mortem immitem, & crudelem dici, & ferreum item pro eodem vſurpari. Sed Plutarchi ſententiæ non obſtat, quod duram quietem dixerit, nec video cur non potius ferreus ſomnus duræ ſit quietis interpretatio. Nam vti ferreum illud à Cicerone, & ab alijs dicitur, quod vel caret ſenſu, vel ab illo abhorret; ita etiam durum pro eodem accipitur. Donat. in illud Adelph. *Act.* IIII. Scen. V. *Factum eſt à vobis duriter. Non durè,* inquit, *& crude*

liter dixit Terentius, ſed quaſi dura mente, ideſt, inflexibili. Ita etiam in noſtris litteris Iob. *Nunquid caro mea ænea eſt?* Ideſt, *Soy yo inſenſible como de bronze.* Sed Iſaiæ XLVIII. hæc omnia mirifice coniunguntur: *Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea.* Hiſpanis hæc valde ſignificant. *Tienes vna cabeça de hierro, eres inflegible, indomable.*

Iobus.

Iſaia.48.

Ferreus ſomnus quid.

Ego verò, vt ingenuè dicam, ita exiſtimo, Duram quietem, & ferreum ſomnum, non per expolitionem tantum, ſed etiam per auxeſim à Virgilio dictum: vt ſi Hiſpanè dicas:

Cruel deſcanſo, irrecordable ſueño.

Moſchus Eidyll.3.

Ita mortem appellat Moſchus Eidyll. III.

Vbi primum, mortui fuerimus, obſcuri in terra concaua.

Dormimus valde bene longũ, infinitũ, inexcitabilẽ ſomnũ.

Somnum ſæculi appellat Hieremias. Nam tametſi mors, vt aiebat Cæſar apud Salluſt. ærumnarum requies ſit, ſi per vim afferatur, ea dura, & crudelis non eſſe non poteſt. Ferreum autem Somnum interpretor ſempiternum, vt irreuocabile fatum, perpetuum, nunquam ſoluendum. Homerus. *Kalkeon enchos.* Horatius ode XI. lib. III. Longum ſomnum, & Ode. XXIIII. lib. I.

Horatius.

Ergo Quintilium perpetuus ſopor vrget.

Catullus.

Catullus etiam, eodem modo loquitur:

Nox eſt perpetuo vna dormienda.

Eſt enim tanta inter ſomnum, mortemque ſimilitudo, vt alterum pro altero capiatur. Ideo Virg. in VI. conſanguineũ leti ſoporem facit. Atque Pauſanias Eliacorum I. narrat ſe inter ceteras ſtatuas quæ erãt Olympiæ, noctem vidiſſe in muliebrem figuram, habitumque formatã; quæ manu dextera puerum album dormientem teneret; læua nigrũ dormienti ſimilem. Eſſe alterum, Somnum Thanaton alterum, ideſt, mortem, vtrumque autem filium Noctis eſſe, Heſiodus tradit in Theogon. Vbi cum de nocte loqueretur.

Pauſanias.

Somnus, & Mors fratres

Heſiodus.

Illa vero, inquit, *Somnum in manibus fratrem Mortis,*
Nox noxia, nube tecta atra.
Ibi autem Noctis obſcuræ filij domus habent
Somnus, & Mors, graues Dij.

Ita

Ita Homerus Iliad. XIIII.

Hic ſomnum Mortis fratrem conuenit.

In ſacris tam obuia ſunt teſtimonia, vt pigeat attingere. Nō diſsimili ſignificatione nox ferrea dicitur apud Homer. iliad. IIII. in fine.

Nox illum ferrea texit, *Nox ferreā Homero.*

Luminaque æternæ clauſerunt feſſa tenebræ.

Æternæ itaque tenebræ quid ſit nox ferrea interpretantur. Eſt enim ea, quæ finem habitura non eſt. Sed iam ad virgam ferream Pſalm. II.

CAPVT. V.

VIRGA FERREA PSAL. II. Triplex loci expoſitio, quatuor proximi verſus explicati. Sceptrum doctrinæ ſymbolum apud Græcos, atque etiam apud Hebræos.

EX His quæ de voce, morte, ac ſomno ferreo dicta ſunt, commodior ſumetur loci illius, vt opinor, explicatio, ex Pſal. II: vbi Regius Propheta Chriſti regnum prædicens. *Reges,* inquit, *eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli cōfringes eos.* Quod certè nō, vt vulgo ſolet, ad ſeueritatē animaduerſionis, vindictæque acerbitatem referendū eſt: ſed ad ea, quæ à me proximè oſtēdentur. Primò enim ſimplicius explicari poteſt, in hunc modū: Eorum Rex ac Dominus eris: illos Sceptro tuo moderaberis, virgaque tua iudicabis. Vtrūque enim munus Reges obibāt apud omnes fere nationes. Sceptrū autē apud veteres virga fuit ære ornata, cuiuſmodi Sceptrum illud, quod Vulcanus Ioui primum fabricauit, fuiſſe dubium non eſt, quod ab eo ad Agamemnonem Regem, & ſecundum eum ad alios Reges vſu traductum, atque etiam hæreditario iure receptum.

Pſal. 2. *Prima loci explicatio.* *Sceptrum olim virga ferrea.*

Homerus, & ab eo cæteri tradunt.

Idola cũ haſtis. Quin & haſtam eſſe dicunt, quæ olim Deorum addita ſimulacris, nam prodigii ſimile habitum legimus, ſiquãdo haſtæ motæ eſſent, vt Liuius ſcribit, aliique, & certè piaculo procuratum. *Iuſtinus.* Iuſtinus etiam lib. XLIII. Reges olim haſtas pro diademate habuiſſe dicit, quas Græci ſceptra dixere. *Haſtæ pro Dijs.* *Nam & ab origine rerum pro Dijs immortalibus veteres haſtas coluère: ob cuius religionis memoriam, adhuc Deorum ſimulacris haſtæ adduntur.* Iam verò loquendi ille modus, ſcilicet, *Regere in virga ferrea*, pro regere cum virga ferrea, ſiue geſtando, aut præferendo virgam ferream, *Regere in virga quid.* Latinis tã frequens eſt, vt nihil certe Latinius. Ita in armis eſſe, in ocreis, in veſte forenſi, & ſexcenta ſimilia.

Virga ferrea peremne ſceptrum. Sed ego virgam ferream pro peremni ſceptro, vt dixit Ouidius. XV. Metamorph. acceptam exiſtimo: vti Hieremiæ I. *Columna ferrea.* Columna ferrea dicitur firma, perpetua, & nunquã è ſuo loco conuellenda: & Micheæ IIII. *Cornu ferreum.* Ferreum cornu Eccleſiæ, hoc eſt, inuictum atque ſempiternum. Nec aliã ob cauſam, opinor, Heſiodus in Theogonia limen Olympo ferreum ſiue æreum tribuit, *Limẽ ferreũ Heſiodo.* niſi quòd firmum, ac ſtabile, perpetuum, inexpugnabile ſit, atque æternum; ſiue, vt aiunt Philoſophi, interitus expers. *Aerea tecta Homero.* Ita apud Homerũ ærea cælorum tecta, ſiue domos ferreas legas, maximè Iliad. I apud quem Thetis ita loquitur:

Tunc ærea tecta domorum

Ipſius, id eſt Iouis, *accedens genibus complexa precabor.*

Vox, pectus ferreum. Cumque Homerus aliique poetæ vocem ſibi, & pectus ferreum optant, non crudele, non durum pectus expetunt; ſed firmum, & conſtans, & laboris incanendo patiens, vt contentius, & diutius canere, atque in edendo cantu perſeuerare poſsint. *Ouidius.* Quod apertè Ouidius cũ ſuperiores imitatur pariter atque explicat:

Si vox infragilis, pectus mihi firmius eſſet:

Homerus. Et Homerus Iliados II.

Multitudinem verò non ego recenſebo, neque nominauero,

Neque ſi mihi decem linguæ, decemque ora forent,

Vox

Voxque infrangibilis, æreumque mihi cor eſſet.

Nempe ad vocis firmitatem pariter, atque perpetuitatem retinendam. Ita Euryclea nutrix Vlyſsi Odiſſ. IX.

Cor æreum quo vſu.

Retinebo firmius illa,

Quàm ſolidum ferrum, aut durus lapis.

Homerus.

Quare virga ferrea, ſiue ſceptrum ferreū perpetui, ſempiterni, inexpugnabiliſque imperii Symbolum, atque imaginem præſefert: quod Danielis II. cap. confirmatur, *Et digito pedum ex parte fictilis, ex parte regnum erit ſolidum, & ex parte contritum,* &c. *In diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non diſsipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem & conſumet omnia regna hæc & ipſum ſtabit in æternum.* REGES igitur EOS IN VIRGA FERREA: *Seras Rey no de preſtado, o de dos dias: ſino perpetuo, eterno, y de dura, como de hierro.* Nam tametſi hoſtes regnum tuum oppugnet, nihil illi detrimenti afferent, quæ etiam virtus in ferrum cadit, vt cum ab ipſo reliqua metalla multa patiantur, ipſum ab illis nihil mali accipiat. Quod ille apud Antiphanem paraſitus facetè ſignificauit, cum dixit.

Virga ferrea inexpugnabile imperiū. Daniel. 2. Ferreum pro ſolido. Ferreū quod nihil accipit detrimenti.

Ad verbera
Sum maſſa ferri, quæ poteſt pati nihil,
Ad verberandum fulmen, ac ad quemuis iam
Cæcum faciendum fulgur, auferendoque
Procella, ſuffocando quemlibet laqueus,
Frangendo vectes ianuæ, quaſſatio
Telluris. &c.

Antiphanis Paraſitus ferri maſſa &c.

Et Cratinus in Titanibus,

Manum æream fortemque habet, labore ſit
Quæ feſſa nullo, multo at igne fortior.

Aerea man, ab labore inuicta.

Quo ſenſu Iob. I. Caro ænea dicitur, quæ nihil à dolorum ictibus patiatur, in quam vulnera non imprimantur, quam nec labor frangat, nec vermes edant, nec cruciamenta diſtorqueant. *En quien ni hagan impreſsion los dolores ni mella los trabajos.*

Aenea caro. Iob 1.

Iam verò quod B. Auguſtinus Virgam ferream pro infle-xibili

Virga ferrea Auguſtino iuſtitia infle-xibilis.

xibili iuſtitia capit, nobiſcum facit, & noſtram ſententiam probabiliorem facit. Enim verò ſceptrum non ſolùm regium tantummo-do, ſed etiam iudiciariæ poteſtatis atque doctrinæ inſigne eſt, vt apud Heſiodum, Homerum, Platonem, aliiſque primæ notæ ſcriptores paſſim reperias. Virgas enim ſiue ſceptra, ſiue haſtas geſtaſſe olim magiſtratus iudicandi poteſtate preditos, auctores varii tradunt. Primum itaque Iuppiter ſceptro in Deorum concionibus vtebatur, Ouidius. lib. 1. Metamorphoſ.

Sceptrũ doctrinæ, & iudicij inſigne.

Sceptro Ioui in cõcionãdo

Ouidius.

Celſior ipſe loco, ſceptroque innixus eburno, &c.
Ora indignantia ſoluit.

Sceptrum autem Deo propriè conuenit nam ſceptrum nihil eſt aliud quàm ſcipio, ſeu baculus, quo innitimur gradum facientes, ne prolabamur: Deus autem ſolus eſt, quo cuncta ſuſtinentur, & conſtant. *In ipſo enim viuimus* (vt à poeta loquitur Paulus) *mouemur, & ſumus.* Cumque Reges à Deo conſtituti ſint, ita etiã ab illo ſceptrum accipiunt. Quod nec Homerum, Heſiodum ve latuit. Ille enim Iliados II. ſic.

Sceptrũ Deo præcipuum.

Sceptra Regibus à Deo

Homerus.

Prodiit hic aſtans Danaûm moderator Atrides
Sceptra tenens manibus, Vulcani opus ignipotentis.
Vulcanus dedit ipſe Ioui Saturnigeno,
Iuppiter alato bonus obtulit Argicidæ,
Mercurius Pelopi per equeſtria fræna potenti,
Tantalides quæ deinde Pelops tibi contulit Atreu:
Liquerat hæc Atreus opulento dona Thyeſte,
Cui mare, cui terræ, totum pareret & Argos.
Hoc tunc innitens ſceptro, hæc eſt verba loquutus.

Vbi & perennitatem ſceptri videas per tot ætates integri, quod neque huius initio libri ſiluit Homerus cum dixit,

Dein ſceptrum ſumit auitum,
Quod nulla annorum ſerie corruperat ætas.

Deinde, ad cõcionandũ, & docendos, atque admonẽdos populos, ſumtũ animaduertas in manus, & quidẽ acceptũ à Deo. Ita etiã Chryſes Apollinis ſacerdos(penes quos pu

lum

lum docere) commoniturus Græcos ſceptrum geſtat, & ab ipſomet Apolline datum: ad quem Rex Agamemnon.

Sceptrum geſtat Apollinis ſacerdos Homer.

Vel te tunc etiam nec Apollinis infula tutum
Præſtiterit ſatis, aut quæ nunc geris aurea ſceptra,
Eripiant mihi.

Sed in Achillis ſceptrum etiam manu videas, eodem quo diximus argumento; & quidem ære incluſum, vt verè virga ferrea nominetur: Iliad. I. vbi Achilles ira loquitur.

Sceptrum in concionando Achilli.

Iure ratum facio iurando hoc eſſe futurum,
Vt ſceptrum hoc (dextra ſceptrum nam forte gerebat)
Nunquam fronde leui fundet virgulta, nec vmbras &c.
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Incluſit; manibus proceres, nunc illud Achiui
Geſtant, qui Iouis acceptas ſub nomine leges
Iuraque conſtituunt, æternaque fœdera firmant.

Sceptrũ virga ære incluſa.

Vlyſſes quoque verba facturus ſceptrum tenet Iliados III.

Sceptrũ Vlyſ. in concionando.

Verum vbi dicendi partes accepit Vlyſſes,
Stabat humi fixis oculis, ſceptrumque tenebat.

Cuiuſmodi nunc Scipiones geſtant in bello duces, quos imperatores olim, nunc *Generales* appellamus, & *Baſtones* dicuntur: Iliados autem XXVIII. Senes iudicaturi ſceptra tenent.

Sceptra ferunt in bello etiam nunc.

Homerus.

Donec marmoribus mox conſedêre politis
In ſacro poſitis cœtu, ſpectanda ferentes
Sceptra ſenes manibus, præconum voce valentum
Qui ſimul indixêre tenenda ſilentia turbæ,
Iura ſimul dixêre.

Sceptra iudicum, quorũ olim tribunalia è polito marmore.

Quin & ipſi etiam Heſiodo ſceptrum Muſæ præbent doctrinam de *Dijs*, eorumque progenie mortalibus tradituro.

Sic dixerunt filiæ Iouis magni veridicæ,
Et mihi ſceptrum dederunt, lauri peruiridis ramum
Decerpere mirandum, inſpirarunt autem mihi vocem
Diuinam, &c.

Sceptrũ ipſi Heſiodo Muſæ tribuunt.

Quid autem Palladis, quid Circes, quid Mercurij virga ſignificat, niſi doctrinæ, eruditioniſque vim penitus admirabilem?

Palladis, Circes, Mercurij virga quid.

lem? cui feræ etiam ipſæ concedunt. Scientiarum præſes Pallas habetur, Mercurius Diuorum atque hominum interpres, Circes incantationum Dea celebratur. At, quæ vnquam maiora prodigia, quàm quæ ex doctrina extiterunt? Moſsis virga Doctoris pariter atque legislatoris inſigne fuit: Abbaris verò ſagitta, quam, vt ſcribit Clemens Alexãd. per totum terrarum orbem circumtulit, Diuina quædã virga fuit, quam Phiſici Solis radium interpretantur, ab Apolline datum, cuius vi ſumma quævis & intelligebat facilè, & promptè perficiebat. Neſcio an ſubtilius explicari potuiſſet natura doctrinæ, quæ cum radiorum Solisque lucis ſimilis ſit, & acuit intelligentiam, & facilitate donat agendi; vnde & facultatis nomen accepit. Id verò vel oculus ille, quem Oſyris geſtabat in ſceptro, haud obſcurè declarat. Quippe omnes artes ac diſciplinæ, in medijs ignorationis tenebris, oculos mortalibus aperiunt, vt ad recõditiora quæque myſteria penetrare queant. Hæc vero virtus ſicui legi, ſicui doctrinæ conuenit, Euangelicæ ac noſtræ maximè conuenit, quæ in luce, & ſole, tam ſæpe in Sacris litteris ſignificatur. Rectè igitur Goropius lib. Origin. VIII. Abbarim eum eſſe cenſet, qui puram ſinceramque ſapientiam habet, & eam alijs tradit. Vnde quicumque ſinceræ ſapientiæ doctores in Scythia extiterunt, ij omnes Abbarides dicebantur; non ſecus atque in Ægypto quidquid in lucem ederetur, quod ad Sacrorum interpretationem ſpectaret, Mercurio Triſmegiſto, vt auctor eſt Iamblicus eius diſcipulus, tribuebatur.

Moſsis virga Doctoris, & iudicis inſigne.

Abbaris ſagitta radius Solis.

Doctrinæ natura.

Oculus Oſyris in ſceptro.

Abbaris ſapientiæ Doctor.

Denique, vt de doctrinæ ſymbolo definiam; quid aliud ſibi vult Iani illa virga, quam Cranæ dono dedit adverſus Strygum incantamenta, & noxas, è qua lumen thalamis accendebatur, niſi doctrinæ lucem, quæ fraudes omnes, ac dolos oſtendit, ac diſsipat? Ouidius VI. Faſt.

Iani virga aduerſus Stryges, & incantamenta.

Ouidius.

Sic fatus, virgam, qua triſtes pellere poſſet
A foribus noxas, hæc erat alba, dedit.

Et deinde:

Virgaque Ianalis de Spina ſumitur alba,

Quæ

Quæ lumen thalamis parua feneſtra dabat.

Sed hæc omnia de alijs allegoricè, de Chriſtianæ fidei diſciplina re vera affirmantur; quam qui tenuerint, in nomine Chriſti: *Dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis; Serpentes tollent, & ſi mortiferum, quid biberint, non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.* Quicunque autem ab ea defecère noxæ ſunt, & Stryges; & eorum doctrina faſcini, & incantamenta. Docebit Apoſtolus, qui ad Galatas ita loquitur: *Quis vos faſcinauit non obedire veritati?* Veritas autem illa omnia diſsipat. Sed nunc hoc tantum agimus, vt oſtendamus ſceptrum, ſiue virgam, non Regum tantum, ſed etiam Doctorum eſſe, legislatorum, ac iudicum. Quod quia ſatis à me probatum exiſtimo, ad ſuperiora regredior.

Chriſtianæ diſciplinæ mirabilis virtus.

Heretici noxæ, & Stryges.

De virga igitur ferrea ſic ſtatuo, eam multo aptius ad Chriſti Regis ius, doctrinamque referri: nam præterquàm, quòd eius rei ſymbolum eſt, non apud gentes modò, ſed etiam apud Hebræos; verbum REGES, in Hebræis idem valet quòd *paſces*; vt alibi apud eundem: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.* Hiſpanè dixeris: *De ſu plato como y de ſu bolſa gaſto, no me puedo jamas ver en neceſsidad.* Ita etiam, REGES EOS IN VIRGA FERREA; ideſt, ad fidem religionemque traduces, quæ nunquam deficiet: paſces eos doctrina cæleſti, Diuina, & æterna; leges eis dabis æquiſsimas, ſanctiſsimas, atque ſempiternas. *Daras leyes perpetuas, y haras juſticia, y enſeñaras a tus vaſſallos doctrina y ley firme, ſolida, perpetua y eterna.* Aduerſus quam portæ inferi non præualebũt: tametſi illæ quoque ferreæ ſint, duræ, & inexpugnabiles: nam eæ ad Chriſti nomen, aut fragentur, aut ſeſe aperient, & vinctos ſuos dabũt, atque ipſi etiam Tartarei Principes ad eius genua provoluentur. *In nomine* enim *Ieſu omne genu flectetur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.*

Virga ferrea Chriſti doctrina.

Regere Heb. paſcere.

Pſal. 22.

Regere in virga ferrea.

En igitur quanto aptius poſt verbum *Reges*, pro quo Hebræi *Paſces*, virgam ferream non vt paſsim ſceptrum durum, rigidumque interpretemur. Quid enim commune,

Virga ferrea non tam vindicis quã paſtoris.

ne habet cum ſupplicio paſtus? Quid cum hoſte Rex? cum vindice paſtor? Paſcit oues, non carpit, regit baculo, non contundit. Enim verò ſiquando ſeueritatem virgæ ferreæ oſtenſurus videbatur, tum maximè videbatur, cum coactus nonaginta nouem relinquere, & difficultates viarum adire, multis laboribus ſuperatis errantem ouem offendit. At tunc ſublatam in humeros in ouile reduxit. Quare nihil dubito quin ad doctrinæ ſoliditatem virga ferrea referatur: id quod, quæ proximè ſequuntur oſtendunt. *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.* Quod perinde eſt, ac ſi diceret. *Y pues tan buena ocaſion ſe ha ofrecido, abrid Reyes los ojos, y aprended como lo aueis de ſer, los que ſoys Iuezes de la tierra.* Addit præterea paulo poſt, *Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* Hoc eſt, ad eius leges, & iura ſpectate, niſi aberrare à recto velitis, & præſcriptionem in docendo, atque etiam iudicando neceſſariam præterire. *Echad mano a la ocaſion, no ſe os paſſe, que quien pierde punto pierde mucho. Maeſtro teneys, oydle, y recebid la enſeñança de ſu boca, ſino quereys que os alcance el caſtigo de ſu ira, y finalmente perderos.* Sed de hoc loco, in II. Singulariũ volumine, ex inſtituto dicemus.

Virga ferrea Doctrinæ ſoliditas.

Pſal. 2.

Apprehẽdere diſciplinã quid.

(.?.)

Caput

CAPVT VI.

FERREA QVÆ INFLEXIBILIA. B. Auguſtini ſententia vberius explicata. Confringere, & comminuere quid. Superioris verſus ſecũda pars ſtudioſè tractata. Alij deinde loci ex Pſal. & Canticis illuſtrati. Cor, & pect us ferreum mortis. Ferrea tecta inferorum. Doctrina vis Euangelicæ, lacti ſimilis. Saltantes cum rota figuli comparati. Horatio, Senecæ, alijſque lux facta.

DIXI Ferrea dici ſolida, & firma, addo etiam inflexibilia, quod in idem fere recidit: Ferreum enim interdum apud auctores, idem valet, quod inexorabile, quod flecti, quod domari, quod perfringi non poteſt Theocrytus Eidyllio XIII. de Hercule ita canit. *Ferrea inflexibilia, constantia, firma.* *Theocrytus,*

Quin, & Amphitryonis filius, cui ferreum pectus erat,
Qui ſæuum leonem ſuſtinuit.

Hoc eſt, inuictum, inflexibile, indomitum: & deſe etiam amore ſuperato Eidyll. XXX.

Et amor tibi iſte non gratus erit,
Qui virũm mentes, facile ſuperat,
Et me ex ferreo mollem fecit. *Moſchus Eidyllio. 2.*

Moſchus etiam poeta vetuſti ſæculi Græcus de Hercule ſic: Eidyl. II.

Nam illi multorum præmanu eſt opus
Laborum, quos terra marique oberrans
Suſtinet ex ſaxo, aut ferro animum habens fortẽ in pectore. *Animus ferreus, fortis.* *Homerus.*

Ideo etiam Tartarorum adamantinæ portæ, & ferrea Eumenidum tecta ab Homero dicta Iliad. VIII.

Aut hinc ad Stygias, Plutonia Regna, paludes
Detrudam; quà vaſta patent immanis abyſsi
Tartara; quà duro ſtant portæ adamante reuinctæ.
Ferreaque Eumenidum tecta. *Inferorum Adamãtinæ portæ, ferreaque tecta.*

Heſiodus. Heſiodusquoque inTheogonia de eodē regno ita loquitur.

Decimo die ad terram perueniret
Quam circa ferreum ſeptum ductum eſt.

Et paulo poſt de Tartari portis hæc addit;

Illic ſplendidæque portæ, & æreum limen
Immotum; radicibus longis compactum,
Sua ſponte natum.

Æreū limen immotum. Vbi animaduertas licet æreum limen dici, quia immotum, & longis radicibus defixum, nulla vt ratione conuelli, aut commoueri queat. Ita etiam mors ferrea, & fatum ferreum, eadem ratione dicta à poetis; vt ab Heſiodo in Theogonia, vbi cum de ſomno, & morte hiſtoriam texeret ita cecinit: *Heſiodus.*

Mortis cor ferreum. *Alterius verò*, ideſt Mortis, *ferreum quidem cor, æreum verò ei pectus.*

Ideſt inflexibile, inexorabile, quia, vt eſt apud Horatiū lib. I. Carmin. Ode IIII.

Horatius. *Pallida Mors æquo pulſat pede pauperum tabernas*
Regumque turres.

Non longius facio, venio ad ſententiam, quæ ferream virgā eiuſque ſignificationem maximè attingit. Iuſtitiam enim inflexibilem dicit, quam cum dicit, legem dicit, iura dicit Diuina, quæ ſummus Iudex pariter atque Rex Chriſtus Op. Max. daturus erat gentibus, quarum poſſeſsionem inibat. *Iuſtitia inflexibilis diuina lex.* Leges autem iuraque Diuina ideo ferrea dicūtur, quia ſempiterna, quia inflexibilia, neque hominum arbitrio, aut voluntate antiquanda, neque etiam immutanda: Deinde quia ius æquum & bonum, vt iuris periti aiunt, continent, & ſumma æquitate commendantur: quam neque perfringere, neque in prauum detorquere vlli hominū generi liceat. Non enim aranearum telis ſimilia ſunt, quæ muſcas capiūt cum à maioribus animalculis irrumpantur. Cū itaque mortales omnes ſine perſonarum, vt dicitur, acceptione, æqua lance metiantur, facilè ſibi omnes ſubiicient, & quocūque Deus volet ducent, atque ipſi ſequentur. Hoc autem, quæ proximè ſequuntur, oſtendunt.

ET TANQVAM VAS FIGVLI CONFRINGES EOS.

Quod ego iuxta ſuperiora ſic primum interpretor. *Y tu rey-no ſera no forçado ni violento, ſino como de Rey y ſeñor natural, que haras de tus vaſſallos, lo que el ollero de ſus ollas, que quando quiere las guarda, y quando no, las haze caſcos, y callan ellas,* His etiam conſonant quæ ſunt apud Hieremiam cap. I. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna, vt euellas, vt deſtruas, & diſperdas, & diſsipes, & ædifices, & plantes.* Quæ apud Iſaiam etiam totidem verbis leguntur, cap. LI. verbū autem CONFRINGES, non ſeueritatem nimiam, aut aſperitatem ſignificat, ſed ſummum Imperium, ſummamque poteſtatem, quam habiturus erat in gētes, & vim quādam planè Diuinam, qua mortales ab Idolorum cultu erat traducturus.

Vas figulicōfringere quid

Hieremiæ. I

Cōfringere quid.

Quod autem homines cum figulino vaſe contēdit: eorū in obſequendo pronos animos, & ſponte ſeſe in eius ſeruitutem inſinuantes oſtendit. Perinde igitur eſt ac ſi diceret. *Tendras muy poco q̄ hazer en hazellos tus vaſſallos: hallaras en ellos muy poca reſiſtencia, como en vn vaſo de barro.* Quid autem fieri facilius poteſt, quàm quod verbo fit? neque eſt cūr nos virga ferrea commoueat, aut cogat alio detorquere ſententiam: nam ea nihil eſt aliud, ſi ad vocis originem reſpiciamus, quàm pedum, baculus ve paſtoris, quod ferreo interdum conto inſtructum eſſe videmus; quo adhibito facilè oues quocunque paſtor velit, aguntur.

Vas figuli tractabiles.

Virga ferrea pedū paſtoris

Et quidem facilitatem & celeritatem iſtam, qua Rex Maximus Chriſtus gentes in Eccleſiam collecturus, atque in poſſeſsionem ſuam reducturus erat, Regius Vates Pſalm. XXVIII. cum de conuerſione gentium per verbi Dei virtutem, efficaciáque prædiceret, nō diſsimili quadam allegoria ſignificauit. Nam Euangelij prædicationem cum tonitru, & fulmine comparauit, vt in ea vim, & celeritatem agnoſcas: nempe in mundi celeri conuerſione. *Vox*, inquit Dauid, *Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.* Scilicet quia virtutem habet, ideo etiam magnificentiam; quia potens eſt, ideo magnifica, grandia, mirabi-

Chriſtus faci le gētes in Eccleſiā collegit

Locus ex Pſ. 28. diligenter excuſſus atq̄ illuſtratus.

Gẽtes cũ Cedris cõparatæ

mirabilia operatur: cuiuſmodi illa ſunt quæ ſequuntur. *Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.* Vides Prophetiam de gentium conuerſione? quas cum cedris Libani comparat: quia imperij apud eos ſumma erat, & Romanis ſub ortũ Chriſti maxima pars orbis obtẽperabat, Vox igitur, inquit, Domini, ideſt, tonitrus, cõfringit cedros, quantumvis altis defixæ radicibus ſint, ita etiam Dominus ipſe proceriſsimas Libani Cedros, hoc eſt, gentes opibus, imperio, dignitate florentes ſibi ſubſternet: à ſuis ſedibus conuellet: ideſt, ab ea religione, quam primum imbiberãt, & tenaciter retinebant, multo facilius quàm vi ventorum arbores extrahit, ad ſuam fidem reuocabit.

Confringere, facere vt exiliant.

Sed animaduerte quemadmodum eàdem confringendi voce eandem rem vulgatus interpres expreſſerit: quam ex Hebræo fonte ſic vertunt. *Exilire faciet vt vitulum Libani, atque vt pullum Vnicornium.* Vide quàm aptè ad ea quæ diximus: quaſi dicat, tanta vis erit Diuini verbi, vt ad eius ſonitum mortales, velut arbores ſuis conuulſæ ſedibus ruunt, ita etiam ipſi ad Chriſtum læti, alacres, ac velut exiliẽtes præ gaudio pergant, ac ſe ſe illi dedant: & quod Hiſpanè dicitur. *Vendran a Chriſto dando ſaltos de plazer.* Hic enim verus Orpheus, qui ſuauitate vocis, & tenere flumina, & arbores loco motas ad ſe trahere credebatur. Ideſt, vt ad veritatem fabulas reuocemus, qui Doctrinæ vi, atque ſuauitate mirabili flectebat animos, & ſuæ voluntati, atque imperio ſubiiciebat.

Gẽtes ad Chriſtũ alacres, et exultãtes veniunt.

Nec aliena hæc à confringendi & cõminuẽdi voce poteſtas, nam *Frangere* Latinis interdum eſt vincere, flectere, ſubiicere, emollire. *Rendir, ſujetar, ablandar, y enternecer,* Cicero ad Brutum lib. XI. Epiſt. XII. *Itaque homines alij fracti ſunt, nonnulli etiam queruntur.* Quibus Hiſpana reſpondent: *Vnos quedaron rendidos, y otros quexoſos.* Ouidius l. Metamorph..

Frãgere quid Cicero.

Animum pietas, maternaque viſcera frangunt.

Ouidius.

Hoc eſt, commouent, atque flectunt ad miſericordiã. *Dum ſe calor frangit*, inquit Cicero; ideſt lenitur, mitigatur, re-

mittit

mittit ſeſe. Sed vnicum eſto eiuſdem exemplum, quo verbum vtrumque coniungit. II. Offic. *Viriatus, quem C. Lælius Prætor fregit, atque comminuit.* Ideſt conuicit, flexit, ac ſe ſe dare coegit. Denique. & cantores vocem, & Saltatores corpus infringere, & qui molliter incedunt, greſſum frangere dicuntur. Ita Seneca Controuerſia II. de ſacerdote proſtituta: *Excipitur meretricum oſculis: docetur blanditias, & in omnem motum corporis confringitur.* Hoc eſt, molliter ſaltat, aut cynedicam artem ediſcit, quæ olim propria, & præcipua meretricum, vt facilè viderit, qui vel externos, vel etiã noſtros peruolutarit auctores. Sed Chryſoſtomum velim præ omnibus legas, qui ſæpe in ſaltatriculas meretrices inuehitur; & ex alienis Athenæum, apud quem illæ genua recidere dicuntur, cum molliter ſaltant. Is enim lib. XIII. cap. X. *Ego profectò*, inquit, *viri conuiuæ, non iuxta auras Metagenis, aut Ariſtagoræ Mamacuthum, amicas ſaltatrices vobis expoſui.*

Cicero.
Seneca.
Confringere quid.
Meretrices ſaltatriculæ.
Genua recidere quid.
Athenæus.

> *Formoſas primum vobis dicere non eſt*
> *Florentes ſaltatrices, quæ genua recidunt, &c.*

Cicero explicatus.

Sic etiam Cicero in Oratore Hegeſiam dicit ſaltare particulas incidendo, ex Cynædica ad Oratoriã tranſlata ſimilitudine. *Inter quas varijs clauſulis interponit ſe rarò numeroſa comprehenſio, quam peruerſè fugiens Hegeſias, &c. ſaltat incidens particulas.* Ideſt eneruat impetum, frangit numerum orationis. Huc etiam ſpectat illud Horatij. lib. III. Ode VI.

> *Motus doceri gaudet Ionicos*
> *Matura virgo, & fingitur artubus*
> *Jam nunc, & inceſtos amores*
> *De tenero meditatur vngui.*

Horatij locus correctus et explicatus.
Ionici motus molles ſaltatio. Athen. lib. 14. c. 10.

Vbi Lanibinus legit *Fingitur artibus*, ideſt inſtruitur, his artibus informatur: ſed vulgata vetuſtiorum exemplariũ lectio valde mihi probatur; quæ eiuſmodi: *Frangitur artubus.* Hoc eſt molliter iam nunc & cynedicè ſaltat: gaudet enim Ionicam ſaltationem ediſcere, & ijs ſeſe artibus iam nunc à pueritia exercet, & ad inceſtos ac turpes amores, corporis motibus exprimendos, (qui olim ſaltatoribus mos, vt infra

Frangi artubus, quid.
Inceſtos amores meditari.

N docebimus)

docebimus) aſsidua meditatione, atque exercitatione cō-
ponit. Ideo Cinædi ſaltatores vt paſsim molles appellantur,
quia perinde atque è lento eſſent vimine, ſaltādo ſe flecte-
Verſus ſiue orbis ſaltatorius. rent. Hiſpani, *Como ſi fueſſen de gonçes.* Hinc etiam verſus & ſaltatorius orbis, quòd in orbem ſe facilè verſant. Eſt autem verſus & ſaltatorius orbis vel ſpecies quædam motus, quo in orbem choreas ducunt, vel quo ſe quiſque in Gyrū vertit: Hiſpani *Cabriolas* dicunt. Ita Plautus in Sticho. Scen. vlt.
Plautus. *Si iſthoc verſu me viceris, alio me prouocato.* Ex quibus facile videas quantum cauſæ ſit, vt confringere corpus
Confringere corpus. dicantur, qui tam molliter ſaltant, ac ſurſum, deorſum, recto, tranſuerſo, obliquo motu ſe verſant, quàm ſi lutum, aut argilla eſſent in rota figuli conſtituta. Et neſcio quid commune reperit Homerus ſaltationi cum rotæ figuli conuerſione.
Saltantes rotæ figuli ſimiles Homer. Iliados enim XVIII. Ita Canit.

Atque illi in numerum pedibus ſaltare ſuetis
Saltantes duxère choros, facilique rotatu
Nunc hac, nunc illac vertuntur, non ſecus ac ſi
Siquis adaptatam manibus prius experiatur
Currere poſſe rotam figulus, mox ordine verſo
Mutua ſaltantes ſpatia in ſua quiſque redibant.

Vt mirari iam deſinas cur ego præter communem ſenſum illam verſus partem, *Et tanquam vas figuli confringes eos*, in eum, quem dixi, modum interpreter. Significanter enim vtrobique noſter interpres confringendi verbo miram Di-
Euāgelij mira virtus. uini verbi poteſtatem, atque Euāgelicæ prædicationis virtutem multiplicem complexus eſt. Emollit enim hominū corda, flectit ad Dei nutum, ſubiicit voluntati: non coactos, ſed volentes trahit, ſuauitate allicit, virtute concitat, atque efficit, vt præ gaudio ad Chriſtum veniant exultantes, non ſecus atque vituli ad parentis aſpectum exiliunt,
Vbera cur ſponſo data. vberibus inhiant, donec optato lacte paſcuntur.

Nec ſine miſterio quidem vbera ſponſo Cant. I. attribuuntur. Euangelica enim lex lacti ſimilis eſt Apoſtolo
Chriſti lex lacti ſimilis. I. Corinth. III. *Lac vobis potum dedi.* Quem locum acutiſsimè verſat Clemens Alexand. lib. I. Pædag. c. VI. *Si enim* inquit, *in*

In Chriſto ſumus regenerati, qui nos regenerauit, proprio lacte nutrit, nempe verbo. Gentes itaque quaſi tunc geniti infantes hic concupiſcentes, & veluti cerui ad fontes aquarum, ad Chriſtum exilientes præ deſiderio properabunt. Et certè cũ vitulum, & pullum Vnicornium nominauit, miram illam auiditatem, qua illi ad matris vbera currunt, in gentibus ad Chriſti Eccleſiam confluentibus ineſſe ſignificauit: vt intelligas eos amore, non vi trahi. *Trahit* enim, vt aiebat poeta, *ſua quemque voluptas.*

Clemens Alexand.

Gentes ad Chriſtum auidiſsimè currunt.

Eadem pene ſimilitudine Theocrytus Eidyllio XVIII. puellarum aduerſus Helenam amorem pariter, atque deſiderium, quo ad illam videndam, fruendamque rapiebantur, expreſsit, dicens:

Deſiderium in lactẽtibus agnis expreſſum.

Theocrytus

Ad folia in pratis naſcentia
Ibimus, vt colligamus ſerta ſuaniter redolentia
Sæpe de te cogitantes ô Helena, ſicut lactentes
Agnæ, quæ matris ouiculæ vbera deſiderant.

Celeritatem etiam quorundam in ſe ſe impetum facientiũ, arborum ſimilitudine de monte ruentium Heſiodus in Scuto Herculis explicauit.

Celeritas in conuulſis præcipitatiſque arboribus,

Heſiodus

Vt autem ab alto vertice montis magni
Rupes deſiliunt, aliæ ſuper alias cadentes
Multæque quercus, multæ item piceæ
Alnique totis radicibus reſringuntur ab ipſis
Celeriter delabentibus, donec in campum perueniãt.
Ita & illi in ſe mutuò cadebant.

Itaque in conuulſis atque exilientibus Cedris celeritatem, & contentionem, in vitulis teneris atque exultantibus auiditatem præterea, & deſiderium, quo ad Chriſtum tanquam ad fontem, ſiue ad parentem acurrerent, egregiè Propheta explicauit: eiuſque mentem vulgatus interpres iuſtis, ſignificantibuſque verbis expreſsit. Sed de his vberius aliquando cum rem ex inſtituto perſequemur. Redeo iam ad vltimam verſiculi explicationem quæ ex proximè dictis haud obſcure colligitur.

In exilientibus Cedris celeritas geminũ

In vitulis deſiderium auiditaſque.

Diximus enim virga ferrea non regnum modò, ſed leges etiam atque doctrinam ſignificari. Cum igitur Regius vates dicit, ET TANQVAM VAS FIGVLI CONFRINGES EOS, non ſecus facit ac ſi dicat, *Sera eſta enſeñança tan poderoſa y tus leyes tan ajuſtadas à toda razon, que el mundo todo ſe ſujetara a ellas, y ſe pondran en tus manos los hombres, para que hagas dellos a tu voluntad, como el ollero de ſus ollas.* Satis enim eſt ſi te audierint, vt ſequantur: nam & illi vbi vocem Domini excepere relictis retibus, & patre ſecuti ſunt eũ. Adeò enim pulcra, & ſpecioſa lex Chriſti, vt vel ſpecie ipſa capiat & alliciat animos intuentium, iuxta illud eiuſdem vatis Pſal. L. *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertētur.* Satis enim eſt ſi viam nouerint, vt ingrediãtur, neque fraudabit eos ſpes conceptæ æquitatis, neque illis contingere vnquam poterit, quod iis vſu eueniſſe vidimus, qui alienis viis inſiſtentes, coacti ſunt dicere, *Ambulauimus vias difficiles.* Tantam autem cum vim, tum etiam ſuauitatem tua lex habet, viſus mihi eſt apud ſe dixiſſe Propheta, vt vel aſpectu ipſo primo capiat hominum animos, & pelliciat in amorem. doceat idem, qui ſupra, Propheta Dauid: *Declaratio*, inquit, *Sermonum tuorum illuminat*. Hebræi PETAH, ideſt, oſtium, ſeu veſtibulum mandatorum tuorum lucidum: alii, apertio, vel patefactio ſpecioſa. *La primera viſta, la portada de tu ley es tan luzida, tan hermoſa, tan agradable, que aun a los niños, è ignorantes haze reparar*. Nam ita ſubiungitur; Et intellectum dat paruulis. *Baſta dezir mandamiento de Dios, o ley ſuya, para aficionar y captiuar los coraçones.* Quam etiam vim in illuminandi verbo percipias oportet, idē enim valet quod Hiſpanè. *Les alegra el ojo, y les aficiona el coraçon.* Qua de re dictum à nobis alias eſt. *Y es en tanta manera verdad, que yò me voy la boca abierta tras ellos.* Os meum aperui. *Y el alma y la vida ſe me va tras ellos, y por ellos.* Et attraxi ſpiritum quia mandata tua deſiderabam.

Vas figuli confringere.

Mira Diuinæ legis vis.

Pſal. 50.

Chriſti leges vis, & ſuauitas.

Pſal. 118.

Locus illuſtratus.

Lex Chriſti vel ſpecie ipſa allicit, atque capit.

Illuminare quid.

Sed quid moror hic amplius, quaſi ferreis compedibus impeditus? Expediam me cum hoc dixero: ferreum interdum idem eſſe, quod graue, quod durum, & intolerabile

bile. Pſalm. CXLIX. *Manicas ferreas*: & Deuter, IIII. *Fornacem ferream Ægypti*: Et cap. XXVIII. *Iugum ferreum* legas, & apud Tibullum *Sortem vitæ ferream.* Et apud Ciceronem, *Ferreum ſcriptorem*, ideſt, durum, & vix legendum, & eiuſmodi ſexcenta, quæ omitto, cum illud Catulli ſubiunxero, qui ferreum os dixit pro inuerecunda, & perfricta fronte. *Ferreũ ideſt, durũ & intolerabile.*

Quod ſi nil aliud poteſt, ruborem
Ferreo canis exprimamus ore,
Conclamate iterum altiore voce.

Ferreo dixit, quaſi inflexibili, quod in ruborem coniici non poſſet.

CAPVT VIII.

VESTES OLIM STERNI SOLITAS prætereuntibus imperatoribus, vti Chriſto Domino Hieroſolimam ineunti. Eius moris veſtigia apud Hebræos, atque etiam Agarenos. Exempla quædam ex recentiore memoria.

PLutarchus in Catone Vticenſi, tanti hominem ob egregias animi dotes à Prouincialibus habitum ſcribit, vt ei, non quod cæteris ſolet, acciderit. Magiſtratus enim, vt ait Cic. venientes expectant, deferunt abeuntes. Hunc verò prouincia decedentem lacrymis, & eo, qui ſolis imperatoribus tribuebatur, honoris genere proſecuti ſunt. Sed audiamus Plutarchum. *Catoni prætereunti veſtes obviã ſtratæ* *Finito tempore prouinciæ abeuntem non votis, vt fieri ſolet, ſed lacrimis, & inſatiabili amplexu milites proſequebantur, ſternentes veſtes per ea loca, quibus ipſe pedibus iturus erat, manuſque oſculantes: quod genus honoris non niſi Imperatoribus, idque perpaucis eo tempore tribuebatur.* *Plutarchus in Catone.* Facit ab hac cõſuetudine Cotys etiã Thracum Rex, qui cũ filiam Iphicrati in matrimonium collocaſſet, ſtrato pulcerrime foro nuptias celebrauit. Athæneus lib. IIII. cap. II. *Dicunt enim has elegantiſſi-*

gantiſsime fuiſſe paratas, ſiquidem purpurea ſtragula in foro etiam ſubſtrata fuerunt vſque ad Perſam. Perſarum præterea Reges aut nunquam extra Regiam pedites, aut ſuper tapetibus incedebant. Idem mihi auctor ſuggerit lib. XIII. cap. II. *Pedes per horum aulam incedebat Sardiacis tenuibus tapetibus ſuppoſitis, ſuper quibus nulli præterquàm Regi incedere licebat. Vbi verò ad extremam aulam perueniret, aſcendebat in currum, aut equum: nam pedes nunquam extra Regiam conſpectus eſt.* Et paulo ante de iiſdem: *Cum Rex*, inquit, *de curru deſcenderet, neque deſiliebat, quamvis exigua eſſet altitudo à terrâ, neque hominum manibus fulciebatur, ſed aurea ſedes illi ſemper apponebatur, in quam deſcendens exibat: atque Regis ſedem ferens ad hunc vſum ſemper aſſequebatur.*

Athenæus lib. 4. cap. 2.

Athenæus lib. 12. cap. 3.

4. Reg. c. 9. Nec alienum ab hac conſuetudine, quod IIII. Reg. IX. legitur vbi cũ Iehu ſe Regem vnctum ſuper Iſrael, diceret: *Feſtinaverunt vnuſquiſque*, inquiunt ſacræ litteræ, *tollens pallium ſuum, & poſuerunt ſub pedibus eius, in ſimilitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt:* REGNABIT IEHV. Cuiuſce rei veſtigia quædã recentiore hac noſtra memoria extitiſſe videmus: primũ apud Agarenos in bello Grãnatẽſi proximo: qui Regulos duos cũ crearũt, eorũ pedibus vexilla, veſteſque ſubſtrarunt, humumque deoſculantes, Reges acclamauere. Qua in re, veterem etiam deditiorum, ſiue etiam ſupplicantium morem expreſsiſſe videtur, vt ſuo loco, id eſt, lib. IIII. dicemus.

Agareni creato Regulo veſtes ſubſtrarũt in bello Grãnatẽſi.

Recentius alterum, cum anno ſuperiore incurti Galliã Legato Summi Pontificis Matronæ nobiles obuiam effuſæ, velamina, & pepla, aliaque ornamenta pedibus ſubiecere, perinde atque Chriſti Vicarium exciperent, eo certe honoris genere, quo Chriſtum ipſum Hieroſolymam ingredientem ciues proſecuti ſunt. Eum enim, Regum in morem lætis ominibus fauſtiſque acclamationibus accepere, Regem ac Dominum inclamantes. Quò certè reſpiciens Propheta, illa prædixit Hieroſolimam alloquens. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus &c.* Nam quod oliuas manibus prætulerunt, & ad pedes etiam tetenderunt, id vero de

Legato Põtificis veſtes Galli ſubſternunt.

Rami prælati deditiorum inſigne.

deditiтiorum eſſe habitum,& inſigne Regem agnoſcentiũ, proximè demonſtrabitur,vbi de ritu ſupplicandi. Nunc reliqua quibus Chriſtum Opt.Max.more Regum, Deorumque exceptum ſubſtratis veſtibus oſtendemus.

CAPVT. VIII.

DIIS ETIAM HIC HONOS HABITVS.

Ouidij locus,& Virgilij alter, aliter atque ab Adriano Turnebo explicatus. Veſtes Deorũ ſimulacris ad pedes, & genua oblatæ. Denique hunc honorem Chriſto habitum manifeſtam eſſe Diuinitatis eius,atque imperij confeſsionem.

Regibus ac principibus etiam viris,qui aut in magiſtratu, aut in legatione, benè de rep. meriti eſſent,veſtes in prætereundo ſtratas eſſe honoris ergo proximè oſtendimus: nũc autem idem in Deorum templis factitatũ ad aras,& pedes ſimulacrorum, atque etiã in vijs,qua ſacra pompa traduceretur,oſtendam. Stratas autem in templis ad aras,in Deorum honorem,vel ſacræ litteræ docent. Amos II. Vbi Propheta in eorum numero ſcelerum,quibus ſe populus obſtrinxerat, hoc etiam ponit. *Accubuerũt*,inquit, *ſuper veſtimentis pignoratis iuxta omne altare,& bibebant vinum damnatorum.* Queritur autem eos à vero Dei cultu,ad Idolorũ ſuperſtitionem defeciſſe, ac ſe ſe externis cæremonijs,ac moribus imbuiſſe: cum veſtes, in morem gentium,Deorum ſimulacris ſubſternerent, & eis proculcitis, & lectis tricliniaribus vterentur, vt ſtatas, atque ſolemnes epulas celebrarẽt. Eo autem atrocius populi ſcelus, quòd non ſatis habebat alienis ſacris operari, epulari, ſcortari, niſi etiam id ex alieno faceret, cum ne deberet quidem ex ſuo. Itaque alienas veſtes & pignori ſibi datas afferebat in templum, et ex multis iniquiſsimè indictis, epulare ſacrificium adornabant. Perſuaſiſsimum præterea veteribus fuit, tum demum Deos ſibi propitios futu-

Amos cap. I. locus explicatus.

Hieron. & alij.

Veſtes ad Deorũ genua oblatæ.

ſuturos, ſi eis veſtes offerrent; vt ſcripſit Turnebus ex Aeſchilo, & confirmat ex illo virg. Aen. I.

Virg. Aen. 1 *Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant.*

Quod ita interpretatur idem Turnebus, vt dicat Troianas mulieres veſtem hanc attuliſſe, vt Mineruam induerent. Verum, ad pedes ego, & genua abiectam eſſe non dubito.

Euſtathius in lib. 10. Iliad. Euſtathius enim in librũ, Iliad. 10. *Talis igitur*, inquit, *Peplus videtur, & in Odyſſea Telemacho ab Helena datus eſſe, & Troianæ Mineruæ in genibus poſitus.* Iliad. autem VI. Hector ita Hecubam alloquitur:

Homerus iliad. 6.
Peplum Mineruæ.

Palladis ad templum, libamina, thuraque portans,
Aſcendas: Peplumque Deæ, quod in ædibus intus
Eximium, pulcrumque tenes: pretioſius vllum
Quo non eſt aliud, venerandam defer in ædem,
Ante Deæ genua auricomæ ſpecioſa reponens.

Et paulo poſt Theano Palladis antiſtita acceptum ab aliis,

Peplũ ad genua Mineruæ.

Et ſumtum manibus fulgenti murice peplum
Obtulit ante pedes Diuæ, genibuſque dicatum,
Applicuit.

Quod, ideo factum exiſtimo, quia Genua miſericordiæ conſecrata eſſe putabantur. Vnde natum, vt etiam incerarentur, vt eſt apud Iuuenalem. Sed hac de re vberius in lib. IIII. in quo ſupplicandi ritus exponitur. Pepli autem huius mentio apud Platonem in Euthyphr. Diodor. Sicul. lib. XX. Ariſtid. Suid. Harpocration. Plaut, & alios. Obſeruatum præterea tradit Melanthius in lib. de Myſterijs, vt quã quis veſtem geſtaſſet, dum initiaretur, eam Dijs offerret, ac dicaret in templis. Ac eo forſam transfugæ illi de populo Iſraelitico, reſpexerunt, cum ad initia capienda, nõ ſuas, ſed alienas veſtes, in Deorum templa attulerunt. Nempe, vt de ſuo quidquam ne cogerentur in eorum cultum impendere. Sacris autem Gentium haud raro initiatos Hebræos, & Deorum epulas celebraſſe, vel illa Dauidis oſtẽdunt ex Pſal. CV. Initiati ſunt Beelphegor, & commederũt ſacrificia mortuorum. Ezech. XVI. de veſtibus dijs oblatis, locus manifeſtus: nam cũ de Idolorũ imaginibus, quas ſibi fecerat

Initiatorum veſtes Dijs offerebantur.
Melanth. apud Cael. Rhod. lib. 16.
Amos. 2. de quo ſupra.

fecerat populus loqueretur: *Et ſumſiſti, inquit, veſtimẽta tua multicoloria, & operuiſti illas.*

Denique ſtratas etiam veſtibus vias, quas pompa cum Deorum ſimulacris præteriret, coniecturam ex Ouidio faciunt quidam, qui Amorum III. Eleg. XII. De Iunonis ſimulacro, quod in lucum deferebatur, ita canit. *Viæ in pompis ſtragula veſte ornatæ*

Qua ventura Dea eſt, iuvenes timidæque puellæ *Ouid. 3 Am. Eleg. 12.*
Præbuerant latas veſte iacente vias.

Quamquàm iacẽtem interpretari poſsis promiſſam, ob honeſtatem pariter atque faſtum. Sed iuuat ſuperiorem coniecturam Aſius poeta, qui de Samijs Iunonis feſtum celebrantibus ita canit apud Athenæum lib. XII. cap. IX.

Sic illi pexi Iunonis templa petebant
In lucum, ornati perpulcris veſtibus, atque
Tellurem niueis texerunt veſtibus omnes.

Athenis autẽ feriæ in ſingulos annos hoc fere ritu celebrabantur, toto templo mirificè inſtructo, & pauimento ſtragula, vt opinor, veſte contecto. Plinteria, vocant Græci, de quibus Plutarch. in Alcibiade. *Nam eò die quo ille portum intrauit, feſta Plinteria, quæ coli Athenis magna cum religione ſolent, celebrabantur, quibus templi ornamentum omne deponunt, pauimenta tegunt, & tali die ab omni opere vacandum cenſent.* Hæc Plutar. ex Xenophontis lib. I. rerum Græcarum videtur accepiſſe, qui rem totam narrat, & de Plinterijs ita ſcribit. *Piræum nauigauit, die qua Plinteria celebrabat ciuitas, & Palladis tegitur ſedes.* Nec alienũ hoc à vulgari huius ſæculi more, quo in celebrioribus ferijs exponuntur ornamenta templorum, parietes periſtromatis veſtiuntur, & conſternuntur tapetibus pauimenta.

Plutarch. in Alcibiade.
Templa ſtragula veſte ornata in feſtis
Xenophon. lib. I. Rer. Græcarum.

Quod igitur nouo prorſus exemplo factum ab Hebræis, auctores ceteroqui graues exiſtimant, vt ſubſtratis ramis, ac veſtibus Chriſtum Ieſum exceperint Hieroſolimam venientem, non omnino rectè cenſent: cum eius rei veſtigia quædam apud eos, exempla vero apud alios non omnino pauca cernantur, atque etiam eiuſmodi, vt facile fuerit imitari. Eo namque tempore maximum erat inter Hebreos,

Romanoſque, & horum cauſa cum Græcis aliiſque natio-nibus Romanorum amicis commercium, atque cõſuetu-do, aliique aliorum moribus tingebantur. Vtcumque ta-men iſta ceciderint, hoc vnum cenſeo: ſummo Dei conſi-lio factum, vt humani Redemtor generis Chriſtus, eo ſit honoris genere deductus ab Hebræis in vrbem; tum vt ip-ſi ad agnoſcendam eius diuinitatem, atque imperium, ſpe-ctaculi nouitate commouerentur: tum vt ad eiuſdem myſ-terii fidem externæ gentes, eo quaſi teſtimonio firmaren-tur. Quod eò grauius apud eos, quò propius ad ſuos mores ac ritus accederet; vt ſuprà docuimus.

Chriſtus miro Dei conſilio cũ ramis exceptus.

CAPVT. IX.

DE VESTIBVS DEORVM SIMVLAcris oblatis vberior diſputatio. Hebræorum Gentiumque communis in eo ritus. Veſtimenta pignorata quid. Vinum Damnatorum Amos 2. Germana et planè cohærens Prophetæ ex antiquorum moribus, & vocum poteſtate explicatio. Toga, & pallium meretricum nota apud Romanos. Verſicolores veſtes meretricum. Locus 4. Reg. 23. maximè illuſtratus. Menſuræ luci, & B. Virginis, quæ Aſtaroth, ſiue Aſtartes Venus Hebræis culta. Supplicationes, & ſupplicia quid.

TAMETSI Superiori capite dictum à nobis ſatis opinor erat de antiquorum more in veſtibus Deorum ſimulacris oblatis, ex quo illud Amos. II. *Super veſtimentis pignoratis accubuerunt*: explicari poſſe affirmauimus, tamen quoniam videtur ea res nõnullis dubitationem efficere, qui & de ritu ipſo, & de accubitu, & de *Pignorati* voce, longè aliter ſentiunt: de his omnibus atque de totius loci vera & explicata ſententia, pauca mi-

hi

hi dicenda cenſui; quæ licet noua ſpecie prima videri poſſint, re ipſa tamen ex antiquitatis ſacrarijs eruta, & ex verborum germana vi, atque poteſtate, expreſſa eſt, vt oſtendam. Locus igitur ita continenter legitur in Hebræis: *Et filius ac pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen ſanctum meum; & ſuper viſtimentis pignoratis accubuerunt, iuxta omne altare, & vinum damnatorum bibebant in domo Dei ſui.* Vbi nemo eſt qui dubitet, quin hic Propheta eorum Scelus perſtringat, qui per ſummam perfidiam, ad idolorum cultum, ritusque defecerant. Eos autẽ & inceſtæ Veneris maculas contraxiſſe queritur, & gentium more epularia Sacrificia celebraſſe. De quibus poſtea ſingillatim: nunc ad id quod maxime vrget. Quæritur enim quæ nam ſint iſta pignorata veſtimenta, in quibus Hebræos accubuiſſe tam ægre tulerit Deus, vt ob id, tam acerbum illis ſupplicium cõminetur. Sunt qui putent, veſtimenta eſſe pauperum, pignori oppoſita, aut pro pignore ablata, quæ ex lege Deuteronomij pernoctare apud aliquem non licebat. Sed vt hoc mihi minus probetur LXX. viri faciunt, & Theodoretus, atque alij, qui non ex alienis, ſed ex ſuis veſtibus velamina ſibi; aut vmbracula feciſſe dixerunt. Quidam veſtimenta pignorata cenſuit illa eſſe, quæ mœchis, aut adulteris, tanquam proſtitutæ pudicitiæ notam, iudices tribuebant. Ea apud Romanos Toga: apud Græcos pallium. *Imation*, dicũt. Sed hoc non minus Togam quàm ſtragulam veſtem ſignificat. Quare minus adiuuant cõiecturæ. Quamquã Athenæus lib. XIII. cap. IX. palliũ, dicit eſſe geſtamen mulierum meretricum. De toga. Horat. lib. I. Sermon. Satyr. II.

Populus Hebræor. ad idola defecit.

Veſtimenta pignorata nõ ſunt meretricum inſigne.

Quid inter

Eſt in matrona, ancilla pecces ve Togata.

Toga meretricum nota.

Et præter Martial. I. lib. & X. Iuuenal. Sat. VI. *Talem.*

Non ſumet damnata togam.

Multitia, idem appellat, quam, *Polymiton* Græci: togam muliebrem verſicoloribus filis, ac pluribus licijs intextam, vnde & alligata, ſiue colligata, ſiue etiam obligata, vt

Horatius.

Martialis

Forſterus vertit, & nonnulli non aptè interpretantur, appellari poſſunt. Non diſsimiles centones illi ex varijs lanis coloribuſque confecti, in quibus proſtaſſe olim meretrices auctor eſt Iuuenal. Satyr. VI. vbi de Meſſalina Claudii vxore, quæ habitum meretricium ementita, in lupanar explendæ cauſa libidinis concedebat.

Centones olim meretricum ſtragula.

Iuuenalis Sati. 6.

Et nigrum flauo crinem abſcondente galero,
Intrauit calidum veteri centone lupanar.

Togæ nota nihil ad Hebreos.

Et apud Arbitr. vbi puerum in fornicem deduxit: *Centonem anus vrbana iniecit, & hic inquit debes habitare.* Et quidem apud Hebræos neſcio quid ſimile. Ezech. XVI. *Et ſumens de veſtimentis tuis feciſti tibi excelſa hinc inde conſuta, & fornicata es ſuper eis.* Symach. ſic interpretatur: *Cumque tuliſſes*, inquit, *de veſtibus tuis feciſti tibi excelſa multicoloria, & fornicata es in eis.* Aquyla, & Theodot. *Pannos diuerſorum colorum.* Rabbi Dauid, & Rabbi Salomon. *Emboliſmata*, ideſt aulea, vel cortinas ex varijs coloribus conſutas. Hi etiam ſunt tapetes illi picti ex Ægypto quibus Prouerbior. VII. meretrix ſtrauit lectulum ſuum, nempe verſicolores.

Sed hoc de toga, præterquàm quòd totum externum eſt, neque vllum eius veſtigium in Sacris litteris, aut hiſtorijs, vel leuiter preſſum reperitur, quod firmare poſſit coniecturam; quid habet noui, aut magni, aut inuſitati, vt inter nefaria populi ſcelera numeretur? quid quod atrocitatem criminis augeat, quam vel ipſis verbis oſtendere Propheta contendit? Nonne grauius multo fuiſſet, ſi aut in veſte ſacra, aut in matronæ honeſtiſsima iacuiſſet? aut qua in toga potius, quàm in ſua proſtaſſent? mirum, ni quoties viris ſe ſubſternere voluiſſent, mutuas à vicinis, aut ab amicis veſtes corrogaſſent; aut pauperum pignora quæſiuiſſent. Quare alia nobis eſt explicandæ huius vocis ratio ineunda.

Veſtimenta pignorata initiatorum.

Primum igitur veſtimenta pignorata illa dici poſſe putó quæ Dijs oblata, & conſecrata erant, qualia initiatorũ eſſe diximus. Nam id quoque feciſſe Hebræos etiã in templo

Domini,

Domini, ex illo Reg. oſtenditur lib. IIII. cap. XXIII. vbi de Ioſia Rege ſic ſcribitur. *Deſtruxit quoque ædiculas effæminatorum, quæ erant in domo Domini pro quibus mulieres texebant quaſi domunculas luci.* Hic Chald. pro domunculis luci, menſuras ſupoſuit, dicens: *In domo Sanctuarij, in qua mulieres texebant menſuras luco.* Hieronymus autem vtrumque diſtinctius. *Et deſtruxit domum initiatorum, quæ in domo Domini, in quo mulieres texebant ibi ſtolas luco.*

4. Reg. cap. 23.

Chaldæus.

Hieronymus

Ex quibus illud in primis conſtat, in Templo Domini Idola erecta fuiſſe, & domunculas etiam; in quibus initiati Sacris Deorum commorabantur. Deinde fœminas in eodem Templo verſari ſolitas, quæ veſtes tum Idolis, tum initiatis attexerent. De his Aquyla cum ita vertit. *Indumenta ijs, qui fornicantur à Domino.* Hoc eſt, ijs, qui à Domino ad Idola conuerſi, & eorum Sacris initiati verſantur in templo. Idolorum autem veſtes, & menſuræ, & ſtolæ, & domunculæ appellantur: Domunculæ quidem, ſiue quia veluti parietibus, ita etiam veſtibus corpus tegatur inclusum: ſiue quia Sacraria, loculamenta ve in quibus ſimulacra repoſita eſſent, eiuſmodi veſtirentur. Menſuræ vero dicuntur, quia ad Idolorum ſtaturam & modum attexerentur. Nam, & apud nos etiam ſimile quiddam in templis quibuſdam, ac feſtis Beatiſsimæ Virginis celebrioribus reperitur. In his enim Virginei Simulacri menſuræ venduntur ex ſericis faſciolis, quæ ſimulacris admotæ, & à ſacerdotibus benedictæ in honore habentur, & ſumma cum religione geſtantur de collo ſuſpenſæ. Hiſpane: *Medidas de nueſtra Señora de Guadalupe, ó de la Cabeça, &c.*

Idola in templo Domini.

Feminæ in templo veſtes initiatis texebant.

Idolorũ veſtes cur menſuræ & domunculæ.

Mos menſurarum B. virginis.

Iam veró quod Luci domunculæ, & menſuræ, & indumenta dicuntur, non Idolorum: id per Methonimiam oportet intelligi, & Lucum accipi pro Deorum ſimulacris, quæ colebantur in luco: vt continens pro contento accipiatur. Et hoc certe loco pro Venere, cuius Idolum in templo Domini collocatum, & eſſe illud quod Aſtaroth alij, Aſtartem alij nominarunt, Theodoretus in hunc locum oſtendit. *Lucum autem*, inquit, *qui*

Lucus pro Idolo luci.

Theodoretus

Grecè eſt Alſos, alij interpretes, vt ſæpe dixi, nominant Aſtaroth. Eſt autem hoc nomen Veneris, eam enim appellant Aſtartem. Eius autem ſimulacrum quoque ſtatuerunt in templo Dei.

Veſtimen. pignorata, Deuotionis aut initiationis pignora, Pignorari i-deſt, aßume re, vendicare.

Rectè igitur veſtimenta pignorata dicentur veſtimenta quæ quaſi pignus deuotionis, aut initiationis, Diis conſecrabantur, aut quæ ipſi initiati deuotique tanquam inſigne eius numinis, cui ſeſe dicauere geſtabant. Pignerari enim interdum idem eſt quod ſibi aſſumere, ſibi vendicare. Cicero Philip. XIIII. *Mars ipſe ex acie fortiſsimum quemque pignerari ſolet.* Hoc eſt, tamquam ſuum, ac ſibi debitū vſurpare. Et apud Sueton. in Cæſare Claudio cap. X. *Primus Cæſarum fidem militis etiam præmio pigneratus.* Ideſt, auctore Budæo, quaſi pignore obligatam, obnoxiamque ſibi, & autoratam reddens. Seneca De benef. lib. III. cap. IIII. *Nemo non victuram in animo ſuo memoriam dixit, nemo non deditum ſe, & deuotum profeſſus eſt, & ſi quod aliud humilius verbum, quo ſe oppigneraret inuenit.* Ideſt, quo ſe illi conſecratum, aut deuotum ſignificaret.

Suet. in Claudio.

Textrices in templo mulieresque.

Sed quæ nam illæ textrices in templo mulieres? Oppignoratæ, vt opinor, Veneri, eiuſque ſacris; & cultui conſecratæ, ex vetuſtiſsimo Gentium ritu, quem ſcribit inter alios Athenæus lib. XIII. cap. IX. *Lege ſancitum eſt apud Corinthios, ſicuti in libro de Pindaro ſcriptum reliquit Chamelæon Heracleotes, vt quando ciuitas magnis de rebus Veneri ſupplicat, quam plurimæ amicæ ad ſupplicationem capiantur, Deæque poſtea ipſi nuncupentur.* Quin & priuatis perſuaſiſsimum erat tum ſe quod cuperent impetraturos, ſi amicas ei vouerent. Idem Athenæus cap. XI. *Priuati etiam Deæ vota perſoluūt, ac rebus peractis pro quibus orarunt, ei amicas adducturos ſe pollicentur.* Sed hac de re infra.

Athenæus li. 13 cap. 9.

Amicæ olim Veneri voue bantur.

Veſtim. pig-nor. pignora iudicilia.

Ad huc tamen veſtimenta pignorata (& hæc aptior explicatio) nihil aliud mihi eſſe videntur quam pignora iudicialia, quæ iuriſperitis ea dicuntur, in quorum poſſeſsionē quis à iudice mittitur: ſiue quæ aliquo iure cuipiā adiudicata, attributaq; ſunt. Docet Alc. in Tit. de verb. ſig. Briſon.

Ioannes

Ioan. Brech. De verb. ſignif. ex Bartoli & Iaſſonis, antiquorũque omniũ auctoritate. Itaque cẽſeo, Pignoratã veſtẽ nihil eſſe aliud quã veſtẽ damnatorũ, vt vinũ etiã damnatorũ; quæ ex bonis damnatorũ, quos ſupplicio afficerent: ſiue ex multis iniquiſsime indictis, & pignoribus iudicialibus, in quorũ poſſeſsionẽ ex edicto iudicis, vel per iniuriã irruerãt, cõparabantur. Scitũ autẽ eſt olim ex damnatorũ bonis Dijs ſacrificari conſueuiſſe. Seru. in illud Virg. Æneid. IIII. *Veſtis damnatorum.*

Simul Diuûm templis indicit honorem.

Indici autem, inquit, dicuntur: quia paupertas maiorum ex collatione ſacrificabant, aut certè de bonis damnatorum; vnde & ſupplicia dicuntur. Idem Iſidorus in VI. & meminit Feſtus. *Supplicationes, quæ ſunt de bonis paſſorum ſupplicia.* Adiuuant illa Saluſtij. *In ſupplicijs Deorum magnifici.* Hinc etiam Sacer homo, ſacra bona, & ſacrum pro execrando ſumptum, quia Sacræ res de bonis execrandorum fiebant. D. Iſidor. lib. V. Clarius hæc. *Supplicium propriè dicitur, non qui, quoquo modo punitur, ſed ita damnatur, vt bona eius conſecrentur, & in publicum redigantur. Nam ſupplicia dicebantur ſupplicamenta, & ſupplicium dicitur de cuius damnatione delibatur aliquid Deo: vnde & ſupplicare.* Vinũ itaque damnatorum, nullum eſt aliud, niſi illud, quod ex damnatorum multa, & ſupplicio comparabatur; ex quo dijs ſacrificare, ac proinde conuiuari etiam peracto ſacrificio veteres conſueuere. Nam de generoſiſsimo vino ijs propinato, qui ad ſupplicium raptarentur, meras eſſe nugas, meraque ſomnia quis non videat.

Sacrificia olim ex bonis damnatorũ. *D. Iſidorus.* *Supplicationes & ſupplicia quæ propriè.* *Saluſtius, et D. Iſidorus lib. 5.* *Vinum damnatorum.*

Totus igitur hic locus, ex his quæ proximè diximus, facilem, & expeditam habet explicationem: Vulgatus enim ſuam mentem proprijs, ac legitimis verbis expreſsit: & multa, ac varia populi ſcelera, vt maximè ſignificanter, ita ſumma cum breuitate, & nulla circuitione complexus eſt. Nam cum conſtet veſtimenta pignorata dici, quæ ex edicto iudicis capiebantur, ſiue illa pauperum ſiue etiam diuitum ſint (nam hic de neutris præcipua mẽtio) & additum præterea ſit, vinum damnatorum iuxta altare ſumtum, nemo erit vel mediocris iudicij vir, qui nõ videat hanc

Loci ſuperioris explicatio.

hanc eſſe prophetæ ſententiam; Populum gentium moribus ita ſe imbuiſſe,ita idolorũ cultui conſecraſſe, vt eorum ritu & ſacrificaret, libaret eorum ſimulacris, & de libatis poſtea dapibus priſco ritu epularetur. Sacrificia vero, & epulas non ex ſuo ſed ex alieno inſtitueret, nempe ex iniuſtè corraſis,emunctis ve pecuniis, aut Pignoribus inique ſublatis: ex quibus non conuiuia modo, ſed & lectulos etiam tricliniares in quibus accumberent ſibi comparabant, quæ Chaldæus aperte: *In lectulis pignoratis accubuerunt.* Sed de his, aliiſque verſionibus, deque aliis etiam loci explicationibus, conſequenti capite diſputabimus.

CAPVT. X.

QVEM IN FINEM SVPER VESTImentis pignoratis in templo accubuerint. De ea re varij gentiũ mores explicati. Verſionum huius loci concordia & expoſitio ex Hebræorum aliarumque nationum ritibus conſtituta, & ſacrarum humanarumque litterarum teſtimonijs confirmata. Velamina, tentoria, & vmbracula in conuiuijs. Veſtes verſicolores meretricum, etiam apud Hebræos, & plura eiuſmodi.

HACTENVS Hebræos gentium morem ſecutos in ſacrificiis, epuliſque celebrandis in Deorum honorem, ex Prophetæ loco docuimus: ſupereſt, vt cuiuſmodi fuerit ille accubitus, aut quem in finẽ diligentius perſcrutemur. Sunt enim qui cũ Iſidoro Clario putent eos ad Deorum aras captaturos, more gentium ſomnia cubuiſſe. Iudæos autem (namde gentibus res nota) in hoc ſuperſtitionis genus adeo prolapſos ætate ſua ſcribit Iuuenalis, vt eo quæſtum facerent. Satyra VI. ſic.

Hebræi more gentiũ ſomnia captabãt

Iuuenalis Sat. 6.

Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem
Interpres legum Solymarum, & magna ſacerdos

Arboris

Arboris ac ſummi fida internuncia Cœli:
Implet & illa manum, ſed parcius ære minuto.
Qualiacumque voles Iudæi ſomnia vendunt.

Et forſam huc etiam ſpectat illud Sapient. VII. de Idolorũ cultoribus. *Aut certè vaticinantur falſa, aut viuunt iniuſte.* Sed obſeruata à Iudæis ſomnia vetuſtius eſt, quam vt neceſſe ſit confirmare; quanquam, vt cunque res ſe habeat, ea nihil ad id quod quærimus in hoc loco. Nam ſi ad ſomnia referatur, ſententia conſtare aptè non poteſt: ſed neceſſe eſt, vt diſtrahatur in partes, quas Hebræa certè non habent. Qui verò ſecus opinantur, locum ita diſcerpunt: vt priora illa verba, *Et filius ac pater eius ierunt ad eandem puellã* à conſequentibus ſeparent, perinde ac ſi nihil cum illis cõmune haberent: & ipſi ſoli ſine puella iuxta altare accubuerint: alioqui enim quis dicat filium, ac patrem, in templum adduxiſſe meretriculas, vt ſomnia captarent? locus autem in Hebræo legitur continenter. *Et vir ac Pater eius diuertunt ad puellam ad violandum nomen ſanctitatis meæ, & ſuper veſtimentis pignoratis declinare faciebant iuxta omne altare, & vinum damnatorum bibebant.* Huc etiam accedit. Theodoreti lectio eiuſmodi. *Et filius ac pater eius ingrediebantur ad eandẽ puellam, vt contaminarent nomen Dei ſui. Et veſtimenta ſua alligantes funibus faciebant vmbracula iuxta altare, & vinum de calũnijs bibebant in Domo Dei ſui.* Vides vt iſte accubitus ad antecedentia & conſequentia pariter referatur, quæ longè aliam ſententiam præſeferunt? Nam puellam videntur illi coegiſſe, vt iuxta altare decumberet, ſiue vt venerem, ſiue vt conuiuia celebraret, non vt ſomnia ſectarentur.

Sapient. 7.

Theodoretus.

Nec video, quid ſit, cum in hanc partem prona ſententia ſpontè, & nihil coacta totius loci ſequatur, cur diſtrahendo ſingulas eius partes, alio torqueatur. Enim vero hoc ſcelus populi fuit: quod filius ac pater inceſta ſe venere obligabãt, atque adeo frõtem perfricuerant, vt neque Deorum neque hominum reuerentia, à peccando deterrerentur, quin in Deorum templis, ad aras ipſas cum meretricibus miſcerentur, ſacrificarent, conuiuarentur infami gen-

Parentes filijque inceſta venere ad aras obligabãtur.

tium ſuperſtitione deuincti. Vtrumque enim Hebræis gẽtibuſque commune vitium, Sap. cap. XIIII. *Aut obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes.* Vbi Hieronymus. *Aut occulta myſteria, aut inſanas ex alijs legibus comeſſationes* &c. Quibus certe verbis crimen vtrumque cõplectitur. Nam occulta myſteria gentium, quemadmodũ agerentur, & quàm magna eorum pars in carpendis Veneris voluptatibus poſita eſſent, nemo niſi rudis aliquis, & in his litteris peregrinus, ignorat. Hebræi autem eo inſaniæ proceſſere, vt Machabeorum tempore Templum ipſum Dei ſui omni turpitudine violare non dubitarint, & Ioui Olympio conſecrarint.lib.II.cap.VI. ita legitur. *Peſſima autem & vniuerſis grauis erat malorum incurſio. Nam templum luxuria, & comeſſationibus gentium erat plenum, & ſcortantium cum meretricibus: Sacratiſque ædibus mulieres ſe vltro ingerebant, intro ferentes ea, quæ non licebat.* Et paulo poſt Bachi etiam ſacra ſuſcepta narrantur.

B. Hieronymus.

Templũ Hebræi ſcelere polluebant. Machab. lib. 2. cap. 6

Sed tota hæc licẽtia ex imitatione gentiũ deriuata: maximè, quód ad nefariã ſpectat tẽpli audaciã polluẽdi. Arnob. lib. VIII. contra Gent. ſeu potius Minutius in Octauio. *Vbi autem magis à Sacerdotibus, quam inter aras, & delubra conducuntur ſtupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur? frequentius denique in æditυorum cellulis, quam in ipſis lupanaribus flagrans libido defungitur.* Delphis etiam publicæ ſiue meretriciæ Veneris templum primus Solon erexit, vt ſcribit Philemon apud Athenæum lib. XIII. cap. IX. in quo domicilijs proſtitutæ feminæ quæſtum faciebant. Iuuenal. in ſuorum temporum licentiam exclamat.

Arnob. ſeu Minut. in Octauio,

Sed nunc ad quas non Clodius aras?

Clodij autem nomine quemlibet adulterum intelligit, is enim eo nomine famoſus fuit, & Sat. IX.

Nuper enim vt repeto fanum Iſidis, & Ganimedem,
Pacis, & aduectæ ſecreta palatia Matris.
Et Cererem (Nam quo non proſtat fœmina templo.)

Iuuenalis.

Vbi etiam, *Iſiacæ*, meminit, *Sacraria Lenæ*. Cuius ætate hoc quoque vitium Iudæos inuaſerat, Ouid. enim lib. I. de

Arte, de templis Veneris, atque Iſidis ita canit.

Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis,
Cultaque Iudeo ſeptima ſacra viro.

Vtrobique enim reperturum ſignificat, cum quibus Scortari liceat, ſi velit. Quare ſic cenſeo accubuiſſe viros pariter atque feminas tam ad epularum, quam ad Veneris voluptates, more gentium, capiendas. Id quod omnes quoque aliæ verſiones oſtendunt. Etenim LXX. viri ſic vertunt. *Veſtimenta ſua funibus alligantes velamina faciebant*. Theodoretus, *vmbracula*. Forſterus: *Super veſtimentis obligatis*. Quæ omnia in idem recidunt; & ſtragulam veſtem, quæ Hebræa voce ſignificatur; aut explicationem, & extenſionem aulei, tapetis, aut veſtimenti ſignificant. Explicabantur autem hæc veſtimenta & obligabantur funiculis, ſeu faſciolis quibuſdam, aut inſtitis, vt vmbraculi, aut tabernaculi formam efficerent. Quin etiam lectulos funibus diſtendi ſolitos Prouerb. VII. oſtenditur, vbi famoſa meretrix ad adoleſcentulum ineſcandum: *Intexui*, inquit, *funibus lectulum meum; ſtraui tapetibus pictis ex Ægypto*. Vbi LXX. *Inſtitis texui lectulum meum*. Aquyla, & Theodot. *Periſtromatis circumſtraui*. Quæ omnia cum ſuperioribus maxime conſonãt. Rectè igitur Chaldæus interpres pro veſtimentis, lectulos ſuppoſuit, qui veſtibus cõſternũtur, ſiue cubiculares illi fuerint, ſiue etiam tricliniares.

Accubitus ad epulas et quo. mvere.

Verſionum concordia.

Lecti, & tabernacula funibus diſtēta

Prouerb. 7

70. Interpr.

Aquyla, & Theod.

Vmbracula autẽ, & in his lectos ſtratos, etiã iuxta Deos, & quidem cenandi gratia, apud Athenæũ legas lib. IIII. cap. IIII. de Cena Copi appellata. *Poſtea quam Copidem pararũt, ſcenas ſtruunt prius iuxta Deũ, in quibus lecti fiunt ex folijs Syluarũ, quos tapetibus ſternunt*. Et paulo poſt ex Demetrio Scepſio lib. I. Troici apparatus, de Carneorum feſto; *Feſtum*, inquit, *apud Lacedæmonios imitationem quandã eſſe militaris inſtitutionis*: Locos enim numero nouem eſſe aſſerit, qui vmbracula vocantur, ſceniſque quiddã habent ſimillimũ: in quibus ſinguli viri nouem cenant. Ariamnes etiam Galata ex arundinibus, calamiſque, & viminibus, ſcenas ſtruxit apud eundem lib. IIII. cap. XI. Sed audi quid Ptolemeus Phila-

Athenæus.

delphus in ſcena, quam conuiuis apparauerat, fecerit. *Locus autem qui erat ſub dio, quique ſcenam complectebatur, ramis & lauri, & myrti erat intextus; atque pauimentū varijs multiplicibuſque floribus erat conſperſum.* Hæc Atheneus lib. V. cap. V.

Lecti ad conuiuandum, in vmbraculis. Iam verò quod vmbracula Theodoretus, & illi velamina interpretantur, ſiue ad ineundæ veneris morem ſpectes, ſiue ad ritum veterem conuiuandi, haud difficile explicatur: nam vtriuſque rei cauſa velamina parabātur. Si ad cōuiuandi ritum reſpicias, ſcitum olim apud gentes, vela mēſis ac lectis intendi, ne aut periſtromata, aut epulæ puluere fœdarentur. Extat apud Ciaconium Triclinium Patauinum è lapide expictum velo ſuſpenſo: in quam ſententiam plura Fuluius Vrſinus in Appendice.

Vela menſis intenſa.

Ciachonius de ritu conuiuādi.

Velamina itē ex herbis, floribus ve apud Spartianū in Aelio legas: *Nam lectulum*, inquit, *eminentibus quatuor anaclinterijs fecerat, minuto reticulo vndique incluſum, eumque folijs roſæ, quibus demtum eſſet album, replebat: iacenſque cum concubinis, velamine de lilijs facto ſe tegebat, vnctus odoribus Perſicis.* Cum autem extra tricliniū cenaretur, vt in lucis fieri ſolebat à ſacrificijs, vmbracula è veſtibus texebantur. Tibull. lib. III. Eleg. V.

Fuluius Vrſinus.

Tibull. lib. 2. Eleg. 5.

Vmbracula è veſtibus facta ad conuiuandum.

> *Tunc operata Deo pubes diſcumbet in herba,*
> *Arboris antiquæ qua leuis vmbra cadit.*
> *Aut è veſte ſua tendent vmbracula ſertis*
> *Vincta: coronatus ſtabit & ipſe calix.*

Ouid. autem lib. III. Faſtor. de Annæ die feſto.

Ouidius lib. 3 Faſt:

> *Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt:*
> *Sunt quibus è ramis frondea facta caſa eſt.*
> *Pars ſibi pro rigidis calamos ſtatuere columnis,*
> *Deſuper extentas impoſuere togas.*

Cæſar de bello Gallico.

Idem Cæſar De bello Gallico ſcribit. *Reliqui ex veſtimentis tentoriolis factis, atque arundinibus corijſque contectis permanebant.* Olim autem tentoria etiam conuiuijs comparata. Athenæus cum ſæpe, tum maximè lib. II. cap. VIII. memoriæ prodidit. *Timagoræ Cretenſi, vel Entimo ex Gortyne, vt voluit Phanias Peripateticus, qui Themiſtoclis imitatione ad Regem venerandi*

Athenæus.

gratia

gratia venit, tentorium egregiæ pulcritudinis, & magnitudinis lor-gitus eſt Rex: lectum præterea argenteos pedes habentem, & ſtromata magnifica; &c. Quod autem hic tentorium, paulo poſt vmbraculum appellat. *Miſit & lectum pedibus argenteis ad illum, & ſtratum, & vmbraculum ſummitatem habens floridam, cæloque perſimilem*. Hæc autem vmbracula, ſiue tegmina ab Homero periſtromata dicta, ibidem ſcribit, quæ primi Perſæ pulcra inuenerunt. Tabernacula verò in templo facta ab Hebræis Theodoretus docet, cum locũ iſtũ interpretatur, *Non enim*, inquit, *Diuino templo debitum honorem tribuebant, ſed in illò tabernacula ex veſtibus molientes, ex iniuſtitia partum vinum bibebant*. *Theodoretus*.

Quare qui veſtimenta obligata, quaſi pignori oppoſita, aut pro pignore ablata interpretantur, perinde atque vocis ea ſit poteſtas, & ſignificatio: id verò non facile mihi perſuadeant: nam alligare, & obligare ab eodem nata, pro eodem accipiuntur. Itaque veſtimenta obligata eadẽ ſunt, quæ à LXX. viris funibus alligata dicuntur. Quoniam velamina, vt diximus, atque etiam lectuli funibus obligata tenduntur. Quamquam non ab re fuerit obligata veſtimẽta interpretari illa, quæ ſunt accumulata, & coniuncta, ſiue in cumulum aggerata, quibus interdum veteres pro puluinis, & culcitis tricliniaribus vtebantur. Auctor Apuleius lib. II. de Aſino. *Ac ſic aggeratis in cumulum ſtragulis, effultusque in cubitum, ſuberectuſque in torum*, &c. *Veſtimẽta obligata quid.* *Apuleius lib. 2.*

Et Hieronymus Prado nobilis è noſtris ſacrarum literarũ interpres in cap. XXIII. Ezech. cum laudaſſet hunc locum; lectionem LXX. ſubiecit eiuſmodi. *Et veſtimenta eorum ligantes funibus peripetasmata faciebant. Hoc eſt*, inquit, *ex veſtimẽtis conſuti: ſtragula parabant, ad ſternendos lectos, in quibus accumberent*. Quamquam peripetasmata circunſtratras, aut extẽſas veſtes maximè ſignificant.

Quod autẽ velamina, ſiue vmbracula occultandæ Veneris cauſa cõpararentur: ſiue ad ædiculas, ſiue cellulas, vt Arnobius appellauit, ſiue etiam ad velum quo feminæ ſolebant obducto proſtare, referre velis: non aberraris opinor. *Velamina ſiue vmbracula incundæ veneri.*

Martial. lib. 1. 91. opinor. De velo Martial. lib. I. Epigram. XCI.

At meretrix abigit teſtem, veloque ſeraque:
Raraque Summœni fornice rima patet,

Acrō et Porphyrius in Horat. Acron autem, & Porphyrius in I, lib. Sermon. Horat. Crateam quandam feminam adeo vilem fuiſſe tradunt, vt in æde Veneris theatri Pompeiani, obducto velo admiſerit adulterium. Quo etiam ſpectat illud Ciceronis in Cæliana, de Clodia. *Huc vnius mulieris libidinem eſſe prolapſam, vt* *Cicero in Cæliana.* *ea non modo ſolitudinem & tenebras, atque hæc flagitiorum integumenta non quærat, ſed in turpiſsimis rebus frequentiſsima celebritate, & clariſsima luce letetur.* In Geneſi autem ideo Thamar procorrupta habita, quia cooperuerat ſe. Et Cant. I. Vbi noſtra legunt. *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium,* &c. Hebræa ſic: *Ne ſim vt cooperta, vel vt meretricula palliolata.* Faciunt ad hunc morem, quæ de Tyrrhenis ac Siculis *Athenæus lib. 12. c. 5.* tradit Athenæus lib. XII. cap. V. qui ita Venerem inire ſolebant, *Circa thorum operimenta iacientes, quæ virgulis ſunt intexta, ſuperiuſque veſtes extendentes:* Hieronymus etiam Rhodius in Hiſtoricis commentarijs apud Athæneum ſcribit: *Quod Sophocles puerum rapuit eum eo congreſſurus, atque puer propriam veſtem ſuper herbis extendit, Sophocliſque veſte ſunt circumtecti.*

Quamquam ex illo Ezechiel. XVI. Verſiones iſtæ mul- *Ezechiel. 16* to clarius explicantur: ibi enim tabernacula leguntur ex veſtibus facta ad venerem delibandam. *Expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, vt eius fieres: & ſumens de veſtimentis tuis feciſti tibi excelſa hinc inde conſuta, & fornicata es ſuper eis.* Excelſa autem multi, & quidem recte, interpretantur eſſe lectos atque cubilia, quæ meretrices ſibi texuerant, quibus exciperent venientes. Id autem in Deorum, quos colerent, honorem factum eſſe cum multa ex eodem capite, tum Chaldæus oſtendit, qui *Chaldæus* hoc loco ita legit. *Adiunxiſti te vt coleres idola cum omni tranſeunte.* Ex qua certe nefaria conſuetudine ductum videtur illud Iſaiæ LVII. Vbi de Idolis in templo poſitis, & de nefario eorum cultu conqueritur in hunc modū.

Et

Et poſt oſtium, & retro poſtem poſuiſti memoriale tuum: quia iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum: dilataſti cubile tuum, & pepigiſti cum eis fœdus: dilexiſti ſtratum eorum manu aperta. Quæ apta ſunt omnia cum his quæ apud Ezechiel. & IIII. Reg. XVI. & XXIII. & Oſeæ IIII. ſcripta ſunt: vbi & Altaria Deorum, & idolorum ſimulacra, & efœminatos, & meretrices videas in templo verſantes, & ſtrata, & cubilia fornicantiũ appetentes. Iam veró quod dicit: *Manu aperta,* quoniam varie torquet interpretes, atque ipſi etiam varie torquent; dicam breuius et apertius idẽ eſſe, quod obuijs vlnis, apud Latinos; apud Hiſpanos, *los braços abiertos.* Sed hac de re vberius in locum Baruc difficillimum, circa quem iſta diligentius expendentur.

Iſaiæ. 57

Effæminati & meretric. in Templo.

Manu aperta diligere quid.

Satis opinor ex his quæ diximus conſtat, quam ſponte verſiones omnes cũ explicatione noſtra cõſentiant. Deinde populi ſcelus cuiuſmodi fuerit manifeſte colligitur: ſententia veró totius loci cohæret. Hæc de ſubſtratis veſtibus: nunc de prælatis, prætenſiſque ramis, in eandem ſententiam pauca dicamus.

CAPVT. XI.

MOS ANTIQVVS DE ARBORVM ramis ad Ianuas, ad templa, ad ſimulacra, & ſigna in bello, per vrbem, in nuptijs, in ſacris publicis, & priuatis. In rebus lætis: Feſta frons, vittata templa. In Deorum cultu laurus Imperatorum. Virgilius, Ouidius, Statius explicati. vim ſontes in põpis.

QVando in eum locũ adducti ſumus, vt quid veſtes, quid rami Chriſti pedibus ſubiecti ſignificarẽt, aut vnde mos ille fluxerit, oſtẽderemus, nõ ab re facturi videbimur, ſi quæ ad eam rem facere poſſint, ex varijs collecta, vnum ſub aſpectum ſubiecerimus.

 Quare

Quare quæ apud externos inuenimus priori loco exponemus, deinde, quæ apud noſtros tantum perſequemur, quãtum ſatis erit, ad id quod quærimus, inueſtigandum, atque intelligendum. Et quoniam Virgilij verſus ex IIII. Æneid. ad raciocinandum aditus patefacient, eos primum, tametſi aduerſus Seruium, explicauimus. Poetæ igitur verſus ſunt pietatem Didonis erga maritum commemorantis: quos Seruius perperam explicaſſe videtur.

Virgil. 4. Æneid.

Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niueis, & feſta fronde reuinctum.

Seruius. Seru. *Colebat*, inquit, *ea, quæ circa vinos ſolent fieri. Moris enim fuerat, vt nubentes, puellæ, ſimul vt veniſſent ad limen mariti, poſtes, ante quam ingrederentur, ornarent laneis vittis, vnde ait velleribus niueis, & oleo vngerent, vnde vxores dictæ, quaſi vnxores.* Hæc Seruius, ſed vt verè, ita non aptè. Hîc enim non nuptiarum, ſed ſacrorum ritus tangitur, quo Sycheũ vti numen aliquod inter Diuos relatum in templo marmoreo venerabatur, & eo quidem vittato & feſta fronde veſtito, quo illa Ouid. ſpectant:

Seruij reiecta ſententia.

Ouidio lux.

Eſt mihi marmorea ſacratus in æde Sychæus,
Appoſitæ frondes, vellera & alba tegunt.

Vittis autem aras, & templa, & Deorum ſimulacra, & victimas cingi ſolita, obſcurum non eſt vel leuiter eruditis. Virg. Eglog. VIII.

Statius vittata templa.

Molli cinge hæc altaria vitta.

Et Statius ad Iulium Menecratem:

Pande fores ſuperum vittataque templa Sabæis
Nubibus, & pecudum fibris ſpirantibus imple.

Vittatæ hoſtiæ. Virg. Æneid. II.

Vittaque Deûm, quas hoſtia geſsi.

Seruius. Vbi Seruius ipſe, *vel quæ habentur*, inquit, *in honore Deorũ vel quas habent ipſa ſimulacra.* Feſtam autem frondẽ intelligit laurum, oliuam, aut hederam, quibus templa feſtis diebus, & ianuas per vrbẽ, ædes in nuptijs, aut vrbis muros in letitia publica, et in triũphis ornari mos erat. Æne. II.

Feſta frons.

Nos

Nos delubra Deûm miſeri, quibus vltimus eſſet *Virg. 2 Aen*
Ille dies, feſta velamus fronde per vrbem.

In Deorũ etiam cultu laurus Imperatorum, quam illi poſt victoriam in Iouis aut Iunonis gremio deponebant. Plin. *Faſces Imperatorum laurus decorat, ex his in gremio Iouis Opt. Max. deponitur, quoties lætitiam noua victoria attulit.* Statius

Laurumque ſuperbam
In gremio Iouis excisis deponere Pœnis.

Seneca in Agamemnone Act. II. in choro.

Tu nunc lauros.
Agamemnonias accipe victrix.

Inde à Licophrone Iuno Tropœa dicitur. In nuptijs apud Iuuenalem Satyr. VI. *Ædes ramis ornatæ in nuptijs*

Ornentur poſtes, & grandi ianua lauro.

Apuleius lib. IIII. *Domus tota lauris obſita, tædis lucida, perſtrepebat Hymenæum.* Lucanus lib. II. de nuptijs Martiæ: *Apulei. lib. 4.*

Feſta coronato non pendent limine ſerta,
Legitimæque faces.

Catullus de nuptijs Pelei: veſtibulum domus Regiæ, atque adeò totam Regiam corollis ſertiſque redimitam ſcribit: vbi & fagos, & laurus, & platanos, & populos, & cupreſſos etiam, (quanquam mali ominis arbor, ſi quidem funeſta) ad ianuas videas. *Catullus.*

Aduenit Chiron portans ſilueſtria dona.
Nam quoſcumque ferunt campi, quos Theſſala magnis
Montibus ora creat, quos propter fluminis vndas
Auræ parit flores tepidi fecunda Fauoni,
Hos indiſtinctis plexos tulit ipſe corollis,
Queis permulſa domus iucundo riſit odore.

Hactenus de corollis ex floribus contextis, quorum in nuptialibus gaudijs frequens vſus. Ita Apuleius lib. VI. de cena nuptiali. *Vulcanus cenam coquebat, Horæ roſis, & ceteris floribus purpurabant, omnia Gratiæ ſpargebant balſama.* Horis autem hoc munus Theocrytus tribuit Eidyll. XIX, vt lectum nuptijs parent, id eſt, tapetibus, floribuſque ſubſternãt. Nam cum de Europa Agenoris Phœnicum Regis filia ab *Horæ roſas ſpargunt Apuleius.*

Q Ioue

Nempe ob letitiam Seiani ſuperati. Rutilius etiam Claudius Itinerarij lib. I. ob ſui reditus letitiam: *Rutilius. Claudius.*

Feſta dies, pridemque meos dignata penateis,
Poſte coronato vota ſecunda colat.
Exornent virides communia gaudia rami. &c.

Ob ſuſceptos etiam liberos coronatas fores idem docet Iuuenalis Sat. IX. *Rami ob ſuſceptos liberos*

Tollis enim, & libris Actorum ſpargere gaudes
Argumenta viri: foribus ſuſpende coronas,
Iam pater es.

Actorum autem libri ſunt, in quibus liberorum profeſsiones ſuſceptorum ſcribebantur, vt tradit Briſonius lib. I Selectarum ex iure antiquitat. cap. V. *Actorum libri qui.*

Quod ad ſacros feſtoſque dies attinet, auctor eſt Suidas in Eireſione, & Herodianus in vita Homeri, & Ariſtophanis interpres in Pluto, & in Equitibus: denique Plutarchus in Theſeo, Oleaginos ramos laneis vittis obvolutos ad Apollinis, & ad poſtes per vrbem ex oraculo adhiberi. Oſchophoria, Græci vocant hoc feſtum à ferendis ramis: Oſchos enim ramus eſt. Scribit in eandem ſententiam Athenæus lib. VII, cap. I. ex Erathoſtene in Arſinoe: *Conſtituente Ptolemeo feſtum, variorumque Sacrorum genera, quæque maximè ad Dionyſium pertinerent., interrogauit Arſinoe ramos oliuæ ferentem, quem ageret diem, & quod nam eſſet id feſtum?* De priuatis autem Sacris Iuuenalis Sat. XII. *Rami in ſacris. Athenæus. Iuuenalis.*

Hic noſtrum placabo Iouem, laribuſque paternis
Thura dabo, atque omnes violæ iactabo colores.
Cuncta nitent: longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operatur feſta lucernis.

Sed vias etiam ramis conſtrabant Perſæ in publica letitia & odores incendebant. Herodotus lib. VIII. *Et primus quidẽ nuncius Suſa perlatus Xerxem Athenis potitum eſſe, tanta Perſas qui relicti erant voluptate affecit, vt omnes vias myrto conſtrauerint, & per eas odores incenderint, & ipſi in ſacrificijs & gaudijs verſarentur.* Athenæus lib. VI. cap. VI. Demetrium ſcribit cũ coronis odoribuſque exceptum, ex *Odores in vijs incenſi. Herodotus. Athenæus.*

Democharе lib. I. & XX. qui, *Athenienſes*, inquit, *Demetrium ex Leucade Corcyraque Athenas venientem non ſolum fumorum odoribus, coroniſque, ac vina fundentes exceperunt, verum etiam chori Ithyphallique cum ſacris cantilenis tripudiantes, ac canentes ei occurrerunt.* Quod autem vina in eiuſmodi pompis effunderentur, ab eodem ediſces lib. V. cap. V. De pompa Ptolemei Philadelphi. *Scaturiebant ex ipſo* (curru) *binæ ſcaturigines, hæc aquæ, illa vini.* Diebus autem feſtis non templa modò & viæ publicæ, ſed etiam Dij ipſi coronati. Suetonius in Nerone, cap. XLVI. *kal. Ianuarijs exornati lares.* Signa item in bello coronata, ſcilicet quia olim pro Numinibus, vt lib. I. docuimus. Claudianus.

Vina effuſa in pompis.

Dij coronati in feſtis.

Claudianus.

Mauortia, ſigna rubeſcant,
Floribus, & ſubitis ornantur frondibus haſtæ.

Sed hoc nimis apud auctores obuium, maximè apud Athenæum in variarum deſcriptione pomparum: qui etiam de haſtis lib. V. cap. V. *Iuxta quos alij rurſus pueri paruis peltis haſtiſque frondibus veſtitis ornati, tum veſtibus aureis induti ſequebantur.* De vijs autem floribus conſperſis Apuleius Mileſiar. II. in pompa Iſidis. *Mulieres candido ſplendentes amicimine, verno florentes coronamine, quæ de gremio per viam, qua ſacer incedebat comitatus, ſolum ſternebant floſculis.* Cuiuſmodi non pauca apud veteris memoriæ ſcriptores reperias teſtimonia.

Haſtæ etiam coronatæ, Athenæus.

Apuleius.

Caput

CAPVT. XII.

IDEM MOS IN ADVENTV PRINcipum, in triumphis, Hebræis, gentibuſque communis. In ſacris vſurpatum etiam à Chriſtianis. Naues in victoria ramis coronatæ. Ouilia caſæ, ædificia publica. Virg. Propert. & Plutarch. illuſtrati. Laurus perpetua ad ianuas Imperatorum.

PRincipum, Imperatorumque aduentus eodem pene modo celebratos oſtēdit Xiphilinus in Nerone. *Tranſcendit*, inquit, *in Capitolium* (poſt reditum ſcilicet ex Græcia) *tota vrbe coronata, Lygniſque ac ſuffimentis plena.* Idem verò paulò ante dixerat de Theridatis Armeniæ Regis aduentu. Latinus Pacat. in Panegyri Theodoſij. *Quid portas*, inquit, *virentibus ſertis coronatas, quid aulæis tardantes plateas, accenſiſque funalibus auctum diem?* Sed ſolemne hoc triumphis omnibus; in quibus laureata vrbe, & ciuibus excipiebantur imperatores. Quod tam obvium eſt, apud antiquarum rerum ſcriptores, vt eorum teſtimonia pigeat recitare. Quin & laurus ad Ianuas imperatorum, atque pontificum perpetua. Ouid.

Laurus ad ianuas imperatorum perpetua.

Ouidius.

> *Poſtibus Auguſtis eadem fidiſsima cuſtos*
> *Ante fores ſtabis,*

Plinius de eadem: *Gratiſsima*, inquit, *domibus, Ianitrix Cæſarũ, Pontificum ſola & domos exornat, & ad limina excubat.* Menſe autem Martio ineunte, vt ſcribit Macrob. tũ in Regia, curijſque atque Flaminũ domibus laureæ veteres, nouis laureis mutabantur.

Plinius. lib. 15. cap. vlt.

Macrobius,

Naues etiam in letitia, & victoria ramis coronabantur. Ita enim explico Virgilium Georg. 1.

Naues coronatæ in letitia, et in victoria.

> *Ceu preſſæ cum iam portum tetigere carinæ,*
> *Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.*

Quo etiam ſpectauit Propert.

Propertius. *Ecce coronatæ portum tetigere carinæ,*
Traiectæ Syrtes; anchora iacta mihi eſt.

Ouidius lib. III. Amor. Eleg. X. quaſi ex amore victoriam retuliſſet, ita canit.

Iam mea votiua puppis redimita corona,
Leta tumeſcentes æquoris audit aquas:

Ouid. lib. II. De remedio Amoris.

Hoc opus exegi. feſſæ date ſerta carinæ,
Contigimus portum, quo mihi curſus erat.

Corymbis autem ornatas naues, non ſemel apud Valer. Flac. legimus, quos tametſi pro nauium roſtris nõnulli accipiant, Suidas ramorum extremas partes interpretatur, idque Græco epigrammate confirmat.

Coronabantur præterea naues apud Romanos menſe Iunio, in Fortis Fortunæ feſto, & per medium amnem cõuiuia celebrabantur Ouid. VI. Faſtor.

Multa coronatæ iuuenum conuiuia Lintres,
Multaque per medias vina bibantur aquas.

Athenæus. Athenæus in Dymnoſoph. *Chryſogonus*, inquit, *ſtola indutus Pythica*: To triericon, *tibia canebat, cum Alcibiades purpureis demiſsis velis, iuſsiſque remigibus remis incumbere, nauibus coronatis ob victos Lacedæmonios, Pyreum portum ingrediebatur.* Plutarchus autẽ in Alcibiade, addit præterea ex Duri Samio, prætoriam nauim, qua Alcibiades vehebatur, veluti ex Bachanalibus redeũtem, cum purpureis velis portum ingreſſam: hoc eſt, thyrſis, hederaque ornatam: qui ritus Bachanalium apud Tacitum lib. II. & apud alios.

Plutarchus. in Alcib.

Lucullus etiã, vt ſcribit Appianus in Mithridatico, capto apud Lemum inſulam Varo, Alexandro, ac Dyoniſio Eunucho, nauem Lauro ornatam, *vt in victoria*, inquit ille, *mos eſt*, cum litteris Romam miſit. Ad quem morem B. Ambroſ. reſpiciens in Hexamer. *Sed omnes*, inquit, *puppes quæ peruectæ fuerint, coronantur, vbi palma merces ſalutis, victoria pretium regreſsionis eſt*. Quamquam tutela nauis ſemper coronata fuerit, Arbiter in Satyr.

Data

Data ergo acceptaque ex patrio more fide, protendit ramum oleæ à tutela nauigij raptum, atque in colloquium venire auſa, &c. Sed nihil non coronatum apud veteres. Tertul. De corona militis. *Cæterum à ſæculo coronantur & lupanaria, & latrinæ, & piſtrinæ, & carcer, & ludus, & ipſa amphitheatra, & ipſa ſpoliaria, ipſæque libitinæ.* In luſtratione etiam pecorum, ouilia, & caſæ coronatæ. Ouid. IIII. Faſt.

Frondibus, & fixis decorentur ouilia ramis,
Et tegat ornatas longa corona fores.

Denique morem iſtum, ſiue quod ad Imperatores, ſiue quod ad ſacra pertinet, partim ab Hebræis, à Chriſtianis partim vſurpatum reperio. Nam apud Hebræos in Scenopegiæ feſto ramos adhiberi ſacræ litteræ docent Leuit. XXIII. Hierem. VIII. & Ioſeph. lib. Antiq. III. hæc ſcribit. *Vtque in manibus portarent ramos Myrthi, & Salices, ſummitateſque palmarum, & virgulas mali Perſici.* Machabeor. etiam lib. II. cap. X. in Dei honorem thyrſi, & rami præferuntur. *Propter quod thyrſos, & ramos virides, & palmas præferebant ei, qui proſperauit mundari locum ſuum.* Simonem autem ſummum Sacerdotem, magnum ducem, ac Principem Iudeorum poſt debellatam vrbem, & acceptam, deditione hoſtium, arcem Hieruſalem, cum laude, & ramis palmarum, in eam more triumphantium ingreſſum, ſacræ litteræ prodiderunt. Lib. enim. I. cap. XIII. *Intrauerunt*, inquiunt, *in eam tertia & vigeſima die ſecundi menſis, anno centeſsimo ſeptuageſimo primo, cum laude, & ramis palmarum, & cinnyris, & Cymbalis, & nablis, & hymnis, & canticis, quia contritus eſt inimicus magnus ex Iſrael.* Romæ verò ſub Chriſti reditũ in Cælos, Cõſtantinus Magnus Imperator nũquam ſatis ille laudatus, poſt habitam, ad Senatum populumque Romanum, orationem de Chriſto recipiendo, in palatium, tota vrbe ramis coronata, & cereis, lampadibuſque lucente, deductus eſt. Et Fulgentius Afer Epiſcopus, eodem honoris genere, ab exilio rediens honeſta-

Rami in feſtis Hebræorum.

Ioſephus lib. 3.

Machabeor. lib. 2. cap. 10

Machabeor. lib. 1. cap. 13

Conſtãtinus Magn. cum ramis ac facibus domũ deducitur.

Sumtum ex Actis S. Silueſtri.

honeſtatur. Eius rei & locus, & auctor proxime afferentur. Tandem in celebrandis ſanctorum Martyrum natalibus, morem iſtum ſeruatum eſſe á Chriſtianis, etiam ſub Eccleſiæ naſcentis exordia, & ab his ad hæc tempora deriuatum, Paulinus oſtendit his verſibus, in Natali III. S. Felicis.

Paulinus in Natali S. Felicis.

Spargite flore ſolum, prætexite limina ſertis,
Purpureum ver ſpiret hyems, ſit floreus annus.
Ante diem, ſancto cedat natura Diei.

Kal. etiam Ianuar. qui Dies circuncifioni Sacer eſt, hic ornatus á Chriſtianis adhibitus. Chryſoſt. in Orat. de Kalen. Ianuar. *Dies ergo tales in admiratione habere, & magnam ex illis voluptatem capere, & lucernas in foro accendere, & coronis admodum redimire, pueriles cuiuſdam amentiæ eſt.* Sed de hoc alias. Quod autem hoc abæthnicis in Deorum honorem fieret, illud argumento eſt, quod Ianuæ ſua eſſent numina præcipua. Ideo Chriſtianis id facere vetitum. Tertull. de corona militis. *At Chriſtianus nec ianuam ſuam laureis infamabit, ſi norit quantos Deos etiã hoſtis Diabolus finxerit: Ianum à Ianua, Limentinum à limine, Forculum, & Cardam à foribus, & cardinibus.* Nunc ad id, quod initio ſermonis huius propoſuimus, vt oſtenderemus, quid rami in Chriſti ingreſſu ſignificarint.

(.?.)

Caput

CAPVT. XIII.

***CHRISTI DIVINITATEM, ET** regnum ex ſubſtratis ſibi ramis aduerſus Hebræos oſtendi. Hoſanna quid. Baronij Cardinalis de ramorum, & veſtium ſignificatione ſententia. Syriæ, Meſopotamiæ, Lybiæ, atque Ciliciæ mos de ramis prælatis in principum aduentu.*

SATIS certè in his quæ hactenus dicta ſunt habere præſidij videbamur, ad aſtruendam eius rei fidem, quã oſtendere, ab initio ſermonis huius propoſitũ nobis erat: niſi Sedulius Præsbiter erudítiſsimus ęquè atq; piiſsimus auctor in ſua illa poeſi Chriſtiana, nouo prorſus exemplo factum id eſſe, carminibus cecinisſet. Conuerſus enim ad gentes, ita alloquitur:

Sedulius præſbiter.

Dicite gentiles populi, cui gloria Regi
Talis in orbe fuit, cui palmis comta, vel vnquam
Frondibus arboreis, laudem cæleſtibus Hymnis
Obuia turba dedit?

Perinde, ac nihil vnquam ſimile, ne inter ipſos etiam accidiſſet. Quem videtur, quod ad Hebræos pertinet, doctiſſimus, & grauiſsimus auctor, ac de noſtro etiam ſæculo benemeritus Baronius Cardinalis, qui diuinitatem hoc loco Chriſti tantummodo ſignificatam dicit. Id enim genus honoris, non niſi Deo fieri conſueuiſſe: neque in Diuinis ſcripturis, neque apud prophanos ſcriptores, qui res Iudæorum ſunt proſecuti, vllum plane huic ſimile exemplũ inveniri, vt ingrediẽtibus Regib⁹ Hieroſolimã, quis occurrerit cũ ramis arborũ. Et ſanè quod ad externos attinet, præter ea quæ ſupra diximus in hanc partem, Pompeiũ hoc honore exceptum in Neapolis ingreſſu ſcribit in Pompeio Plutarchus. *Multi præterea*, inquit, *ſertis ornati, ſub lampadibus*

Illuſtriſſ. Baronius Cardinalis.

Plutarchus in Pompeio.

Demochares *dibus eum ſuſcepère flores in eum iacere, gradientem vſque comitari:* &c. Demochares lib. I & XX. Hiſtoriarum, apud Athenæum. lib. VI. cap. VI. *Athenienſes Demetrium ex Leucad, Corcyraque athenas venientem, non ſolis fumorum odoribus coroniſque, ac vina effundentes exceperunt, verum etiam chori, Ithyphallique cum ſacris cantilenis tripudiantes ac canentes ei occurrerũt*

Flores & coronæ in principes iactæ. Flores enim & coronas ſpargere in principes priſcis ſeculis vſitatum docet Liu. lib. XXXIII. *Omnes tendere ad imperatorem Romanum, vt ruente turba in vnum, adire, contingere dextrã cupientium, coronas lemniſcoſque iacientium, haud procul periculo*

Capitolinus, *fuerit.* Capitolin. in M. Antonino. *In Saliatu omen accepit Imperij, coronas omnibus in puluinar ex more iacientibus.* Ouid de Cermanici Triumpho.

Ouidius.

Quaque ibis manibus circumplaudere tuorum,
Vndique iactato flore tegente vias.

Sed eius rei exempla Suetonius & alij ſuperioris memoriæ ſcriptores ſatis multa ſuppeditabunt.. Laureatos autem milites in triumphis, imperatorẽ proſecutos tradit Feſtus, vt quaſi ex piata mortalium cæde, puri vrbem ingrederentur. Nec diſsimile illud quod de Simone Iudæorũ principe, ſuperiori capite diximus; quem vniuerſus populus cum laude & ramis palmarum, in arcem deduxit. Quare, quid aliud oliuæ, quid palmæ Chriſto ingredienti prætenſæ, niſi veri Dei verique regis manifeſta confeſsio? Rectè itaque vetus Poeta:

Laureati milites in triũphis.

Rami Chriſto prætenſi quid.

Vetus poeta

Perque viam vt Regi velamina purpurata.
Arboreaſque ſolo frondes, & olentia ſerta
Sub pedibus ſtrauere, Deum omnes voce fatentes.

Cyrillus Hieroſolim. Cathech. 10. Cyrillus autem Archiep. Hieroſolimit. Catecheſi. X. cum plurima aduerſus Iudæorum perfidiam teſtimonia collegiſſet; in illis hoc etiam numerat, dicens: *Palma quæ eſt in Pharynge teſtatur, ramos ex hibens his, qui tunc benedicebant.* Iudith autem III. Dux Holofernes ab vniuerſis vrbibus Syriæ, Meſopotamiæ, & Syriæ Sobal, Lybiæ atque Ciciliæ, cum ramis, & Lampadibus exceptus eſt. Sacræ Litteræ ſic: *Tãtus que metus prouincijs illis incubuit, vt vniuerſarum vrbium habitato-*

habitatores, principes, & honorati viri ſimul cum populis, exirent in obuiam venienti, excipientes cum eum coronis, & lampadibus ducentes choros in tympanis, & tibijs. Quid igitur mirum ſi tã vicinarum mores gentium ad ſe Hebræi tranſtulerint, quos ab Romanis etiã, quibus cum verſabantur accepiſſe potuerant.

Verũ vt ita ſit, ſimile apud Hebræos exẽplũ, ac nulla potius eius moris veſtigia reperiri; illud tamen dubitari nõ poteſt quin ſi Chriſtum eo ritu & acclamationibus confeſsi ſint, Meſsiam verum agnouerint, quem cum dicant, Regẽ pariter, ac Deum dicant neceſſe eſt. Deum namque quin ea ratione profeſsi ſint, negare non poſſunt, cum id genus honoris, non niſi Deo exhibere ſoliti ſint. Vulgi autem acclamatio, *Hoſanna filio Dauid*, non ne hæc ipſa confirmat? Sue enim excellentem ſignificet magnitudinem, vt S. Iuſtinus, interpretatur Quæſt. L. ad orthodox. ſiue redemtionẽ domus Dauid, vt Hilarius, & Ambroſius, ſiue ſalua, aut ſaluum me fac, vt ſentiunt cũ Hieronymo multi, ſiue (quod magis ad veritatem propenſum mihi videri poſſet, niſi tantorum Patrum auctoritatem vereri deberem) Rami filio Dauid, vt Caninius, & alij ex noſtræ memoriæ ſcriptoribus arbitrantur; cuncta in idem recidunt. Filio enim Dauid cũ dicunt, Regi dicunt. Rex enim ille, & Regis etiam filius Rex eſt. Ideo per Antonomaſiam Filio, *El hijo*. Cui iure hærediario regnum debebatur. Ideo ſcribæ, ac Phariſæi, indignaferunt eum honorem quaſi Regium, ac Diuinum Chriſto attribui cum dicunt, *Audis quod iſti dicunt?* hoc eſt Nõne viles te Deum ac Regem acclamari? Inde etiã occaſionem iacti proximam, eum apud Pilatum accuſant, quod ſe Regem faceret. Quippe, Regem ſe facere velle videtur, qui ornamenta, honores ve regios, atque inſignia regni ſibi aut ipſe vſurpat, aut ab alijs delata, libenter accipit. Ita in ſuſpicionem affectati regni apud Romanos venit, qui ſtatuæ ſuæ paſſus eſt coronam imponi. In eandem etiam nonnulli apud noſtros, recentiore memoria incidere, quos ſub

Cur [redacted]

Chriſtus affectati regni cur falſo accuſatus.

vmbella, aut conopæo (quod genus honoris non niſi regibus fieri conſueuit) ſui municipes exceperũt. Similis denique apud Romanos illa in triumphis acclamatio, IO TRIVMPHE, vt in Bachanalibus, IO BACHE, & apud Hiſpanos aliaſque nationes, *Viuat Rex*. Doceo autem ramos olim in adoratione vſurpatos hoc argumento, vt ſignificarent humanarum rerum conuerſionem, fragilitatemque ſuam, quæ arboris ſymbolo indicatur, & firmitatem atque conſtantiam à Deo, cui prætenderentur, expoſcere. Clem. Alex. Strom. lib. V. Dionyſij Thracis Grammatici in lib. De declarat. Symboli de rotulis, ſententiam laudat dicentis; veteres per verba, & per Symbola ſignificaſſe: *Per ſymbola autem vt & rota quæ vertitur in Deorum templis, quæ tracta eſt ab Aegyptijs, & rami, qui dantur ijs, qui adorant. Dicit enim Orpheus Thracius.*

Ramorum at quis ſunt hominum terreſtria curæ,
Non vno ſtant fata loco, in mente omnia circum
Voluuntur: nec fas vna eſt conſiſtere parte,
Vt cœpit curſus.

Et quidem Homerus ſimile facit folijs hominum genus. Iliad. VI.

Perſimile eſt folijs hominum genus omne caducis.
Quæ nunc nata vides pulcriſque vireſcere ſiluis,
Autumno veniente cadunt.

Supereſt igitur, vt ad lucernarum morem eiſdem temporibus vſitatum, ſermonem protinus deriuemus.

Caput

CAPVT. XIIII.

LVCERNAE APVD HEBRAEOS *ad Ianuas, ſiue ad feneſtras, in letitia publica, & in ſacris ferijs. Prælatæ in nuptijs, & in excipiendis Regibus. Perſius explicatus. Hierem. XXV. illuſtratus.*

PErſius poeta in primis grauis, & ſeuerus vitiorum ſui temporis caſtigator, ac cenſor, Romanorum leuitatem, qui ſe Iudæorum ſuperſtitionibus obligauerant, reprehendens, quemadmodum letitiæ in feſtis publicæ documenta præberent his verſibus oſtendit, *At cum*, inquit.

Herodis venere dies, vnctaque feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ,
Portantes violas, rubrumque amplexa catinum,
Cauda natat thynni; tumet alba fidelis vino:
Labra moues tacitus, recutitaque Sabbata palles.

Perſij locus illuſtratus.

Quibus certè morem ſiue ſui ſæculi, ſiue etiam ſuperioris expreſsit, eumque non Hebræis magis, quàm Græcis, Romanis, Ægyptijſque receptum: vt proximis capitibus oſtēdemus. Nunc quod ad Hebræos attinet, pauca quædam attingam, quæ tametſi cum alijs communia, ad ſacras litteras illuſtrandas, conducibilia videbūtur. Moris enim apud eos fuit, in ſacris celebrandis non intra templa modo, ſed ad ianuas etiam lucernas accendere eás ramis ac floribus exornare. Herodis autem dies, Perſius, Sacras Hebræorum ferias, & Sabbata intelligit. Illum enim Pompeius, Strabone auctore, Sacerdotio Iudæorum præfecit, poſtea verò Cæſar Auguſtus, ad regni honorem euexit. Quamquam, & de Natali die feſto Herodis alij interpretantur. Hāc autē letitiæ ſignificationem Hebræi ſuis ſabbatis adhibebant, tra-

Lucernæ & flores ad ianuas in feſtis Hebræorum

Herodis dies: Sabbata.

ductam forſitam ab Romanis, quorum imperio tenebantur: ſiue, quod veriſimilius eſt, ab Ægyptijs, inter quos tamdiu verſati ſunt, ij enim, ſi vera tradit Herodotus lib. II. feſtum diem agebant, quem ab incenſis ad vrbis Sain mœnia, & per vniuerſam Ægyptum lucernis, quas ciues etiã præferebant, accenſionem lucernarum, vt Græci feſtum luminum de quo B. Gregor. Nazianz. nominarunt. Eos verò primum lucernarum vſum inueniſſe. Euſeb. lib. X. de Præparatione Euangelica prodidit. Quamquã non aliena coniectura dixerit quis, Romanos hunc morem ab Hebræis ad ſe traduxiſſe, vt alios nã à patrijs legibus ad Iudaicam diſciplinam plures defeciſſe auctor eſt Iuuenal. Satyr. XIIII.

Herodotus. *Feſtum luminum apud B. Greg. Naz.* *Euſebius.* *Iuuenalis Sat. 4.*

Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcumque volumine Moſes.

Quod, & Suetonius, alijque confirmant.

Nuptiales lucernæ prælatæ à puellis *Euripides.* *Apollonius.* *Lud. Viues.* *Antonius Gubertus Briſ. de ritu nuptiali*

Nuptiales autem lucernæ præferebantur à puellis in nuptijs letitiæ documento; vt ex veteri Græcorum ritu à nuptarum matribus, vt docet Euripides in Phœniſsis. Iuno etiam in Argonauticis Apollonij, Thetidi ſe facem prætuliſſe ait, amoris ergo, perinde ac ſi parens eſſet. Pronubarũ hoc munus apud Romanos, quæ vni ſemel nupſerant, & quidem, vt tradit Feſtus, ante congreſſus nuptiales. Sed de tædis nuptialibus ſatis multa antiquarij, & Ludou. Viues ad cap. XXV. lib. IIII. de Ciuit. Dei: & Antonius Gubertus in commentario de Sponſalibus, & matrimonijs; quare nõ conſumo in his operam, ſed redeo ad Hebræos: apud quos in more poſitum, vt ingredientibus in vrbem Regibus, obuiam cum accenſis facibus irent. Machab. II. cap. IIII. Anthiochus Rex hoc honore affectus eſt. *Cum cognouiſſet Antiochus* (inquiunt Sacræ litteræ) *alienum ſe ab negotijs regni effectum, proprijs vtilitatibus conſulens, profectus inde venit Ioppem, & inde Hieroſolymam. Et magnifice ab Iaſone, & ciuitate ſuſceptus, cum facularum luminibus, ac laudibus ingreſſus eſt.* Laudes autem intellige, choros canentium atque publicè gratulantium quod ſæpe factum ex eius ſæculi more. Deme-

Machab. 2. cap. 4. Antiochus cum lampadibus exceptus.

trio

trio enim Athenienſes *Cum ſacris cantilenis tripudiantes ac ca nentes occurrerunt*, vt alibi diximus. Holofernes etiam cum choris & canticis Iudith. III. excipitur, vti Dauid ſuperato Goliath.

Ex his facile Hieremiæ ſententiam aſſequemur, cum irati Dei perſonam agens, ita populo comminatur. *Et perdam* inquit, *ex eis vocem gaudij, & vocem letitiæ vocem molæ, & lumen lucernæ.* Quibus certè verbis, ſummum illud calamitatis, & miſeriarum, quo deuenturi erant, eleganter cõplexus eſt. Nam & Diuina, & humana omnia ſuſtulit. Luctum ſi quidem ac mœrorem primo loco, vt animi cruciētur, famem deinde, vt corpora exareſcant, apertè denunciat, cum vocem molæ ablaturum ſe eſſe prædicit. Quod perinde eſt, ac ſi dicat terram ſe daturum æneam, ac cælum ferreum, vt tam anguſtus ſit anni proventus, vt ne frumētum molæ ſuppeditet. Quod autem odorem, hoc loco, vnguentũ Hieronymus vertit, ad conuiuia reſpexiſſe videtur, quæ loti et inuncti veteres inire ſolebant, etiam apud Hebræos; maximè cum illa paulo ſplendidiora erant, hi vero paulo honeſtiores; vt in ſuo de Antiquo ritu conuiuãdi, docuit eruditè Ciaconius. Quid autem lucernæ lumine intelligatur, ex proximè dictis, explicari haud difficilè poteſt, & ex his quæ infra dicentur, vberius demonſtrabitur. Lucernæ igitur lumen auferre quid aliud eſt, quã ſacerdotium cuius erat muneris lucernas curare, templũ in quo accendebantur, Sabblata, & ſacra quæ earum ſplēdore celebrabantur, Regnum, & letitiam publicam cuius ſymbolum illæ erant, denique omnem *felicitatem* auferre. Ad letitiam & voluptatem, quæ ex cantu percipitur, quo celebrari ſacra, & leta omnia ſiue humana, ſiue Diuina ſolent Chaldæus ſpectaſſe videtur, cum dixit; *Et vocem cantantium ad lumen lucernarum.* Cum quibus ſuperiora conſonant ex Iudith. III. vbi Holofernem viri principes excepere cum coronis, & lampadibus, ducentes Choros in timpanis, & tibijs. Hæc locupletari facilè ſingula poſſent,

Hieremiæ locus illuſtrat. cap.

Hieronymi verſio explicata.

Auferre lumen lucernæ quid.

ſed quoniam id inſtituti noſtri non eſt, ſuum rejiciuntur in tempus.

CAPVT. XV.

LVCERNARVM VSVS APVD EXternos in ſacris ad Ianuas, in letitia publica, etiam intra ædes: ad menſas. Cultus ædium in feſtis. Deorum ſimulacra ante fores. Minerua lucernarum præſes. Iuuenalis, & Tibullus explicati.

HEbræorum morem in lucernis accendendis viguiſſe apud Romanos, proxime diximus, nunc teſtimonijs oſtendendum: Iuuenalis præſertim, qui vota pro Catulli ſalute ex naufragio liberati perſoluens, cum ſuas pueris partes impoſuiſſet, quæ ad publicum ſacrificium neceſſaria eſſent, apparandi; priuatum intra domeſticos parietes ita deſcribit.

Inde domum repetam, graciles vbi parua coronas,
Iuuenal. Sat 12. *Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cera.*
Hic noſtrum placabo Iouem, Laribuſque paternis,
Thura dabo, atque omnes violæ iactabo colores.
Cuncta nitent, longos erexit Ianua ramos,
Et matutinis operatur feſta lucernis.

Cultus ædiū in feſtis. *Plautus in Pſeudolo.* Vbi cultum inprimis, atque nitorem exprimit Iuuenalis, qui feſtis diebus adhibebatur: cum ornabantur ædes, atque omnia purgabantur. Ita Plauti Leno in Pſeudolo: Tibi, inquit, hoc præcipio, vt niteant ædes. *Que me las tengas limpias como vna plata.* Et infra. *Facite vt offendam parata, verſa, præſterga, ſtrata, lautaque, coctaque omnia vti ſint: Nam mihi hodie* *Horat. lib. 4 Ode. 11.* *Natalis dies eſt.* Horat. lib. IIII. od. XI. *Ridet argento domus.* Scilicet, in Natali mecenatis. De hoc cultu Ambroſius Serm. XIII. in Natali Domini, & Auguſt. Orat. I. in eodē.

Domus

Domus etiam, inquit, *ſi obſcura fuerit dealbatur, pauimenta ſcopis mundantur, & diuerſis reſperſa floribus adornantur.* Cujus etiam moris ſupra meminit Iuuenalis cum dixit. *Auguſtinus Orat. in Natali Domini*

Thura dabo, atque omnes violæ iactabo colores. *Iuuenalis*

Sed vide nitoris ſummam: Leonida ita obiurgat, in Aſinaria, Saurea.

Iuſſin' ſceleſte ab ianua hoc ſtercus hinc auferri? *Plautus in Aſinaria*
Iuſſin' columnis dejicier operas aranearum?
Iuſſine in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris?

Rectè hæc: ſed quid illa?

Longos erexit Ianua ramos,
Et matutinis operatur feſta Lucernis.

Anne ianua ſacris operari potuit? Non prorſus abſurdum, ſi cum domus tota nitida, colluſtrata, veſtita ramis eſſet ob diem feſtum, quæ quaſi ſacrorum complementa ſunt, ipſa etiam operari dicatur: vt apud Tibull. lib. II. Eleg. I. *Tibullus lib. 2. Eleg. 1.*

Omnia ſint operata Deo.

Hoc eſt, cuncta ceſſent, & ferientur; Humus, vt ſupra dixit, arator, vomeris opus, coronato boues ad præſepia capite, lanificæ penſis abiectis, quæ omnia, vel nullo alio peracto ſacrificio, ſola ipſa ceſſatione, operari Deo videtur. Itaque Catullus.

Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,
Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet opus.
Soluite vincla iugis: nunc ad præſepia debent
Plena coronato ſtare boues capite.
Omnia ſint operata Deo: non audeat vlla
Lanificam penſis impoſuiſſe manum.

Sed Lipſius, cuius ego ingeniū & doctrinam maximi ſemper facio, albas mentes cenſuit, ſiue qui hæc ſcriberent, ſiue qui crederent: & vnius litteræ mutatione remplanam ſe facere profitetur. Nam ſcribendum,

Et matutinis operitur feſta lucernis.

Sed nihil video in veteri lectione, ſi retineatur, incommodi: non enim Feſta, accuſandi caſus, ſed nominandi appoſitus ad ianuam, quæ feſta dicitur, vt feſta frons, feſtus dies.

operandi autem verbum, ita vſurpatur; vt in illo Virg. *Lætus operatus in herbis*, Et Propert. *Cynthia iam noctes eſt operata decem*. Ornatu enim ſuo Sacris operatur ianua; vt ſupra humus, & boues: Vt cumque autem ſe res habeat, lucernatam ex his ianuam plane videmus apud Romanos in feſtis, quod vidit optimè Lipſius. Confirmat Horat. lib. IIII. Od. XI. qui inter nitorem ædium feſtarum ob Mecenatis natalem diem, illud commemorat.

Horatius lib. 4. Ode 11.

Sordidum flammæ trepidant rorantes
Vertice fumum. Sed hæ intra domum.

Et Ouid. in Heroid. Epiſt. de nuptijs Hypermneſtræ.

Ouidius de nuptijs Hypermneſtræ.

Vndique collucent præcinctæ lampades auro,
Dantur in inuitos impia thura focos.

Quas ego nō de prælatis ſolū, ſed de ſuſpenſis accipio. Statius de nuptijs Stellæ. lib. I. Sylu.

Fronde virent poſtes, & feruent compita flammis.

Claudian. de Nuptijs Honorij, & Mariæ.

Alij funalibus ordine ductis
Plurima venturæ ſuſpendunt lumina nocti.

Hac ſpectat Seneca in Thyeſte Act. I. ſub initium.

Ornetur altum columen, & Lauro fores
Lætæ vireſcant, dignus aduentu tuo
Splendeſcat ignis.

Arrianus in ſermonibus Epicteti lib. I. *Tribunatum aliquis adeptus eſt, omnes obuij gratulantur. Alius oculos, alius collum oſculatur, ſerui manus. Domum venit, inuenit collucentes lucernas.* En extra ædes, vt ſupra Horatius intra, lucernæ in feſtis, & letitia priuata & publica accenſæ. Quod ad compita, id cauſæ opinor, quia Lares ad ea colerentur: ad ianuas verò, quia Deorum ad eas ſimulacra; Mercurij præſertim, quem ideo Ianitorem dicebant. Clem. Alexand. in Protreptico. *An non enim prodigioſi ſunt, qui lapides adorant, deinde verò eos etiam ſtatuentes ante fores, perinde ac viuos, & efficaces? Mercurium tanquam Deum adorant, eum etiam Ianitorem ſtatuentes, Si enim tanquam inſenſiles iniuria afficiunt, cur*

adorant vt Deos? ſi vero exiſtimant eos eſſe ſenſus participes cur eos Ianitores conſtituunt? Item ad menſas, quæ prohibitæ in Concilio Antiſiodorenſi. cap. I. *Si quis Calēdas Ianuar. ritu paganorum colere, vel aliquid plus noui fecerit propter nouum annum, aut menſas cum lampadibus & epulis præparare.* &c. Et huc forſan Seneca reſpexit Epiſt. XCVI. cum dixit: *Accendere aliquem lucernas ſabbatis prohibeamus quoniam nec lumine Dij egent, & ne homines quidem delectantur fuligine?* Quo ex loco Lipſius, Sabbatis accendi conſueuiſſe lucernas, collegit; quod de Hebræis etiam verum, quorum feſti dies Sabbata dicebantur. Romanis ignota Sabbata, niſi forſan ijs, qui ad Hebreorum ſacra, ritusque defecerant, qui certè tam multi, vt ſcripſerit Rutilius Claudius itenerarij lib. I.

Seneca.
Lipſius.
Rutilius Claudius.

Atque vtinam nunquam Iudæa ſubacta fuiſſet,
Pompeij bellis, Imperioque Titi.
Latius exciſſæ peſtis contagia ſerpunt,
Victoresque ſuos natio victa premit.

Denique vt definiam: Mineruam præſidem ac moderatricem lucernarum exiſtimandam, docet Arnob. in IIII. contra Gentes, *Nunquid aliquando à nobis conſcriptum eſt, mercenariam Deos ſeruitutem ſeruiſſe, vt Herculem ſordidi amoris, & petulantiæ cauſa, vt Admeto Apollinem Delium, vt Laomendonti Troico Iouis fratrem, vt eidem, ſed cum patruo Pytium: vt coniugalia ſecreta miſcentibus Mineruam luminis miniſtram, & lucernarum modulalatricem?* Moderatricem vult legi Canterus, ſed in idem recidit. Hic vero Arnobius de lucernis videtur egiſſe nuptialibus, quæ integram noctem ſeruatæ lucentes. ita Clem. Alex. in adhortatoria ad Gentes. *Non pudet autem Homerum dicere Mineruam Vliſſi præluxiſſe, auream lucernam tenentem manibus.* Homerus. Odyſſ. III,

Arnobius
Minerua lucernarii moderatrix.
Clem. Alex.

At præcedente Minerua
Aureus in manibus cui lychnus reddita lux eſt
Perpulchra.

Lucernarum autē magna vbiq; religio, nā & apud Hebræos

non niſi à Pontifice curabantur. Exod. II. & XXX. Leuit. XXIIII. Tandem inter ſacros etiam Apoſtolorum canones ſeptuageſimus hunc Hebræorum, atque gentiliũ morem attingit. *Siquis Chriſtianus oleum tulerit ad ſacra Gentilium, vel Synagogam Iudæorum feſtis ipſorum diebus, aut lucernas accenderet, de ſocietate pellatur*. Et in Concilio Elibertino, Can. XXXVII. Neophyti damnantur, qui more Gentiliũ lucernas publice accenderent. Sed eundem etiam morem à Chriſtianis ſeruatum, in ſuis ferijs, maxime celebrioribus proxime oſtendemus.

Eli-

CAPVT. XVI.

IDEM MOS A CHRISTIANIS æthniciſque vſurpatus in peruigilijs, & in Natalibus Martyrum, in deducendis Imperatoribus, atque etiam viris principibus, Romanis, Hebræis, Syris, Cilicibus, alijſque communis. Lucernæ Sacerdotum inſigne. Ex Geneſi, & Pſalmis, & 1. Reg. loci diquot explicati. Ioannes lucerna quid, & quare.

Lucernarum apud Chriſtianos vſus. MOres alios, alijs temporibus, ex alijs ad alias gentes, atque nationes vicinitate locorum, atque Regionum deriuatos eſſe, vel eorum ſimilitudo declarat. Quod, vt in alijs, ita in hoc quod agimus maximè cernitur. Quippe lucernarũ vſus à Gentibus ad Chriſtianos translatus eſt, & à vicinis prouincijs, finitimiſque nationibus ad Hebræos. Huc enim ſpectat illud Pãphili. IIII. lib. de vita Conſtantini: *Peruigilium*, inquit, *in Diurnam lucem commutauit, ceres columna paſſim de compacto incenſa Lampades erant omnia late colluſtrantes igne; nuſquam ſudum ſatius, aut illuſtre magis myſtica illa nocte.* Paulinus etiam hoc innuit Natali S. Felicis III. cuius hoc carmen.

Pãphilus lib 4. de vita Cõſtant.

Paulinus. Nat. 3.

Votis auidis mora noctis
Rumpitur, & noctem flammis funalia vincunt.

Et

Et paulo poſt in eodem loco.

Aurea nunc niueis ornantur limina velis:
Clara coronantur denſis altaria lychnis:
Limina ceratis adolentur odora papyris.

Ideſt, cereis cum ellychnio factis.

Nocte, dieque micant, ſit nox, ſplendorque diei
Fulget, & ipſa dies Cæleſti illuſtris honore,
Plus micat innumeris lucem geminata lucernis.

Et Natali eiuſdem VI. *Natali.6.*

Hi læues titulos lento poliant argento,
Sanctaque præfixis obducant limina lamnis:
Aſt alij pictis accendant lumina ceris,
Multiforeſque cauis lychnos laquearibus aptent,
Vt vibrent tremulas funalia pendula flammas.

Principes viri cum lāpa excepti.

Ingredientibus præterea vrbem principibus viris, hunc etiam honorem habitum video cum apud Hebræos, tum apud Romanos aliaſque nationes. II. Machabeor. lib. cap. IIII. Antiochus Rex Hieroſolimam ingrediens cum facularum luminibus exceptus eſt. Iudith etiam III. Duci Holoferni vniuerſæ vrbes Syriæ, Meſopotamiæ, & Syriæ Sobal, Lybiæ, atque Ciliciæ cum ramis, & Lampadibus, obuiam exiere. De Romanis Plutarch. in Pompeio, de eius in Neapolim ingreſſu. *Multi præterea ſertis ornati, ſub lampadibus eum ſuſcepere,* &c. Sueton. de Iulij Cæſaris triumpho, cap. XXXVII. *Aſcendit Capitolium ad lumina, quadraginta Elephantibus Lychnuchos geſtantibus.* Vbi Lychnuchi dicuntur qui lucernas geſtabant: quod enim luminis eſt ad lumina præferentes tranſtulit. In Ptolemei etiam pompa lampades prælatas apud Athenæum legas lib. V. cap. V. *Aderat etiam vmbraculum, atque in quatuor angulis ipſius currus lampades erant inauratæ.* Et paulo poſt in eodem cap. *Thuribula præterea trecenta & quinquaginta aurea, aræque inauratæ & coronis aureis ornatæ proceſſerunt, in vna quarum faces quatuor decem cubitorum erant infixæ.* Et Satyri etiam ibidem lampades ferunt: *Succedebant his Satyri in ſingulis partibus ſpatij viginti aureas lampades in hederarum folia inciſas ferentes.*

Plutarchus in Pompeio.

Sueton. in Iulio.

Lychnuchi quid.

Lāpades ad currus in pōpa.

Antonius etiam triumvir, vt tradit Athenæus lib. IIII. in Athenarum arcem acceptus eſt illuſtrata vrbe, lampadibus è tectis fulgentibus, *Tranſibat*, inquit, *etiam aliquando vt is aſſerit (Socrates Rhodius) in arcem cum lampadibus, ex tectis vniuerſa Athenarum ciuitate faces præferente.* & Antoninus Imperator eodem honoris genere dum Alexandriam ingreditur, decoratur, vt ſcripſit Herodianus. Nam de Teridatis in Romam aduentu, & Neronis è Græcia reditu, ſupradiximus eiſdem letitiæ ſignificationibus celebratum. Verum de igne Regibus imperatoribuſque prælato conſulito Xenophon. de Rep. Lacedæmoniorum, & Ioannem Stobeum in Collectan. locorum commun. Sermone XLII. Herodotũ in Vrania lib. VIII. ſub initium: Philonem lib. II. de vita Moſis, præter Herodianum, quem ſupra laudaui; qui vnus pro multis hac in re habendus eſt, nã in Cõmodo, Iuliano, Antonino, Maximinoque docet. Atque vt ex actis Sancti Syueſtri Latinè ſcriptis cõſtat, imperator Conſtantinus poſt habitam ad Senatum P. Q. Romanum orationem de Chriſto recipiendo, omnibus Chriſtianis, & infidelibus hanc legem Laudantibus, & vitam Auguſto optantibus finis eius rei factus eſt: & reuertente Auguſto ad palatium, tota ciuitas cereis, lampadibuſque repleta coronata eſt. Cedrinus etiam in compendio Hiſt. tradit populum Heraclio Conſtantinopolim ingredienti frondes oleaginas faceſque geſtantem occurriſſe ſimul cum Conſtantino Cæſ. & Patriarcha Sergio. Similis denique honos habitus Fulgentio Epiſcopo Afro, vt in vetere eius vita legitur his verbis. *Populum per omnes prolixi itineris vias, in occurſum eius tetendiſſe cum lucernis, & lampadibus, & arborũ frondibus.* D. Greg. Nazianz. in laude Athanaſij. Luminibus eũ dicit exceptum in vrbem: *Nam quid publicos planſus commemorem, & vnguentorum profuſiones, & totam vrbem lumine coruſcantem.* Etenim gratiæ principum auida plebs Reges, atque eos omnes, qui opibus, & potentia præſtarent, proxime ac Deos venerata, diuinos illis honores deferebat. Imperatoribus enim æque atque Dijs ignis præferebatur.

Conſtãtinus cũ lampadibus deducitur

Et fulgẽtius Afer Epiſcopus.

B. Athanaſius cum lampad. exceptus.

De

De his in Deorum cultu Virgilius qui ita de quibuſdam, ſacerdotibus. *Virgilius*

Pellibus in morem cincti, flammaſque ferebant. *Sacerdotes cũ lampadibus.*

Ouid. IIII. Faſtor. de Cereris Sacris.

Illic accendit geminas pro lampade pinus

Hinc Cereris Sacris nunc quoque tæda datur.

Arnob. lib. V. de his Sacris: *Amiſsi queruntur vt homines, & ſub ſole clariſsimo cum lucernis & facibus orbis peragrant vaſtitatem.* Propert. lib. II. de Dianæ Sacris.

Cum videt accenſis deuotam currere tædis *Propertius.*

In nemus, & triuiæ lumina ferre Deæ.

Valer. Flacc. VIII. Argonaut. de Cybele. *Valer. Flacc.*

Sic vbi Mygdonios planctus Sacer abluit Almo

Lætaque iam Cybele feſtæque per oppida tædæ.

Clemens. Alexand. in Protreptico, de Sacerdotibus Bacchi: *Extingue ignem o Sacerdos, reuerere lampades ô tu qui faces geris. Tuum Iachum lux arguit.* Vates in Græcia, & Sacrificulos Romæ lucernam & lautum prætuliſſe ſcripſit Lipſius in Electis ex Seneca, Theone & Suida, vt eo ſe ornatu auguſtiores facerent. Quo illa refero ex Athenæo lib. I cap. XVI. *Æſchilus non conuenientiam ſolum, & grauitatem ſtolæ, quam Sacerdotes imitantes, faciſtriqne induuntur.* Hos imitati videntur Hæretici Quintiliani, qui, vt docet Epiphanius Hæreſi. XLIX, incenſas lampades præferebant. Huc ſpectant cerei Saturnalium, quorum originem Arnobius, & Macrobius, tradunt. Imperatoribus vero præferri ſolitum ignem, docet Herodian. pluribus locis, quæ collegit Vuolfangus lib. IX. cap. II. Cauſſa hæc, opinor: Vel quia ignis principatus inſigne, vt qui primus ac princeps inter elementa, virtute, & ſplendore commendatus: Vel quia vitæ, doctrinæ, ſplendoris, felicitatis, atque potentiæ Symbolum, quibus rebus Deus inprimis, Diuique pollent, & ſecũdũ eos Reges, ac principes & quotquot vitæ, neciſque habent in alios poteſtatem. *Clem. Alex.* *Ignem Sacerdotes cur præferrent.*

(.?.)

CAPVT. XVII.

LVCERNA REGNI SYMBOLVM maxime in ſacris. Ioannes cur & quomodo lucerna. Lampas ignea Geneſ. XV. cuius rei ſignum. Ignis Deum præit. Ex Sacris loci aliquot illuſtrati.

Hinc ortum, vt ab Sacris maxime ſcriptoribus, lucerna pro Regno ac Regibus, pro ſplendore ac gloria capiatur, vt purpura, & faſces pro magiſtratu, & eius generis alia 1. Reg. XXI. *Non extingues lucernam Iſrael:* (*1. Reg. c. 21.*) ideſt, Regnum, aut Regem Regius Propheta. *Paraui*, inquit, *lucernam Chriſto meo*: ideſt, Regnum atque Imperium regi meo. Ioannes verò Baptiſta lucerna dicitur: primùm quia Chriſto Diuûm, atque hominum vero Regi terras ineunti facem luxit, ſiue imperium eius, & principatum hoc veluti Symbolo profitens: ſiue ad nuptias, quas cum ſponſa ſua Eccleſia celebraturus aduenerat. (*Ioanes Baptiſts cur lucerna.*) Deinde etiam lucerna dicitur, quia non erat, ipſe lux, ſed lucis nuncius ideo lucerna lucens, & quia ignem continebat illum, qui ignem venerat miſſurus in terras, ardens; (*Cur adens.*) Hæc accenſa primùm in vtero parentis, cũ ambo pueri ne ſuſcepti quidem in lucem, lucem alter dedit, alter recepit: deinde inflammata vberius, cùm ad Iordanem, die coiuêre luſtrali.

Hinc tu myſterium illud intelligas igneæ lampadis tranſeuntis inter diſſectas animalium partes, Geneſ. XV. (*Genes. c. 15.*) lampas enim Deum ipſum ſignificabat cũ Abrahamo fœdus percutientem: ſignum enim pro re ſignificata ponitur, vt apud Martialem de ludis Stellæ.

Quod ſpectatorem te tua laurus habet.

Vbi laurum pro conſule accepit, qui cum lauru magiſtratum inibat. Ita etiam ignis, inſigne eſt Diuinæ ac

Regiæ maieſtatis. Sæpe autem Deus præſentiam ſuam per ignem ſignificauit, in Rubo Moſis, in columna, in monte Sina, ac fere ſemper in ſacris, cum eius ſiue Regia, ſiue iudiciaria poteſtas exprimitur, hoc ſymbolo declaratur. Ignis enim præit illum tanquam verum regem, & iudicem maximum. Pſal. XLIX. *Deus manifeſtè veniet, &c. Ignis in conſpectu eius exardeſcet.* Id eſt, prælucebit Regi vero, Optimo, & Maximo. Pſal. XCVI. vbi Regnũ propheta nominat Chriſti, Regni eius ornamenta, & inſignia commemorans. *Ignis,* inquit, *ante ipſum præcedet, & inflamabit in circuitu inimicos eius.*

Regia ſiue Iudiciaria poteſtas in igne ſignificata.

Pſal. 96.

Lampas igitur tranſiens, Dei Opt. & Max. Symbolum gerit, eaque cum tranſit, perinde eſt, ac ſi Deus ipſe cuius inſigne dicitur, tranſeat. Ita apud nos cum vexillum tollitur Regium, ciues quotquot ſunt ingenui proſequuntur, non aliter atque Regem ipſum comitarentur, cuius eſt inſigne vexillum. Ita Reg. III. cap. XIX. Ignis præit ſibilũ auræ tenuis, in quo Domin⁹ tranſit. Exodi præterea XX. in congreſſu Dei ac Moyſis, *Cunctus populus videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ, montemque fumantem,* &c. Quare cum lampas ignea præterit animãtes, Dominus pertranſit, at non re, ſed ſignificatione pertranſit. Satis enim præclarè cum mortalibus ageretur, ſi fœdus cum eis percuſſurus, non perſonam ſuam, ſed perſonæ ſignum aliquod, & Symbolum, maximè tam cognitum, interponeret.

Lampas Dei Symbolum.

Reg. lib. 3. c. 19

(.?.)

T Caput

CAPVT. XVIII.

LVCERNA IN SACRIS PRO LEtitia, & voluptate, pro pretioſiſsimis quibuſque rebus, & ſumma felicitate. Ex Prouerbijs, & Pſalm. loci aliquot explicati, Oculi fures animi, eorum magnus dominatus in corda.

Lucernæ quarum rerum Symbola.

CVM Lucernarum vſus tam freques in letitia priuata, & publica fuerit, mirum videri non debet lucernæ nomine letitiã ipſam, & quæcumque voluptatem pariunt, aut habentur in honore, in delitijs, ac pretio, cuiuſmodi opes, potentia, Dominatus, regna, imperia, triumphi, decus, ac gloria, & quæcumque id genus, alia, comprehendi, atque etiam intelligi. Tã multa in ſacris literis teſtimonia, vt ſatis fuerit vnum, alterum ve proferre, ex quibus cetera cognoſcantur. Prouer. XXI. difficilis locus eſt, quem alij aliter interpretãtur obſcurius; nos ex his quæ dicta ſunt, vt facile, ita etiam vt opinor, non ineptè, aut inſulſè. verba hæc:

Prouerb. locus illuſtratus ex c. 21.

Exaltatio oculorum, & dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum. Vbi nonnulli lucernam impiorum per appoſitionem oculorum, & dilatationem cordis accipiunt, vt ſit ſenſus. Arrogantia, in qua ſuperbi felicitatem ſuam ponunt, peccatum eſt: hoc eſt, malum: quippe Deus ſuperbis reſiſtit. Sed pronior hæc noſtra, & ſimplicior explicatio. *La altiuez y engreymiento.* Exaltatio oculorum. *Y las vanas y largas eſperanças, que de ſu pujança ſe prometen los malos.* Et dilatatio cordis. *Sus fieſtas, y plazeres, todo ſu triunfar:* lucerna impiorum. *Sera vn poco de ayre, nonada entre dos platos.*

Peccatũ quid

Peccatum: ideſt, vanitas, inanitas, vmbra, vt ſæpe in ſacris literis: ac velut vmbra, & citius euaneſcet, atque in nihilum redigetur. Cui ex aduerſo conſonat illud

Pſal. 17.

Pſal. XVII. *Quoniam tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuper-*

ſuperborum humiliabis. Quod Hiſpanè ſonat, *les quebraras los ojos*. eorum ſuperbiam comprimes, ſpiritus franges, ſpes omnes reſcindes, & gloriam obſcurabis, *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine*. Hoc eſt, tu oleum letitiæ mihi inſtillas, qui exhilaras faciem meam in oleo: tu meæ felicitatis & gloriæ auctor es: impijs autem lucernas inanes & vacuas reddis, & tandem extinguis, cum diuites dimitis inanes, & nullum eis veræ voluptatis; atque felicitatis guſtum habere permittis. Illuminare autem, & illuminatio, idem in ſacris litteris valent, quod exhilarare, & exhilaratio.

Illuminare lucernam

Huc etiam adluſit idem Sapiens Prouerb. XXIIII. cum dixit. *Ne æmuleris impios, quoniam non habent futurorum ſpē mali*. Quod idem eſt ac ſi dicas, *No embidies la bienādança de los pecadores, que no tienen derecho a lo que dura*. Et lucerna impiorum extinguetur. *Porque ſus contentos acabarſe tienen*, & quod Hiſpano prouerbio fertur: *Acabarſeles ha la candelilla*. Quod certè prouerbium ex eo more, quem diximus, originem traxiſſe videtur. Ita Prouerb, XIII. *Lux iuſtorum letificat, lucerna autem impiorum extinguetur*. Quod eiſdem penè verbis legitur, Iob. XVIII. & XXI. & quoniam multa exemplaria legunt, *Exaltatio oculorum eſt dilatatio cordis*: &c. Addo etiam ſignificanter id dictum: *Oculos quippe*, vt ait B. Greg. Nazianz. *Cor nefariè ſequi ſolet*. Vt verè dixerit Hierem. Propheta Thren. Cap. III. *Oculus meus deprædatus eſt animam meam*. Ideo B. Iob. pepigit fœdus cum oculis ſuis: non vt ne videret, ſed vt ne cogitaret quidem de vigine. Nam vbi oculi viderint extraneas (Prouerb. XXIII) *Cor loquetur peruerſa*. Id cauſæ eſt cur eodem loco Sapiens filium moneat, ne intueatur vinum quando flaueſcit, & ſplenduerit in vitro color eius. *Ingreditur enim blandè, & in nouiſsimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet*. Sed dicat aliquis ea bibentibus contingere, non videntibus: quare non eſſe cur oculos, ſed labra potius abſtinerent. At certè ſi videris, biberis. Magna vis, magnus oculorum dominatus in cor-

Prouerb. 24
Prouerb. 13.
Iob. 18 et 21
Aduerſ⁹ mulieres ambitioſè ſe ornātes.
Iob. cap. 31.
Prouerb. 23.

 da

da,magna cordiũ aduerſus oculos ſeruitus, atque præſens. Exemplis plenæ ſacræ litteræ, pariter ac profanæ. Nunc iterum ab lucernas.

CAPVT. XIX.

LVCERNAE OLIM PARTIM PENſiles, partim etiam varijs ſimulacris impoſitæ. Eæ ad ſacras arbores, ad quas coronæ quoque, vittæ, & vnguenta. Item ad leanonias ædes, ad currus, & aras in pompis.

Lucernæ pẽſiles. Virgilius. Petron. Arbiter.

LVcernas penſiles ſcribit lipſius apud Romanos fuiſſe, ex illo Virgilij.

Pendent lychni laquearibus aureis.

Et apud Petronium ita legitur. *In poſtibus triclinij faſces erant cum ſecuribus fixi: quorum vnam partem quaſi embolum nauis æneum finiebat, in quo erat inſcriptum:* G. POMPEIO TRIMALCIONI VIRO AVGVSTALI CINNAMVS DISPENSATOR. *Sub eodem titulo etiam lucerna bilychnis de camera pendebat.* Ex quo etiam coniecturam nonnulli faciunt, vt exiſtiment, ijs etiam quos maxime colorent, lucernas olim appoſitas, vti ad ſacras arorés, ideſt, quibus cultum exhiberi vellent, auctore Prudentio contra Symmachum.

Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
Suſtinuit, cadit vltrici ſucciſa bipenni.

Nam ex quoque ſimulacrorum aut Deorum in morem coronatæ, vnctæque, & velatæ Theocrytus. Eidyl. XVIII.

Primæ tibi coronam ex humi naſcente loto,
Nectentes, in vmbroſa ſuſpendemus platano:
Et primæ tibi ex argentea pyxide liquidum vnguentum:
Accipientes, ſtillabimus ſub vmbroſam platanum.
Litteræ vero in cortice ſcribentur (vt quis prætereuns legat)

Dorice:

Dorice: Venerare me nam Helenæ arbor ſum.

Velatas etiam religionis ergo arbores Arnobius docet lib. V. aduerſus gentes, vbi poſt narratam Atys, Agdeſtiſque fabulam. *Inde*, inquit, *natum & ortum eſt, nunc etiam ſacras velârier, & coronarier pinos.* Et infra de eadem re: *Quid lanarii vellera, quibus arboris colligatis & circumuoluitis ſtipitem.* &c. *Quid comti violaceis coronis, & redimiti arboris ramuli*, &c. *Cur ad vltimum pinus ipſa paulo ante in dumis inertiſsimum nutans lignum, mox vt aliquod præſens atque auguſtiſsimum Numen, Deum matris conſtituatur in ſedibus.*

Lucernas aurati pueri tenent.

Addo ego impoſitas interdum ſimulacris iuuenum aureis, & argenteis, in ædibus potentiorum. Lucret. lib. II.

Lucretius lib. 2.

> *Si non aurea ſunt Iuuenum ſimulacra per ædes,*
> *Lampades igniferas manibus retinentia dextris,*
> *Lumina nocturnis epulis vt ſuppeditentur.*

Sed & apud Homerum aurati pueri lucent in Alcinoi Regia.

Homerus Odyſſ. 1.

> *Aurati pueri ſtabant ſplendentibus aris,*
> *Ardenteſque faces retinent; funalia noctem*
> *Vincebant flammis, tenebris dum lumina fundunt.*
> *Conuiuis iuuenes dirimunt caligine noctem.*

Athenæus lib. IIII. cap. I. inter alias conuiuij lautitias à Carano exhibitas, hanc quoque numerat. *Amores, Dianæ, Panes, Mercurij, & alia complura huiuſmodi Idola in argenteis candelabris faces prætendentia videbantur.* Calixenus etiam Rhodius lib. IIII. Alexandriæ, apud Athenæum, narrat Satyros, in pompa Ptolemei lampades prætuliſſe, vt paulo ante docuimus.

Quem certè morem Chriſtiana etiam templa, nunc retinent, in quibus aurata angelorum ſimulacra accenſis cereis lucent ſacris in ara operantibus Sacerdotibus. Apud Hebræos tamen candelabris imponi ſolitas ſacræ literæ docent. Cuiuſmodi autem hæc candelabra fuerint, alias exponetur. Denique lenoniarum ædium indicem fuiſſe lucernam, docet apertè Tertul. ad vxorem ita ſcribens: *Moratur Dei Ancilla in ædibus alienis*, &c. *Et procedit de ianua laureata*,

lineata, & lucernata, vt de nouo conſiſtorio libidinum publicarum. Quod Lipſius ex Horatio, & Iuuenale confirmat. Et video apud noſtros quiddam non abſimile in vrbe Grannata, in qua via quædam lucernæ adhuc nomine celebris extat; vbi olim famoſas proſtaſſe fama eſt.

Lipſius. Iuuenalis. Lucernæ via Grannatæ.

CAPVT. XX.

VANA PRISCI CHRISTIANORVM ſæculi ſuperſtitio in accendendis lucernis ad imponenda pueris nomina, & eius origo. Lucerna vitæ ſymbolum. B. Chriſoſtomo lux.

TAnta porro lucernarum religio, vt abierit in Superſtitionem, non apud æthnicos modo, ſed etiam apud Chriſtianos: quorum, inter alios hunc etiam morem reprehendit Chryſoſtomus Homil. XXII. in capit. IIII. Epiſt. I. ad Corint. quod in nominibus pueris imponendis, ſpreto maiorum more, gentium ritus ſequererur, & eorum ſuperſtitionibus obligati, pueros non ex certa lege, & conſuetudine Eccleſiæ, ſed ex caſu aut ſorte, Gentilijtis nominibus appellarent. Id autem qua ſuperſtitione fieret, his verbis oſtendit. *Siquidem cum nomen filio imponendum ſit, omiſſa Sanctorum appellatione, quemadmodum maiores faciebant, accenſis lucernis, & his nominibus impoſitis, quæ plurimum durauerit, eius nomine filium appellant: hinc cum diuturnius victurum coniectati.* Enim vero lucerna vitæ Symbolum, & pro vita non raro accipitur, quæ tædis ac lampadibus ſimilis perhibetur. Plato VI. de legibus. *Gignentes, & alentes liberos, vitam tanquam lampada alijs ex alijs tradentes.* Ita Lucret. lib. II.

B. Chryſoſt. Lucernarum vetus ſuperſtitio. Lucerna vitæ ſymbolũ. Plato 6. de legibus.

Et quaſi curſores vitai lampada tradant.

Atque

Atque vt alia multa prætercam quæ, de his ludis (quibus vitæ breuitas ſignificata eſt) in Vulcani ac Promethei honorem ab Athenienſibus celebratis, vel de Sacris Litteris, quæ non diſsimiles locutiones abundè ſuppeditāt, hoc loco dici poſſent: hoc tantùm dicam; apud Scriptores omnes Lampadas, tædas, faces, interdum cereos ac funalia pro eodem promiſcuè vſurpari, & pro lucernis interdum poni. Lucernas autem eas dicimus quæ ſiue ex auro, argētoue, vt olim ſiue ex vitro fiant, vt apud nos, oleo tamen inſtruuntur: eæ Lampades etiam appellantur. *His de rebus Athenæus. lib, 15. c. 25.*

Funalium, Lampadarum ac facum in nuptijs, mentio apud D. Chryſoſt. Homil. XII. in cap. IIII. Epiſt. II. ad Corinth. *Per forum publicè eam oſtendunt, & in obſcura nocte, cum funalibus ipſam ducunt, vt omnibus oſtendatur.* Et paulo poſt. *Præterea cum veſperi hæc fiant, ne tenebræ hæc mala abſcondant, plurima funalia afferuntur.* Homil. verò LVI. in c. III. Geneſ. *Nuſquam,* inquit, *Lampades, choreæ, & faces præter vſus neceſſitatem.* Carpit enim ſui ſæculi luxum, quo facum, Lampadarumque numerus haud exiguus, non ad neceſsitatem, ſed ad luxum & oſtentationem adhiberetur. Lampades autem pro lucernis accepit; faces ac funalia pro tædis ac cereis, quorum vſus in prælucendo. Plaut. in Curculione. *Tu te tibi puer es lautus, luces cereum.* Siue autem faces è Spina alba, ſiue ex pino, pinea ve tæda inciderentur, alterū pro altero ab ſcriptoribus vſurpari, facile viderit, quicūq; legerit vel antiqua, vel noua: quare nihil hic diutius immoror: & ſane deſiſſem hic, niſi me multorū (dicam ſic) importunitas cogeret alio progredi, qui rerum ſeriem & conſecutionem aliquam, quæ probari poſſet in Parabola Virginum Mathæi XXV. ex me conuitio poſtularent. *D. Chryſoſt.* *Plautus.*

(.?.)

CAPVT. XXI

PARABOLÆ VIRGINVM *continens ac probabilis ex ritu veteri explicatio. Lampadum legitimus numerus Græcis, Romanis, Hebræis quis. Prælatæ à pueris feminiſque. Cena nuptialis in ſponſi domo data. Ex Canticis & Pſal. loci curioſius explicati. De ſponſi vberibus quæſitum.*

Quæ dubia in parabola Virginum.

PRimo igitur, quæritur, exierint ne virgines ob uiã Spõſo ſimul ac Sponſæ? deinde, vnde exierint illæ, hi vero quò irent? Tertio, cur decem, nec plures pauciores ve: qui ritus in nuptijs. Cur lampades, ac non potius tædæ, vel faces? Denique cum clamor factus eſt, Sponſum venite, quid ſit? venerit ne in Sponſæ domum vt plerique dicunt, an in ſuam? Solus ne, an ſimul cum Sponſa. Nuptiæ vbi celebratæ, apud hanc, aut apud illum. Cur quinque ſolum ad nuptias, ſi decem legitimus numerus, & his ſimilia quædam. Quæ ſanè cum ex priſcis Hebræorum moribus eruenda ſint, quos neque Sacræ hiſtoriæ perfectè docent, neque ex doctoribus quiſquam (quẽ ego viderim) attigit, certi aliquid conſtituere difficilimum eſt. Quare, ſi quid aptè dixero, probabitur ſtudioſis, atque intelligentibus labor, ſin vero ſecus accidet, atque aberrauero, errorem facile deprecabor, in via præſertim nec nimis trita, nec ſatis aperta.

Parabola virginum ex nuptiarum ritu deſumta.

Atque vt hinc exordiar, dubitari non licet, quin hæc ſimilitudo, ſumta ſit ex Hebræorum ritu nuptiali, qui cum Romanis habebãt multa cõmunia: cuiuſmodi Lãpades, nuptialis cæna, Spõſæ deductio. Atque id cauſæ, cur à Chriſto libẽtius vſurpata: nã cũ Eccleſiã ſciret ex gẽtibus cõſtruẽdã, ea potiſſimum in docendo aſſumebat, quæ aut cũ illorum moribus

moribus congruerent, aut ingenijs conſonarent. Lampades igitur & à puellis prælatas hæc ſolum Parabola oſtendit. Ita Pſal. XLIIII. *Adducentur Regi virgines poſt eam, proximæ eius adducentur tibi: in lętitia & exultatione: adducentur in templum Regis.* Hoc eſt, cum lucernis, & choreis, & Citicis, vt mos erat Hebræis Sponſam ducere: qui communis omnibus fere gentibus: vt facilè viderit, qui cum Latinos, tum etiam Græcos auctores euoluerit. Heſiodus in Scuto Herculis. *Pſal.44.* *Heſiodus.*

Alij ſiquidem bene rotundo in curru
Ducebant viro vxorem, multuſque Hymenæus excitabatur
Et procul ab ardentibus facibus fulgor reſplendebat,
In manibus famulorum. Mulieres autem venuſtate florẽtes
Præibant, quas chori ludentes ſequebantur
Atque hi quidem canoris tibijs emittebant cantum
Ille autem ad modulationem ducebant chorum amabilem.

Nihil enim amplius memini ſcriptum: nam apud Romanos pueri patrimi & matrimi prælucebant. Catull. in Nupt. Iuliæ, & Manlij.

Tollite o pueri faces.

Niſi quod apud Græcos nuptarum matres, vt ſupra diximus. Heſiodi etiam æuo ancillarum munus fuiſſe videtur: in Herculis enim ſcuto. Longe ait reſplenduiſſe duarum lumen tædarum, quas duæ ancillæ in nuptijs præferebãt Alias enim puellæ in prælucendo adhibitæ apud Homerũ in Regia Alcinoi: tædas enĩ manibus præferentes Vlyſſem cubitum euntem commitantur: Odyſſ. VII.

Ex aula Nymphæ properant, tædaſque micanteis
Geſtabant manibus.

Quanquam & Statius neſcio quid huic ſimile canit, niſi Poetam potius quam hiſtoricum facit, in Epithalamio Stellæ, & Violantillæ. *St*

Procul, ait, *Ecce canoro*
Demigrant Helicone Deæ, quatiuntque nouena
Lampade ſolemnem thalamis coeuntibus ignem.

Nec vſpiã ego aut prælatas à puellis Lãpades, et eo numero

V legi

legi. Nec video quid ex hoc loco habeat Grauiſsimus atque eruditiſsimus auctor Bened. Arias Mont. vt affirmet ex eo, decem olim numero virgines præluxiſſe. Cum & nouem hoc loco numerētur, & poeticòs potiꝰ quā hiſtoricòs.

Faces Romanis.

Numerus enim Romanis legitimus quinque tenuit faces. vel tædas, quæ iugales, legitimæ, geniales, & feſtæ poetis dicuntur. De his Plutarchus, Liuius, Apuleius, Horatius, Tacitus, innumerique Scriptores.

Totidem Hebræis.

De Hebræis ita exiſtimo eundem numerum habuiſſe ſolemnem: decem autem hoc loco numerantur, non quia neceſſariæ omnes, ſed quia ex his quinque ad legitimum numerum adhibendæ. Moueor hac ratione, quæ & ritum attingit, & Parabolæ explicationem. Nam ſi decem legitimum efficiunt numerum, non quinque, ſed decem ad nuptias, niſi iuſto & legitimo lampadarum numero celebratæ. Quod certe piaculū Hebræi horrerent, quos ſupra modum ſuperſtitioni deditos Hiſtoriæ prodiderunt. Iam verò, ſi prudentium numero Virginum, certus ac definitus electorum numerus explicatur, vt ſacri Doctores agnoſcunt, ineptum profectò videri deberet illegitimo numero, legitimum explicare.

Cur decē lāpades nominentur.

Dicendum igitur iuſtum morem ritumque nuptialē quinque lucernas amplecti: decem tamen in ſimilitudine aſſumi, quia quinque illæ quæ ſponſo præluxere, iuſtum ex more numerum electorum, quinque aliæ foribus excluſæ ſtatum ſignificant numerum damnatorum: & quia vterque certus ac definitus à Deo, ita per certum etiam ac legitimum Lampadarum numerum à Chriſto ſignificatum.

EXIERVNT OBVIAM SPONSO ET SPONSÆ. Rectè quidem ex communi more Hebræorum ac gentium. Inde enim vir dicitur ducere vxorem, quod ducat in domum: lippis hoc & tonſoribus notum. Quod autē Claud. alijq; in hūc locū ſcripſêre, nēpe

Claudij aliorūque reiecta ſententia.

parietibus ſe ſuis ſponſam ceu ſponſi auidam tenere conſueuiſſe, ac venienti Sponſo in Sponſæ domum puellarum chorum cum lampadibus obviam proceſsiſſe: id vero, de

ſuo

ſuo appoſuit. Nam neque ſatis commode ſponſi deſideriū ſponſa monſtraret, niſi ædes ineunti ſuas ſponſo obuiaret, neque illorum. (*Exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ*) cum poſtremis vllam cohærentiam reddat. Subſit enim prioribus falſum, ſi ſic interpretentur extrema.

Quare cum dicitur. *Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei*: Perinde eſt ac ſi dicat, ecce ſponſus egreditur ſponſæ Domum, atque in ſuam reueniens, ducit vxorem, lucete faces, præferte lampades, Et quoniam quæ prælucebant puellæ, choreis intererant, & nuptialem cenam inibant; ideo non quinque ſolum, ſed aliæ quoque ſe inſinuant: prudentes verò fatuas anteuertunt, & numerum legitimum explent, nec aliàs de oleo ſuo impertiunt, ne ius amitterent prælucendi; aut piaculo nuptias obligarent; cum neque ipſæ, neque aliæ quinque, præ olei deſiderio prælucerent. Etenim ſine legitimis lampadibus, non poſſent iuſtæ nuptiæ celebrari: nec credibile eſt tantam in ſponſæ penu inopiam olei fuiſſe, vt ſi pluresad celebritatem nuptiarū lampades neceſſariæ forent, non haberent vnde inſtillarent. Saltem vbi rediiſſent non extruderentur. *Sponſus vnde & quo veniat.*

Ideo *quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias*: non quidem tanquam ſponſæ, ſed tanquam conuiuæ; vt accumberent.

Apud virum enim cenabatur in nuptijs, vt apud nuptæ parentes in Sponſalijs. Communis Grecis, Romanis, Hebræis que ritus, Menelaus enim filiorum nuptias celebrat apud Homerum. Plaut. in Curcul. Act. V. ſcen. vltima. *Miles apud me cenabis, hodie fient nuptiæ*. Cicer. lib. II. ad Q. Frat. *Pridie idus hæc ſcripſi ante lucem: eo die apud Pomponium, in eius nuptijs eram cenaturus*. Cenæ huius mentio apud Iuuenal. Satyr. VI. Suet. in Caligula cap. XXV. apud Auſon. in Epiſt. ad Paulinum. Agell. lib. II. cap. XXIIII. Geniales epulas Claudianus appellat lib. II. de raptu Proſerpinæ. In ſacris etiam Iudic. XIIII. *Deſcendit pater, & fecit filio ſuo Sanſon conuiuium, ſic enim iuuenes facere conſueuerant*. Eſther. II. Aſſuerus Rex conuiuium fecit principibus & ſeruis pro *Cenatū ap Virū in nuptijs.* *Iudic. 4.* *Eſter. 2*

Machab lib. 1. cap. 10. coniunctione, & nuptijs. I. Machab. X. in domo Alexandri nuptiæ factæ ſunt, & Math. XXII. Rex ille nuptias fecit filio ſuo.

Conſtant igitur omnia quæ dubitationem efficiebant: nam ſponſo domum deducenti vxorem, cum iuſto lampadarum numero virgines obviam proceſſere: & eæ quidem à ſponſæ domo, in domum ſponſi ad nuptiales epulas conceſſere. *Cant. 1.* Sed quare virgines ac non potius pueri prælucent? *Locus aptè explicatus.* An quia, vt ait Chryſoſtomus, virgines virginem comitari fas eſt, vt virginem matronis tradant in ſuum numerum adſcribendam, qualem ipſæ dent oſtendentes. *Lau-* *B. Chryſoſt. Homil. 12 in cap 4. Epiſt. ad Colloſſen.* do, inquit, *quod virgines adſunt contubernalem ſuam honorantes, quod adſunt matronæ eam honeſtantes, quæ iam in earum ordinem aſſumitur. Bene iſtud decretum eſt, ſunt enim hi duo chori, virginum & nuptarum: iſtæ tradunt virginem, illæ accipiunt. Sponſa inter iſtas, nec virgo iam nec vxor: nam illinc progreditur, & ad iſtam matronarum turbam accedit.*

CAPVT. XXII.

LOCI QVI EX SACRIS LITTERIS ex hoc ritu nuptiali explicantur. Canticorum I. & Pſalmo XVIII. lux facta. Vbera ſponſi quid. Lac doctrinæ ſymbolum. Sol cur ſponſi ſimilis Aurora ſponſæ? Prælucet his Lucifer: illa curru vehitur vt olim ſponſæ: Sidera choros ducunt vt puellæ in nuptijs.

DIXI Sponſum apud Hebræos vxorem ducere ſolitum in domũ ſuam, inibique nuptiale conuiuium celebraſſe: lucem id adfert cum alijs tum Salomoni in primis, qui Canticor. I. honeſtiſsimam puellam dignisſimi ſponſi futuram proximè vxorem, illius iam videndi deſiderio incenſam in hunc modũ loquentẽ facit.

Trabe-

Trahe me poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorũ. Hoc eſt, *Cant. 1. iux*
duc me vxorem in domum tuam, ego enim lubens cum *allata.*
meo virginum comitatu te ſequar, vnguentorum quibus
lautè delibutus es, mirifice illecta. Deinde narrat quemad-
modum ſponſus eam in domum ſuam, deduxerit, & nup-
tiale conuiuium celebrarit. *Introduxit me Rex in cellaria ſua.*
Id eſt, conuiuium mihi ſplendidum, puelliſque meis, rebus
omnibus, quibus abundaret penus eius, inſtructũ exhibuit.
Addit præterea: *Exultanimus & lætabimur in te, memores vberum*
tuorum ſuper vinum. Quaſi diceret, quamquam ita ſplendidè
ac regiè nos exceperis, vt huius tuæ lautitiæ, huius ſplendo-
ris, & magnificentiæ obliuiſci minime vnquam poſsimus;
tamen in memoria tua, atque in amore tuo magis delecta-
bimur, & acquieſcemus quam in omnibus lautitijs, deli-
tijsque conuiuij, quibus nos oblectaſti. *Vinum Quid.*

Iam vero quod ait ſe vinum præ vberibus oblituram,
nuptiales ait epulas ſibi tanti non eſſe, quanti eius collo-
quium, atque conuictus; quæ illi dulciora ſuper mel, & fa-
uum. Vini enim nomine conuiuium ſignificatur, vt in ſa-
cris litteris paſsim offendas, & in humanis *Regna vini* dixit
Horatius, id eſt, conuiuij. Pro vberibus autem *Amores*, He- *Vbera Quid.*
bræi ſupponunt: quia in illis lactea & dulcia verba, omneſ- *Prouerb. 5.*
que amatoriæ blanditiæ ſignificantur. Prouerb. V. *Si te la-*
ctauerint peccatores, ne acquieſcas eis, & cap. XVI. *Vir iniquus*
lactat amicum ſuum. Hoc eſt promiſsis ac blandimentis indu-
cit in fraudem. Iſaiæ LX. *Et ſuges lac gentium, & mammilla* *Isaiæ 60.*
Regum lactaberis. Item Oſeæ II. & ſæpe alijs. Clemens etiam *Clem. Alex.*
Alexandrin. lib. I. Pedag. cap. VI. doctrinæ ſymbolum in la-
cte atque amoris agnoſcit: non ſecus atque in ſanguine,
quæ cum ex lacte fiat, rurſus tranſit in lac. *Idem ergo ſanguis,* *Lac amoris*
& lac eſt ſymbolum Domini affectionis & doctrinæ. Sed de *ac doctrinæ*
hoc ſymbolo hiſque locis in II. Singularium volumine ex *Symbolum.*
profeſſo dicemus. *Pſal. 18. iux-*

Ex hoc ritu illa ſimilitudo, deſumitur Pſalmo XVIII. *ta lxx.*
qua Sol ſponſo procedenti de thalamo comparatur. *Et ip-*
ſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Nēpe vt ſponſi ad-

 uentum,

uentum prælucentes pueri,puellæ ve prænunciant, vt illſe facum ac lampadarum ſplendor illuſtrat, & amicorum comitatus honeſtat:ita Soli ſeſe aperienti facem Auroræ præfert;aut potius Lucifer, ac matutinæ luces præeunt venientem.Ita Orpheus in Hymno in Auroram.

Orpheus.

Nuntia Titanis celeris lateque nitentis.

Aurora vt Sponſa in curru.

Auroram verò tanquam ſponſam curru vehi ſolitam, Græci Romanique finxere:cui loco pueri patrimi matrimique facem Lucifer luceret.Nam apud Ægyptios, Græcos, Pœnoſque ſponſæ ſellæ inſidentes, curruque ſublime vectæ à parentum domo in mariti domicilium deducebantur. Auctor Apuleius Apologet.I I. Pollux lib. I I I. Onomaſt. cap. III. Heſiod. in Scuto Herculis: multique alij, de quibus Briſonius de ritu nuptiali. Nec deſunt illi puellæ,quæ choros ducant:ſtellæ enim apud Tibullum lib.I I. Eleg. I. Chorum habent,& matris currum ſequuntur.

Tibullus.

Ludite,iam nox iungit equos,currumque ſequuntur
Matris laſciuo ſidera fulua choro.

Nam quia *manētes in ordine,& curſu ſuo*(vt habetur Iudic.V.) quaſi ad numerum mouentur, Philoſophi quidam veteres cæli armoniam,& concentum quendam excogitarunt.

(.?.)

CAPVT.

CAPVT. XXIII.

QVÆNAM LVCERNÆ illæ ſeruorum expectantium Dominum reuertentem à nuptijs Lucæ XII. Sponſus ne ille, an conuiua. Mos antiquus de præcinctu ſeruorum miniſtrantium. Ingenui diſcincti accumbunt, niſi milites. Item de conuiuis à cœna deducendis domum cũ lucernis. Mos ruſſeas faſciolas geſtandi. Filij, & amici Spõſi, idem qui ſerui, qui olim familiares dicti. Athenis magiſtratus quidam oculi dicti.

NON diſsimilis apud Lucam ſimilitudo ſer-
uorum, quos admonet Chriſtus, vt lũbos
præcingant, & accenſas in manibus lucer-
nas teneant, reuertentem à conuiuio do-
minum præſtolantes. Venit tamen in dubiũ
Sponſus ne ille fuerit an conuiua, quẽ ex- *Luc. 12. cap.*
pectare monentur. Verum qui mediocriter antiqua guſta- *explicatus.*
uit, facilè viderit illum non Sponſum eſſe, ſed aliquem ex
his, qui ad nuptiales ſunt epulas inuitati. Sponſo enim ac
Sponſæ, non pueros, ſed puellas ſupra diximus præluxiſſe.
Huic autem neque viri neque feminæ in via prælucẽt, ſed
cum lucernis domum excipiunt venientem. Lucernæ igi-
tur illæ non nuptiales, neque tricliniares, ſed domeſticæ
atque vulgares, nimirum ex ijs quæ non ſub modio ſed
ſuper candelabro ponuntur, vt luceant omnibus qui in
domo ſunt. Nec vllus hic peculiaris mos præter cõmu-
nem omnium gentium attingitur, quibus noctu, in vul-
gari vſu lucernæ. Etquidem in expectatione Domini ve-
nientis, apud Plautum in Anphitruone Scena I. reperiun-
tur: vbi Soſia ſeruus Amphitruonem herum ſuum ex
portu Perſico aduenientem, ante domus fores cum
lucerna præſtolatur. *Nonne me huc herus miſit meus?*

Nonne ego nunc hic ſto ante ædes noſtras? non mi eſt laterna in
Lucernati *manu?*
ſerui domi- Sed quid eſt cur lumbos præcincti debeant occurrere ve-
nũ expectãt. nienti? an quia ſic expeditius poſſunt huiuſmodi æque atq;
alia obire munia ſerui? an quia mos gentium communis
Præcinct.i mi Hebræis: apud quos præcincti ſerui miniſtrant viri fœmi-
niſtrant. næq; imo ideo expediti quia præcincti. Horat. lib. I. Serm.
Satyr. VIII.

Horatius.

> *Vidi egomet nigra Succinctam currere palla*
> *Canidiam:*

Et lib. II. Satyr. VI.

> *His vbi ſublatis puer alte cinctus acernam*
> *Gauſape purpureo menſam præterſit.*

Et Sat vlt.

> *Præcincti rectè pueri comtique miniſtrant.*

Apuleius. Apulei. lib. II. de puella miniſtrante: *Foris linea tunica mun-*
dulè amicta, & ruſſea faſciola prænitente, altiuſcule ſub ipſas pa
pillas ſuccincta, illud cibarium vaſculum floridis manibus rotabat
Mos ruſſeæ *in circulum.* Vbi veterem geſtandi ruſſeas faſciolas morem,
faſciæ geſtã- de quo lib. I. cap. II. animaduertas velim, qui communis
dæ. pueris feminiſque: ea certè perſuaſione, quam dixi, quod
tutos ſe præſtari putarent. Quanquam id per ſe ſplendidũ
atque ſpecioſum in ornatu. Itaque inter alia principũ mu-
nera, faſciæ purpureæ pueris, feminiſque datæ. Suetonius
de Caligula. *Congiarium populo bis dedit trecenos H S. toties*
abundantiſsimum epulum Senatui & Equeſtri ordini, etiam con-
iugibus ac liberis vtrarumque, poſteriore epulo forenſia inſuper vi-
ris: pueris, ac feminis faſcias purpuræ ac conchilij diſtribuit. Non
præteribo Philonem Iudæum, qui lib. de vita contemplat.
de Græcorum, Barbarorum, Romanorumque more, quod
Philo. Iud. Romanorum dicit inuentum, ita ſcribit. *Ex ijs minores pueri*
(De ſeruis eſt ſermo) *Pincernas agunt, grandiores aquam af-*
ferunt, & nitidi, fucatique ac cincinnati (alunt enim capillitium)
vel omnino intonſi, vel à fronte tantum præſectis in orbem crinibus,
tenuiſsimas, candidaſque præcincti tunicas, anteriore parte ad ge-
nua demiſſas, poſteriore ad poplites, vtrinque mollibus tænijs aſ-
tricti commiſſuras tunicæ, propendentibus ad latera finibus. Sic or-
nati

nati eſtant nutus obſeruando, quid quiſque velit. Seneca lib. de beata vita, cap: XVII. *Quare pædagogium pretioſa veſte ſuccingitur.* Linteis vero ſuccingi ſolitos idem docet, *Ad hoc præſto aderit miniſtrorum ornatiſsimorum turba linteis ſuccincta*, &c. Suetonius in Caligula: *Quoſdam Senatorum ſummis honoribus functos ad eſſedum ſibi currere togatos, per aliquot paſſuum millia: & cenanti modò ad pluteum, modò ad pedes ſtare ſuccintos linteo paſſus eſt.*

Seneca.
Linteis cincti miniſtrāt.

Philo etiam Iudæus in lib. De vita contemplat. cum de Therapeutis, ſiue contemplantium ſecta ſcriberet; *Diſcincti autem*, inquit, *& promiſsis tunicis accedunt ad miniſtrandum, vt abſit omnis ſeruilis ſpecies ab hoc conuiuio.* Etenim ingenui diſcincti accumbebant. Teſtimonia paſsim apud auctores reperias, ſed ſatis eſto vnicum Trebellij Pollionis in Salonino, qui de militibus cum imperatore diſcumbentibus: *Nam cum cingula*, inquit, *ſua plerique militantium, qui ad conuiuium venerant, ponerent: hora conuiuij Saloninus puer, ſiue Gallienus his aureos conſtellatoſque baltheos rapuiſſe perhibetur: & cum eſſet difficile in aula Palatina requirere quod periiſſet, ac tacitis militibus viri detrimenta pertuliſſent, poſtea rogati ad conuiuium cincti accubuerunt. Cumque ab his quæreretur cur non ſoluerent cingulum, reſponddiſſe dicuntur, Salonino illud deferimus. Atque hinc tractum morem, vt deinceps cincti cum imperatore diſcumberent.*

Philo. Iud.
Ingenui diſcincti accumbunt.
Trebellius Pollio.

Eundem apud Hebræos morem fuiſſe, ex Euangelio cōſtat: nam & lumbos iſti præcingere iubentur, & non multo poſt de Domino dicitur quod præcinget ſe: vbi Syriaca verſio: *Præcinget lumbos ſuos.* Chriſtus autem cum ſeruilem in modum ſe comparat ad lauandos diſcipulorum pedes, linteo ſuccingitur. Precingi ergo cum iubentur, parati ad occurrendum eſſe iubentur, quod autem cum lucernis, id vero non ex peculiari aliquo ritu, vt opinor, ſed quia neceſſe erat in obſcuratione noctis adhiberi lucernas. Et miror ſine his á domo conuiuij rediiſſe, hominem præſertim grauem ac nobilem qualem eſſe oporteret eum, qui ſeruos haberet, & quidem aduentus ſui expectatione ſuſpenſos:

A conuiuijs redibant cũ lucernis.

Apud Romanos quidem cum lucernis aut lampadibus domum deducti conuiuæ. Hinc prælucentes ſerui Latinis, qui Græcis *Daduchi*. Meminit Suet. in Auguſto. cap. XXIX. de ſeruo per nocturnum iter Domino prælucente, quem fulgur exanimauit: & ſcribit Athen. in Cœna Cleopatræ Æthiopicos ſeruos qui conuiuis domum redeũtibus prælucerent, ab ea datos eſſe. Scilicet quia noctu redibãt vnde Alexis in Midone:.

Athenæus,

Alexis.

Geſtare primus qui lucernam reperit
Noctu, digitos curabat ille prouidè.

Dio Caſſ.

Dio Caſſius lib. XLIX. *Seianus Floralibus ad ridendum Tiberium (caluus enim erat) omnia caluorum miniſterio, ad noctẽ vſque peregerat, lumen quoque diſcedentibus à theatro per puerorum raſis capitibus quinque millia præbuerat.* Epicharmus in Spe ſiue Pluto apud Athenæum lib. VI. cap. V.

Epicharmus

Nam multum edens bibenſque multum protinus
Diſcedo, lucernam puer nec fert mihi.

Oenoptæ Athen. qui magiſt.

Athenis vetitum cũ lucern. ambulare.

Apud Athenieſes Oenoptæ (nomen eſt magiſtratus) lychnos funaliaque dabant cenantibus: quamobrem Oculi appellabantur. Sed vetuit Athenion tyrannus noctu cum lucernis incedere. Athenæus lib. V. cap. II. *Iuſsit præterea per præconem, vt omnes occidente ſole domi ſe continerent, nulluſque cum lucernis incederet.*

Romanis vſitatum.

Iuuenalis

De Romanorum more Iuuenalis Satyr. III. ita ſcribit.

Cauet hunc, quem coccina læna
Vitari iubet, & comitum longiſsimus ordo:
Multum præterea flammarum, atque ænea lampas.
Me quem luna ſolet deducere, vel breue lumen
Candelæ, &c.

Valer. Max

Liuius.

Valerius autem Maximus lib. III. cap. VI. & Suetonius de viris illuſtribus. C. Duillio conceſſum affirmãt vt prælucẽte funali, & præcinente tibicine à cena rediret: de quo Liuius in Epitome lib. XVII. *CN. Duillius Cos. aduerſus claſſem Pœnorum proſpere pugnauit, primusque omnium Romanorum ducum nanalem duxit triumphum: ob quam cauſam ei perpetuus honos habitus eſt, vt reuertenti à cena tibicines*

canerent,

tenerent, & funale præferretur. Florus autem lib. II. longe *Florus.*
aliter: *Victor ergo apud Liparas merſa & fugata hoſtium claſ-*
ſe, primum illum maritimum egit triumphum: cuius quod gaudiũ
fuit, cum Duillius imperator non contentus vnius diei triumpho
per vitam omnem vbi à cena rediret, prelucere funalia, præci-
nere ſibi tibias iuſſit, quaſi quotidie triumpharet. A quo ſtat
Cicero in Catone, qui, *C. Duillium,* inquit, *qui Pœnos pri-* *Cicero.*
mus deuicerat, redeuntem à cena ſenem ſæpe videbam puer: de-
lectabatur crebro funali, & tibicine, quæ ſibi nullo exemplo pri-
uatus ſumſerat. Tantum licentiæ dabat gloria.

Sed apud Hebræos alia ratio, ſerui enim intra ædes do- *Serui apud*
minum præſtolantur. Quare non rectè explicant, qui ita *Hebræos vt*
explicant. *Et vos ſimiles hominibus qui comitantur Sponſum.* *Dominũ ex-*
Nam neque Sponſus ille, ſed conuiua, neque comitãtur *pectent.*
alteri, ſed expectant. Comites vero Sponſi, filios Spon-
ſi appellari putant nonnulli, Math. IX Mar. II. & Luc. V
Sed ego filios, & amicos, & familiares Sponſi pro ſeruis *Amici, & fa-*
accipi cenſeo: quod ex antecedentium & conſequentium *miliares Spõ-*
cohærentia facilè intelligetur. Olim verò ſerui familiares *ſi.*
dicebantur. Senec. Epiſt. XLVII. *Ne illud quidem videtis* *Seneca.*
quam omnem inuidiam maiores noſtri Dominis, omnem contume-
liam ſeruis detraxerint? Dominum patrem familias appellauerunt,
ſeruos (quod etiam in mimis ad huc durat) familiares. Adluſiſſe
videtur etiam ad hunc morẽ Caſsiodorus Variar. lib. VI. E-
piſt. XII. in qua comitiuam primi ordinis imperator viro
illuſtri largitur, atque ita monet. *Sed vide ne quis te præcedat*
opinione, qui ſequitur dignitate. Alioqui graue pondus in-
uidiæ eſt, ſplendere cinguli claritate, & morum
lampade non lucere. Vbi & de præcin-
ctu lumborum, & de lucer-
nis mentio.

(,?.)

XI CAPVT.

CAPVT. XXIIII.

SIMILIS SATVRNALIVM MOS ab Hebræis in ſeruorum curatione vſurpatus. Eorum varia genera & munera. Explicati loci ex Lucæ Cap. XXII.

Cena ſeruis data, et miniſtrantibus Dominis.

DEnique vt definiã, videtur hoc loco Chriſtus, ſimilem (quod ad ſeruorum curationem attinet) Saturnalium morem Hebræis in vſu fuiſſe, ſignificare, cum dicit: *Dico vobis quod præcinget ſe, & faciet illos diſcũbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Vbi cænã videas fidelibus ſeruis pro mercede nauatæ diligẽter operæ à Domino appoſitam, & eo quidem ipſo diſcumbentibus miniſtrante. Qui mos Kal. Martijs à feminis Romanis, à viris vero in Saturnalium celebratione Solemnis: nec alia certe de cauſa, vt Macrob. tradit. *Seruis,* inquit, *cenas apponebant matronæ, vt Domini Saturnalibus: illæ, vt principio anni ad promtum obſequium, honore ſeruos inuitarent: hi, quia gratiam perfecti operis exſoluerent.* Probat hunc morem Seneca, atque adeo ſuadet Epiſt. XLVII. cuius hæc ſunt. *Serui ſunt? imo humiles amici.* Paulo poſt: *Non eſt mi Lucili, quod amicum tantum in foro, & in curia quæras, ſi diligenter attenderis, & domi inuenies.* An non Sapiens Ecleſ. VII. ſeruum ſenſatum æquè diligi atque animam imperat, & pari atque fratrem humanitate tractari? Huc Attij verſus ſpectant.

Macrobius.

Macrob. lib. 1. c. 10. Dio lib. 58. Athenæus lib. 14 Lucianus in in Dial. Satur. Seneca. Cap. 33.

Exercent epulas læti, famuloſque procurant
Quiſque ſuos.

Alexandrides etiam in Proteſilao, apud Athenæum lib. IIII. cap. II. Cotyn Regem Thracum ſuccinctum ſcribit in cõuiuio miniſtraſſe cum filiam Iphicrati collocaret. *Hominũ vero ſqualidos capillos habentium multitudinem infinitam prope*

butyrum

butyrum cenaſſe ferunt. Lebeteſque æreos maiores fuiſſe duodecim clinis lacubus, & ipſum Cotym ſuccinctum, ius in choa argentea ferre, cratereſque guſtantem, prius cæteris omnibus ebrium fuiſſe. Antiochus prætereà Syriæ Rex idem feciſſe ſcribitur ab eodem lib. V. cap. IIII. *Sternebantur in conuiuium ſæpe mille triclinia: quæ tamen ad mille ducentorumque numerum cum magnificentiſsimo apparatu accedebant: rerumque ipſarum conatus per Regem ipſum fiebat, qui cum coquum haberet frugi, per pompam ipſam percurrebat, hos quidem iubens præcedere, illos autem ſe firmare. Inter potandum etiã ipſe in introitu conſiſtens alios introducebat, alios faciebat diſcũbere. Seruos prætereà cibos ferentes ipſe introducebat, atque circumiens hic quidem accumbebat, ibi verò ſedebat.* Video etiam II. Reg. cap. XI. Dauid Regem militem ſuum Vriam tametſi diuerſaretur inter ſeruos, ad ſe vocaſſe *Vt comederet coram ſe & biberet.* Et hoc ſane illud eſt gaudium ad quod Chriſtus fidelem ſeruum inuitat: *Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſuprà multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* Ideſt, recumbe, & paſcere cum Domino tuo. Gaudium enim de conuiuio dicitur. Horat. lib. IIII. Ode. XI. Phyllidem ad epulas ſic inuitat,

2. Reg. 11

Gaudiũ pro cena nuptiali.

Horatius.

> *Vt tamen noris quibus aduoceris.*
> *Gaudijs,* &c.

Iuuenalis diſtinctè Satyra XV.

Iuuenalis.

> *Ne magna gaudia cenæ*
> *Sentirent poſitis ad templa, & compita menſis.*

Sed quod eſt illud munus cui ſe illum dicit præfecturum, ſupra multa conſtituendo? Nam alias, *Super omnia bona ſua conſtituit eum:* Et *ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore, tritici, menſuram.* Puto illi Diſpenſatoris munus eſſe promiſſum, quod inter ſeruos honorificentius. Seruorum enim duo olim genera, alij ordinarij, qui certum locum, & ordinem ſortirentur in re Domini curanda, vt Diſpenſatores, inſularij, villici, atrienſes, cubicularij &c. Alij vicarii qui ordinariorum mandata exequi tenebantur, cuiuſmodi mediaſtini, ſic dicti, quod in media domo ad imperata omnium excubarent.

Diſpenſatoris munus.

Seruorum genera.

Martialis Ita Martial. ad Maximum.

Eſſe ſat eſt Seruum, iam nolo vicarius eſſe
Qui rex eſt, regem Maxime non habeat.

Ordinarius autem diſpēſator primarius ſeruus habebatur, & pecuniam Domini, atque rationes adminiſtrabat. Ita Suet. in Seruio Galua, cap. XII. *Et ordinario quidem diſpenſatori breuiarum rationum offerenti. Paropſidem leguminis pro ſedulitate, ac diligentia porrexiſſe.* Idem in Othone Siluio, cap. V. *Ante paucos dies ſeruo Cæſaris pro impetrata diſpenſatione. X. Seſtertium expreßerat.* Ex quo facile colligas quanti hoc munus duceretur, quando tanta pro eo impetrando pecuniæ ſumma tributa. Magnum itaque honorem fideli ſeruo ſe habiturum Dominus pollicetur: ſi eum ſuper familiam conſtituat, vt det illis in tempore demenſum.

(.?.)

MARTINI DE ROA EX SOCIETATE IESV, SINGVLARIVM LOCORVM, AC RERVM, LIBER TERTIVS.

CAPVT. I.

IN VNGVENTORVM VSV QVID Hebræis cum alijs nationibus commune. Vnguentis ſparſa pauimenta in ſacris nuptialibuſque pompis, per vias domoſque. Item parietes, theatra, coronæ, & veſtes, capita pedes pectuſque: veſtigia etiam & ſoleæ. Odores etiam incenſi. Ex Pſalmis & Canticis nonnulla illuſtrata.

CVM SVPERIORIS LIbri caput XXI. eruditi quidam viri legiſſent, vbi illa Cant. I. *Trahe me, póſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum,* ex nuptiali Hebræorũ ritu explicuimus, optare ſe vehementer dixerunt, vt quæ de vnguentorum vſu ſparſim apud auctores reperirentur, maximè quod

ad ſacras litteras pertineret, in pauca colligerem, & illud de Sponſi vnguentis vberius explicarem. Neque enim dixiſſe me, aiebant, eſſent ne illa tantum vnguenta quibus Sponſus delibutus eſſet, quorum hauſtus odor puellas attraheret, an etiam quæ in nuptiali cena darentur, quibuſque coronæ conuiuantium, aut etiam tricliniorum pauimenta ſpargerentur. Quibus ego illud inprimis certum mihi eſſe aſfirmaui, conuiuales coronas nihil ad Hebræos attinere, quoniam eius moris apud eos nulla veſtigia cernerentur. Nam cum ſæpe à prophetis eorum in rebus alijs luſus notatus eſſet, nuſquam apud eos vlla de coronis mentio. Facit à me bonus auctor Tertullianus qui in lib. de corona Militis de hoc ipſo diſputans & de Chriſti ſpinea corona: *Romanorũ*, inquit, *militum commentum fuit ex vſu rei ſæcularis, quem populus Dei nec publicæ vnquam letitiæ, ingenitæ luxuriæ nomine admiſit, facilius cum tympanis, & tibijs, & pſalterijs reuertens de captiuitate Babyloniæ quam cum coronis* &c. *Nam neque letitiæ*, inquit, *deſcriptio, neque luxuriæ denotatio de corona decore, aut de decore, tacuiſſet. Adeo & Iſaias, Quoniam inquit, cũ tympanis, & tibijs, & pſalterijs bibunt vinum, dicturus eſſet etiam cum coronis, ſi vnquam hic vſus fuiſſet; & in Dei rebus*, &c. Verum neque olim apud Græcos coronæ: quod Clemens vidit Alexandrin. lib. II. Pædagogi cap. VI. *Cæterũ nec apud antiquos quidem Græcos fuit vllus adhuc coronarum vſus; neque enim proci, nec qui luxurioſam vitam agebant Pheaces eis vſi ſunt.* Cuius rei non ſemel apud Athenæum mentio. Quare nihil eſſe cenſeo cur vnguenta Sponſi ad coronas referantur. De vnguentorum autem vſu ſic exiſtimo: communem fere multis gentibus, atque adeo Chriſtianis etiam, vt paucis oſtendam.

Corona an Hebræis in vſu?

Tertullianus

Clem. Alex.

In ſacris enim nuptialibusq; põpis, & in principibus viris excipiẽdis non ſolũ odores incenſos publicè lego, ſed etiam vnguẽta profuſa. Antiochus Syriæ Rex in põpa, quã in honorẽ Daphnes inſtruxit, ducẽtas ferè puellas induxit, quæ vias vnguẽtis cõſpergerẽt. Athenæus ſcribit lib. V. cap. IIII. *Acceſſerũt et ſexcẽti pueri Regij aurea vaſa habẽtes; mulieres poſtea*

In ſacris nuptialibusq; põpis incenſi et profuſi odores.

Athenæus.

ducentæ

ducenta ferè vnguentis ex peluibus aureis aſpergebant. De incẽſis odoribus idẽ lib. VI. cap. VI. *Athenienſes Demetriũ ex Leucade Corcyraq́; Athenas venientem, non ſolũ ſumorum odoribus, coronisq́; ac vina effundentes exceperunt,* &c. Nõ diſsimili apparatu Metellus Pius in vlteriorẽ Hiſpaniam veniens exceptus, vt narrat Macrobius ex Salluſtio, qui de illo in hũc modũ ſcribit: *At Metellus in vlteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus, magna gloria, concurrentibus vndiq; virili, & muliebri ſexu, per vias et tecta omniũ viſebatur. Cum quæſtor C. Vrbinus alijq́, cognita volũtate cum ad cenam inuitauerant, vltra Romanorum ac mortaliũ etiã morẽ curabãt: exornatis epulis per aulea & ſigna, ſceniſque ad oſtẽtationem hiſtrionum fabricatis. Simul croco ſparſa humus, & alia in modum templi celeberrimi, &c, tum venienti thure quaſi Deo ſupplicabatur.*

Odores incẽſi

Macrob. ex Saluſtio.

Croco ſparſa humus.

At Alexander ille Magnus vnguenta etiam addidit, quibus ſibi ingreſſuro pauimenta ſpargi volebat, addito etiam vino odorifero, vt nihil illi ad Diuinum ſui cultum deeſſet. Teſtem habemus eundem qui ſupra Athenæum lib. XII. cap. VIII. *Conſpergebat pretioſo vnguento vinoque odorifero pauimentum Alexander, myrrhaque & alijs ſuffimentis ſibi ſuffumigari videbat.* Sueton. etiã in Nerone cap. XXV. de eius in vrbem cũ ſolemni pompa ingreſſu. *Incedenti paſsim victimæ ceſſæ, ſparſo per vias identidem croco, ingeſtæq́; aues ac lemniſci, bellariaq́;.* Theatrum quoq; in honorem Traiani croco & balſamo ſparſit Hadrianus, vt auctor eſt Ælius Spartianus in Hadriano. *In honorem Traiani balſama, & crocum per theatri gradus fluere iuſsit.* Sed de theatris mentio etiã apud alios: Propertius enim ſolẽnes crocos ideo appellauit. *Pulpita ſolemnes non oluere crocos.* Sed quando externa retulimus, referamus & noſtra. B. Greg. Nazianz. in laudatione Athanaſij de illius in Alexandrinam vrbem reditu, quem cũ Chriſti in Hieroſolimam ingreſſu contendit: *Hoc vnum* inquit, *interfuit, quod Chriſtum rami ſuſceperunt, & varia indumenta multiplicique florum genere conſtrata ante ipſum proiecta, & ſubiecta fuerũt, &c, erãt autem qui præeundo clamarent &c. Nam quid publicos plauſus commemorem, & vnguentorum* pro-

Vnguento vinoque odorifero pauimẽta.

Suetonius

B.Greg. Nazianz.

rum profuſsiones, & totam vrbem luminibus coruſcantem?

Tricliniorũ pauimenta ſparſa vnguentis. Habes quæ in pompis, accipe quæ in conuiuijs maxime nuptialibus in quibus pauimenta ipſa, & ſtragulæ veſtes vnguentis conſpergebantur. Vnicus eſto auctor Athenæus qui plura ſuppeditabit teſtimonia. Inprimis lib. XII. cap. XX. Demetrium Phalereum narrat ex mille ducẽtis talentis, quos in ſingulos annos ex reditibus caperet, cum perpaucu ca in milites, & reip. adminiſtrationem impẽderet, *Reliqua verò*, inquit, *ob innatam ſibi intemperantiam in conuiuia, quæ ſingulis diebus ſplendida faciebat, & in conuiuarum multitudinem diſsipabat. At Macedones ſumtu, qui fiebat in cœnas, magnificentiaque ſuperabat, elegantia Cyprios ac Phœnices, vnguentorumque guttæ in terram decidebant.* Et lib. XV. cap.

Columbæ delibutæ vnguẽta irrorãt. XVII, de Alexide quodam, *Non enim*, inquit, *alabaſtro perungebatur, cum res ſit quædam temperanea, ſed columbas quatuor dimittebat perfuſas, non eodem per Iouem vnguento omnes, ſed ſingulas proprio quæ circumuolitantes noſtras veſtes, ſtrataque conſpergebant.* Apuleius præterea ſupra lib. VI. *Horæ roſis & floribus purpurabant, omnia gratiæ ſpargebant balſama.*

Sed hæc intra domum, extra in pompis docet idem qui ſupra Athenæus lib. V. cap. V. de pompa Ptolemei Philadelphi. *Has ſexcubitalis ara duplex, hederaceiſque ramis auratis ornata ſequebatur. Viteam coronam auream mitris ſemialbis complexam habens, quam centum & viginti pueri ſagulis purpureis induti, thuſque, myrrham, & crocum in aureis mazonomis ferentes comitabantur.* Nempe vt ſpargerent odores, & incẽderent; nam & thuribula trecenta & quinquaginta aurea, & multo plura ad ſuffumigandum lata fuiſſe narrantur.

Athenæus explicatus.

De coronis autem vnguento perfuſis idem etiã auctor lib. II. cap. VI. *Antalcidæ Laconico ſuam coronam vnguentis perfuſam miſit.* Ideo vbi coronæ ſimul etiam inferebantur vnguenta. idem auctor lib. IIII. cap. I. *Corona rurſus & aurea biletythus vnguento plena, alteraque argentea pari pondere primis illata fuerũt.* Et lib. XV. cap. XVII. *Legi iucundiſsimè*

Coronæ innuſtæ. *viri amici octauum ac vigeſimum Hiſtoriarũ Poſsidonij librũ cum quiddã dicat de vnguentis, quod obſeruaui non alienum ſane à noſtro*

ſympo-

Sympoſio: ſcribit enim Philoſophus in Syria in conuiuijs regijs, vbi corona datæ fuerunt conuiuis, quidam Babyloniorum vnguentorum paruos vtres habentes ingrediuntur, atque circumeuntes longè coronas ex his accumbentium conſpergunt, atque irrorant vnguentis, nihilque aliud externum rigant. Rectè hoc vltimum notat, quia non factum aliorum exemplo qui ſtragulas veſtes, & conuiuantes ipſos aſpergere ſolebant. Tantus hac in re luxus vt vnguenta etiam pretioſiſsima, quaſi nihili eſſent ſine modo profunderentur. Antiochus illuſtris dicenti ſibi priuato cuidam, Beatus es o Rex, qui ita magnificè oles: vas pluſquam duas Choas habentem craſſi vnguenti in caput illius effundi iuſsit, ita vt multitudo virorum forenſium in effuſum conuolueretur: mox cum lubricus factus eſſet locus, ipſe etiam Antiochus cecidit ridens, quod paſsi ſunt eorũ complures, qui lauabantur. *Athenæus lib. 10. c. 12.*

Denique vt alia multa prætéream quæ de capitis, pedũ, pectoriſque aliorumque membrorũ vnguentis facile apud eos, quos laudaui auctores, reperientur, Clemen. Alexandrini tantum vtar teſtimonio, quod vnum pro multis eſſe poteſt, quandoquidem nihil fere non vnctum affirmat. in libro igitur II. Pedagogi cap. VI. de feminis loquens. *Atque eæ quidem,* inquit, *& ſua veſtimenta, & veſtes ſtragulas, veſteſque ſuas ſuffumigant, atque ipſas propemodum matulas olere cogunt vnguenti delitia.* Quin & veſtigia pedum ac ſoleas vnguentis oblitas, à viris, feminiſque Plinius docet lib. X. cap. III. & Plautus in Aulular. ſed vide vt etiam parietes & ſolia, ſcribit ibidem Plinius, *Nec non aliquem ex priuatis audiuimus iuſsiſſe ſpargi parietes balnearum vnguento: atque Caium Principem ſolia temperari: ac ne principale videatur hoc bonum, & poſtea quendam ex ſeruis Neronis.* Huc etiam ſpectat illud Amphidis in Vlyſſe apud eundem lib. XV. cap. XVI. *Clem. Alex.* *Amphis in Vliſſe.*

Texiſſe muros vellere & Mileſio,
Vnxiſſeque vnguento ſtatim Megallio.
Perfundite, & fumis bonis mox regiam.

De Deorum inunctis veſtibus apud Homerum legas cum *Deorum veſtes inuncta.*

de Iunone loquitur.

Homerus.

Ambroſia primum prædulci corpore ſordes
Abluit, inde cutem niueam, peploque perunxit,
Diuino, fuerat illi quod forte ſacratum:
Cuius odor moti, venit Iouis atria firma;
Sed tamen & vaſtas terras cælumque petiuit.

Sed hac de re dictum à nobis alias eſt cum de ſignis inunctis & Deorum ſimulacris, de quibus etiam in eo, qui eſt de die natali dicemus.

Solebant autē veteres nō caput modo & pedes, vt dixi ſed pectus etiā vnguentis illinere non ſolum ob boni odoris gratiam, ſed quia vitæ atque animæ ſedem in corde ſitam eſſe arbitrabātur, quod Athenæus docet lib. XV. cap. XIIII. vt ſæpe de pedibus capiteque conuiuantibus inunctо: à quo, & item ab alijs Fuluius Vrſinus in Appendice de Triclinio Romano. Sed conuiuis non ſolum inuncti pedes, aut caput, ſed data etiam inter apophoreta, ſiue corollaria vaſa magni pretij vnguentis plena: quod idem docet Athenæus non raro, ſed maximè lib. IIII. cap. I. vbi de Carani Macedonis conuiuio: *Ingreſſæ poſtea ſunt aliæ, quarum ſingulæ duas lecythos vnguento plenas, aureiſque loris religatas attulerunt, hanc quidem argenteam, illam verò auream Cotylæ capacem, atque ſingulis conuiuis obtulerunt.* Idque ſæpius ibidem factum narrat.

Athenæus.

Vnguenta data pro corollario.

Quanquam ad condiendum etiam vinum miniſtrata interdum vnguenta: vnde vinum odoriferum, quo Alexandrum proximè diximus pauimenta ſparſiſſe, docet præter Athenæū Pollux, Plinius, & Clemens Alexand. quos Hieronymus Mercurialis in Varijs laudat. De vnguentis ſatis, tam ad id quod initio propoſuimus, id eſt ad Hebræorum circa illa mores quos aggrediamur.

Vinum odoriferum.

APPEN-

APPENDIX AD CAP. I.

DE VNGVENTORVM VSV APVD *Hebræos, ex quo nonnulla ex ſacris literis, maximè ex Canticis explicantur.*

DIco igitur illud inprimis vulgare eſſe, Hebræos inter conuiuiorum delitias vnguenta etiam adhibuiſſe, quibus caput, pedeſque cõſpergerent, Teſtimonia decurſa à multis & decantata ſunt, ſed à noſtro Ezechielis eruditiſsimo interprete Hieronymo Prado, ſatis doctè, ſatis diligenter explicata ad Ezechielis caput XXIII. Sed aio videri præterea Hebræos pectus & aſperſiſſe vnguentis & floribus compleuiſſe, ex aliarum gentium more, quæ pectus etiam inungebant, & quidem mammas feminæ. Antiphanes in Zacyntho.

Pectus delibutum unguentis.

Antiphanes.

Lauatur vere, ſed quid ex auro coniuncta pelui? vnguento
Ægyptio pedes prius, mox et manus:
Phœniceo mammas, ſimulque ambas genas.

De viris Alcæus apud Athenæum lib. XV. cap. XIIII. *Suaue,* inquit, *effudit nobis vnguentum infra pectus.* Et Anacreon morem iſtum, eiusque cauſam ſimul docet ibidem. *Præmium protendis Syringum caua pectora vnguento perunctus, cum pectora vngi vnguento iuſſus fueris, in quibus eſt cor, velut quod recreetur ſcilicet ſuauibus odoribus:* addit præterea ex ſuo Athenæus: *Hoc non ſolum faciebant boni odoris gratia, cum is ex pectoribus iuxta naturam eleuaretur ad odoris ſenſum, ſed idcirco quod animæ ſedem in corde collocatam eſſe arbitrabantur.*

Alcæus.

Anacreon.

Ita Cant. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Vbi pectus ſiue vbera vnguenta redolere dicuntur. Scilicet quia pectus maximè vngebatur, quod vitæ ſedes habetur. Ita etiam infra. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.*

Canti. 1. lux allata.

Faſciculum enim florum in ſinum intra vbera conniicit, puellarum in morem, quo fulciatur vicinum cor. Nam & alibi, *Fulcite*, inquit, *me floribus, ſtipate me malis quia amore langueo*. Clearchus autem Solenſis in amatorijs flores & mala agnoſcit, & numerat apud Athenæum lib. XII. cap. XIII. & quidem, *ad conſolationem*, vt ait, *& animi confirmationem*. Tertullianus ad munditiam, & ornatum retulit in lib. De corona militis. *Coronam ſi forte faſcem exiſtimas florum per ſeriem cõprehenſorum, vt plures ſimul portes, vt omnibus pariter vtaris: iam vero & in ſinum conde, ſi tanta munditia eſt, in lectulum ſparge, ſi tanta mollitia eſt: in poculum crede, ſi tanta innocentia eſt. Tot modis fruere, quot ſentis.* Sponſa igitur, vt quanto ſponſi deſiderio teneretur exprimeret; *Oſculetur*, inquit, & c. Quaſi dicat, tametſi eiuſmodi eſt puellarum ingenium, vt nuptialem vrgeri ſibi diem exoptent, vt nuptialibus gaudijs, cõuiuiorum lautitijs, odoribuſque fruantur: ego verò nihil malim præter ſponſum ipſum meum, quem præ rebus omnibus diligo. Oris ego illius ſpiritum ex medio corde exiſtentem hauriam, & amorem ex imo pectore exſugam, qui mihi pro cibo potuque, pro vnguentis omnibus atque odoribus erit; hoc vno paſcar, hoc vno refrigerer atque oblecter: quia meliora ſunt vbera illius, ideſt amores, vino, hoc eſt delitijs omnibus.

Flores et mala amantium Symbola.
Clearchus.
Tertullian.

Addo etiam ab Hebræis ueſtes, & ſtrata vnguentis cõſperſa. De ſacris veſtibus res nota, nam vnguentum legimus ex capite in barbam Aaron, & inde in oram veſtimẽti defluxiſſe: & Pſal, XLIIII. Regis veſtes vnguentis delibutæ narrantur, & quidem ad nuptias. *Mirrha, & gutta, & caſſia à veſtimentis tuis, & c. ex quibus delectauerunt te filiæ Regũ in honore tuo.* Ideſt, in die nuptiarum, cum nobiliſsimo pulcerrimoque virorum pariter ac virginum comitatu cohoneſtatus vxorem duxiſti. Geneſ. etiam XXVII. Eſau veſtes valde bonas, ſiue deſiderabiles, ſiue perpulcras mundiſsimaſque, vt variè legitur; vnguentis illitas ex aromatibus varijs, floribuſque confectis, vel illa ſignificant, quæ de Iacob dicuntur. Is enim odoratus veſtimentorum eius fragrantiam,

Veſtes vnguent. ſparſæ
Pſal. 44.

tiam, dixit, *Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni* Siue vt Syrus vertit, ſicut *Odor agri referti germinibus & plantis bene olentibus.* Illi etiam Cant. de Sponſæ veſtibus dixit Sponſus. *Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.* *Geneſ. 27.*

Strata etiam apud Hebræos ſuffimentis odoribuſque cõſperſa. Cant. I. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.* Nempe quia ſtrata ipſa & lectus vnguentis reſperſus, & ſuffumigatus fuerat, & varijs etiam, ſuauiterque redolentibus floribus exornatus. Facit à nobis Hieronymus Mercurialis optimus certè atque eruditiſsimus auctor, Variar. lib. VI. cap. VII. *Etenim,* inquit, *conſueuiſſe vnguenta ſpargi, atque id in animo habuiſſe mulierem* (de peccatrice loquitur) *Ex ſuperius traditis, atque ex ipſius facto ſatis apparet.* Quanquam non negauerim ſuperiori loco vnguentum etiam ſignificari conuiuale, quo in accubitu caput ac pedes vngebant. Sed hoc interdum ita effuſum, vt etiam domum totam odore compleuerit; vt de B. Magdalenæ facto narratur. *Strata etiam* *Hieron. Mercurialis.*

Quem ad morem Sponſa adluſiſſe videtur Cant. I. cum ait. *Oleum effuſum nomen tuum.* Quod perinde eſt ac ſi dicat: Scio te optimis & primis vnguentis delibutum, ſcio ſtrata, cubilia tua, veſtes tuas, myrrham primam, & quæcunque alia ſuauiſsima ſunt, redolere, adeo vt te puellæ omnes vel odoribus ipſis adductæ ſequantur: verum mihi vel nomen ipſum tuum pro omnibus vnguentis atque odoribus eſt, illud me maiori ſuauitate delinit, maiori voluptate permulcet, atque cor meum emollit ac recreat, vt vel eius auditu præ amore colliqueſiat. Satis mihi, inquit, eſt, ſi ſciam ipſa, ſciant etiam alij te Sponſum eſſe meum, meque vxorem tuam dici, & haberi. *Que ſe diga que ſoy eſpoſa de fulano.* Nihil præterea cupio. Hoc meum vnguentum, hoc animi vera ſolidaque voluptas, hoc omnes delitiæ, quas aut nuptiales epulæ aut vnguentorũ conditiones afferre potuiſſent. Amoris exaggeratio eſt: & loquendi modus non alienus: Crates in Vicinis apud Athen. lib. XV, cap. XVI. *Cant. 1. locus illuſtratus.* *Sponſi nomẽ quanti ſit apud Spõſam.* *Crates.*

Multo dulcius ô Iuppiter regio vnguento.

Crates, & Menander. Et Menãder in Reticulo. *Suaue vnguẽtũ, ſuauis puer.* Sed quaſi dicti pæniteret, nouo amoris æſtu correpta: ita eſt, inquit, vt dixi, tanti eſt apud me titulus iſte honorificẽtiſsimus, vt vnus mihi ſufficere poſſet: verum hæc æſtimanti ſatis, amãti non item. *Trahe me, poſt te curremus,* &c. Ideſt, duc me iã vxorem, cupio enim & tua dici, & eſſe.

Iam verò quod addit ſe in odorem unguentornm eius, cum aliarum virginum comitatu curſuram, ſiue ad ea referas vnguenta, quibus ipſe eiuſque veſtes delibutæ ſunt, ſiue ad ea quæ in eius domo, & lectulis aſperſa, rectè feceris: nam vtrumque vſitatum. Sed quid ſi dicas non alienum videri, vt ea etiam intelligantur vnguenta, quibus viæ in nuptiali pompa conſpergerentur? nõ prorſus abſurda coniectura, quando & ſponſi tanta dignitas tantæque opes, tantuſque in ſponſam amor, vt ad iſtam etiam vnguentorum profuſsionem impulerint, cum amoris erga illam, tum ſplendoris & magnificentiæ ſuæ oſtentãdæ gratia: ſed cum neque auctorem habeam, neque id aliunde cognouerim apud Hebræos aliquando vſurpatum, affirmare non audeo.

Vnguenta apud Hebræos an in vijs profuſa.

Sed quid ſi etiam vinum apud illos vnguentis condĩtum? Nec enim apud alias nationes nouum, vt ſupra docuimus, & ſunt qui Hebræis id putẽt in vſu fuiſſe, vt Mercurialis tradit in Varijs. Adiuuat coniecturam locus ille ex Sap. II. vbi, *Vino,* inquiunt illi, *pretioſo, & vnguentis nos impleamus.* Pretioſum intelligo generoſum, aromatibusque conditum; cuiuſmodi illud quod Alexander ſibi effundi iubebat, & quo Atheniẽſes Demetrium exceperunt. Eſt etiam apud Plautũ vini nardini mentio in Milite,

Vinum vnguẽtis conditum.

Dimiſit nardini vini amphoram cellarius.

Qua de re Plinius lib. XIII. cap. III. & ſæpe Dioſcorides. Quanquam ſuperiori loco, ad conuiualem luxum referri poſſet vnguentum, quod adhibitum eſſe in Hebræorum cenis non ſemel diximus. Sed quod addunt, *Coronemus nos roſis ante quam marceſcant,* dubitationem affert; docuit enim Tertullianus ſupra laudatus Coronarum

Vinum nardinum. Plautus. Plinius lib. 13. cap. 3

ſum apud Hebræos nullum fuiſſe vſum. Dico igitur ideo notatum eſſe illorum luxum, quia præter morem etiam coronarentur: deinde coronandi verbum aliter accipi poſſe, vt ſit idem quod paulo ante dixerat, *Impleamus*, ſiue cumulemus nos roſis; nempe faſciculos colligamus, quos naribus admoueamus, quibus thoros ſternamus ad conuiuandum &c. De hac verbi poteſtate Athenæus lib. XV. cap. V. quam vulgarem eſſe in ſacris, noſter Hieronymus Prado erudite docet ad cap. Ezech. XXVI. Atque hæc modò de vnguentis: nam cætera aliàs dabimus.

CAPVT. II.

VIATOR QVID IN SACRIS HUMANISS. litteris. Prouerb. locus ex cap. VI. & XXIIII illuſtratus & explicatus: vbi, cur egeſtas viatori, & viro armato comparetur, ſubtilius exquiritur. Malum quid.

INCIDI aliquando in eruditorum coronam, huus ſeculi circulis haud ſimilem: in his quippe nihil niſi de aliorum vita, et moribus, per ſummam licentiam deteritur: in illa, de diuinis rebus per ſummam pietatẽ agebatur. Illatus enim ſermo erat de paupertatis, & viatoris ſimilitudine, qua deterrere ab otio mortales Sapiens contendebat, VI. Prouerbiorum in hunc modum. *Et veniet tibi quaſi viator egeſtas, & paupertas quaſi vir armatus.* Vbi & de loci ſententia, & de varietate lectionum multa exiſtebant, quæ dubitationem efficerent. Enim verò LXX. viri ita legunt. *Deinde ſuper venit tibi tanquam malus viator paupertas, & egeſtas tanquam bonus curſor.* Symachus, *Quaſi vir clipei*, Theodotio, *Quaſi haſtifer.* Chaldæus. *Quaſi vir rectus.* Græce ſicut Kacos odoiporos. Sicut malus curſor, ſiue viator. Hæc igitur cum inter ſe diligentius agitarent, Iſido- *Prouerb. 6* *Symachus.* *Theodotio*

rum Clarium laudauit vnus, qui ex aliorum etiam ſententia locum ita explicat. *Si paululum quieueris, ac laboribus peperceris, & tamen irruerit egeſtas, illa non durabit, ſed veluti viator pertranſiuit, & veluti vir armatus qui non manet, ſed ſemper progreditur, donec venerit ad aciem belli.* Sed hoc certè quàm cum ſuperioribus non cohæreat, non eſt cur pluribus dicam, ſatis enim apparet otium, atque deſidiam hoc loco reprehendi, laborem ac diligentiam in formicæ Symbolo commendatum: deterreri proinde mortales ab otio, incitari ad diligentiam egeſtatis incommodo ante oculos poſito.

Iſidor. Clar. reiecta ſententia.

Loci explicatio.

Quare melius alij qui ad inopinatum viatoris aduentū, & curſoris celeritatem, ac vires armati ad opprimendum reſpiciunt, & contra interpretantur. Si ceſſaueris, de inprouiſo egeſtas adueniet, quemadmodum curſor aliquis, aut viator ſubito, & inexpectatus adeſt: & tanquam vir armatus ſic hominem opprimet, vt eam non poſsit effugere. Ego vero ſic opinor, locum illum maiorem habere vim, quàm quæ vulgo illi tribuitur: & viatoris nomen non eſſe ſimpliciter capiēdum pro eo, qui iter agit. Viatores enim ij olim dicebantur, qui magiſtratibus aderant, & ciues vt ſe ſiſterent, euocabant, aut etiam prehendebant, qui nunc *Alguaziles o porteros.* Cicero de Senect. *A villa in Senatum arceſſebantur Curius, & ceteri ſenes: ex quo, qui eos arceſſebant viatores nominati ſunt.* In Vatin. *Miſeris ne viatorem qui M. Bibulum vi domo extraheret.* Viatores etiam in ludis Circenſibus dicebātur, qui huc illuc curſitabant, agitatorum iuſſu, ſi qua forte re egerent. In ſacris autem litteris. *Curſores,* ſiue *emiſſarij* dicuntur Regum, iudicumque miniſtri, qui ſemper illis adſunt parati ad accipienda & præſtanda mandata. 1. Reg. 22. *Et ait Rex emiſſarijs qui circunſtabant eum, conuertimini, & interficite Sacerdotes Domini: Nam manus eorum cum Dauid eſt, ſcientes quod fugiſſet, & non indicauerunt mihi. Noluerunt autem ſerui Regis extendere manus ſuas in Sacerdotes Domini.* Ita autem legitur eadem ſententia, Prouerb. cap. XXIIII. *Et veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua, & mendicitas quaſi vir armatus.*

Viatores qui olim.

Cicero.

Curſores & emiſſarij.

1. Reg. 22.

Prouerb. 24.

Ex

Ex dictis igitur lōge ſignificantius locus explicabitur. *Deſtuydarte has, y quando menos pienſes eſtara contigo la pobreza, como alguazil de entregas con mandamiento de execucion para hazer ſecreſto en tus bienes, y deſpojarte.* Et veniet tibi quaſi viator egeſtas. *No de otra manera que lo haze el ſoldado en el ſaco de la Ciudad, que en la caſa que entra no dexa eſtaca en pared.* Et paupertas quaſi vir armatus. Vide igitur quid miles in captavrbe, quid apparitor in oppignerata domo, aut nexa, & obæratà efficiat, idem enim paupertas efficiet. Vbi ingruerit, nec aurum nec argentum factum infectum ve relinquitur, pretioſa vaſſa & aulea venduntur, nec in agro villa, nec in vrbe ædes, nec in ædibus lectus, nec veſtis in corpore remanet, cuncta vel pereunt, vel nectuntur, aut pignoribus opponuntur. Ea vero quæ proximè ſecuntur, dicta confirmant.

Illuſtratur idem locus.

Paupertas apparitori & militi ſimilis.

Si autem impiger fueris, veniet vt fons meſsis tua, & egeſtas longe fugiet à te. Hoc eſt, quemadmodum paupertas vbi te oppreſſerit, pedem vbi pónas non relinquet, exinaniet domum, bona omnia auferet, ita opes atque diuitiæ domum tuam, fontis inſtar nunquam inſiſtentis, bonorum omnium afluentia complebunt. *Y la mendiguez y neceſsidad no llegara a tu puerta, ni ſe te atreuera.* Et egeſtas longè fugiet a te.

Verſ. alter explicatus.

Iam vero quod LXX. & Græci ita legunt. *Et veniet quaſi malus viator.* Coniecturam adiuuant, malus enim idem valet quod *Cruel, deſapiadado*, qui nulla ratione flecti ad miſericordiam poteſt. Qui nulli rei parcet: qui grauis erit, atque moleſtus, qui damnum atque perniciem afferet. Hæc enim eſt eius vocis poteſtas apud Latinos, atque etiam Græcos: apud quos *To kacon*, cladem, perniciem, detrimentum, damnum ſignificat. Apud illos autem malum id dicitur, quod ferum eſt, quod damnum infert, quod incommoda parit. Horatius in Arte Malam ſcabiem dixit, ideſt feram, vt interpretatur Turnebus libro VI. Aduerſar. capit. XXV. Ita etiam malos fures, & malam ambitionem Satyr. I. libro. I. & Satyr.

Viator malus.

Malū quid.

tyr. VI. lib. II. quia malum importent. Itaque malus viator is erit, qui mala quoquo modo infert, vt ſupra explicuimus.

CAPVT. III.

PVLCRVM DICI QVOD OPTIMVM Maximumque eſt in ſuo genere. Pulcritudinem in Rege commẽdari. Specioſus forma præ filijs hominum cur a Dauide Chriſtus dicatur Pſalm. XLIIII. Virgilij locus explicatus, & alia eiuſmodi.

PVlcri vocabulo tam multa in ſacris, humaniſque literis ſignificantur, vt non ab re facturus videar ſi pauca collegero, quæ aut prætermiſſa ſunt ab alijs, aut nõ rectè intellecta: maximè cum ex his quæ à nobis dicentur, lux ad plurima ſacræ ſcripturæ loca iucundius explicanda ſumatur: de quibus proximis capitibus multa, vbi hoc tertio fundamenta ex humanis literis iecerimus. Ac primum quidem petatur ex Virgilio, qui Æneid. IIII. Didonem, Æneam, & Iulum venatum euntes cum deſcriberet, ita cecinit.

Virg. 4. Æneid.

Nec non & Phrygij comites, & lætus Iulus
Incedunt, ipſe ante alios pulcerrimus, omnis
Infert ſe ſocium Æneas, atque agmina iungit.

Quæſitum à me ſæpius eſt, cur hoc loco Virgilius Æneam pulcerrimum fecerit, quæ res in puerum aptius cecidiſſet: quod & Seruius animaduertit. Alacrem potius & erectum depingere debuiſſet, & corporis æque atque animi viribus florentem, quæ ad venationem ferarum præſertim, cuiuſmodi hæc inſtituta eſt, aptior cõformatio. Quod, & idẽ auctor nõ ita multo poſt oſtendiſſe videtur, cũ illius alacritatem

tem

tem, & ſpiritus egregio viro dignos ex Apollinis ſimilitudine exponens. *Haud illo*, inquit, *ſegnior ibat*

Æneas, tantum egregio decus enitet ore.

Seruius ita exiſtimat. *Pulcritudinem*, inquit, *ei dat, quâ amatur, licet Aſcanio magis congruat.* Scilicet, pulcritudinis tanta vis eſt, vt concepta oculis, atque auribus (nam ijs etiam ſubiicitur auctore Platone, in lib. de Amore) mirabiles ſui amores in hominum animis excitet. Vt non ab re Xenophon. lib. V. de Pædia Cyri, à pulcris oculos monuerit alertendos, quod ignis quidem vrat homines qui ſe tractant, at formoſi eos etiam accendant, qui ſe procul ſpectant, vt propter amorem æſtuent. Publius Syrus formoſam ſpeciem mutam appellauit commendationem. Ariſtoteles, *Pandos epiſtolin ſiſtaticoteron.* Hoc eſt, quauis epiſtola efficaciorem ad commendandum: Theophraſtus, *Siopoſam apaten*, id eſt, tacitam fraudem, quoniam ſine verbis perſuadet. Socrates apud Platonem, ſummam tyrannidem, quia per vim rapiat quæcunque velit, ſine vi: Carneades Regnum ſine ſatellitio: nam eo pulcros diſtare à robuſtis aiebat Xenophon in conuiuio, quod robuſtum neceſſe ſit laborare, ſi velit bona acquirere: fortem periculis ſe obiicere, ſapientem oratione vti: at pulcrum, vel in ſummo otio, omnia conficere. Hanc autem vim tam magnam eſſe creditum eſt, vt Græci autores dolere illis oculos dicerent, qui rem pulcram atque iucundam aſpicerent, qua tamen frui non poſſent. Vnde opinor natum Prouerbium Hiſpanum: *Ojos que no veen, coraçon que no quiebran.*

Pulcritudinis vis.

Xenophon.

Ariſtoteles.

Teophraſtus

Socrates.

Xenophon.

Victor lib. 2. cap. 5.

Prouerbium Hiſpanum

Hæc pro explicatione Seruij: ſed aptius fortaſſe dixeris Æneam appellatum à Virgilio Pulcerrimum, quòd Rex eſſet, quem maximè forma commendat. Ariſtoteles. I. de Rep. ſcribit, ſiqui reperiantur ea pulcritudine, quam in Deorum ſtatuis cernimus, nemini dubium futurum, quin ij alijs imperare debeant. Et lib. IIII. & VII. Æthiopas ait & Indos in mandandis imperiis, proceritatis ac pulcritudinis habere rationem:

Regem forma commẽdat.

Lucretius, quo illa Lucretij ſpectant ex lib. V. de rerum natura.

Nam facies multum valuit, vireſque vigebant.

Xenophon præterea in Sympoſio Pulcritudinem ait eſſe quiddam Regium natura. Plautus Regiam formam dixit

Homerus. mutuatus ab Homero, apud quem Vliſſes Antinoū ita precatur. *Quoniam vel Regia forma*

Q. curtius. *Te decorat Regi ſimilem.* Apud Curtium etiam lib. IIII. Alexander ad Abdolominum, quem longa quidem cognatione ſtirpi regiæ annexum dicebant, alioqui pauperem hominē & ſuburbanum hortum exigua colentem ſtipe. *Corporis,* inquit, *habitus famæ generis non repugnat.* Et notum eſt multatum à Lacedæmonijs Archidamum Regem, quod puſillam duxiſſet vxorem, perinde quaſi non Reges ex ea, ſed regulos eſſet ſuſcepturus. Eodem pertinet illud cuiuſpiam apud Euripidem votum (quod vertit in Varijs Muretus) optantis vt videret filios mares ex maribus prognatos, primū quidem forma ipſa, & ſpecie regno dignos, deinde alijs etiam bonis excellerent. Præclarè verò Plinius ad Traianum:

Plin. iunior. *Iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, longè*

Latin. Pacat *lateque principem oſtentant.* Et Latinus Pacat. in Panegyr. ad Theodoſium. *Virtus tua meruit imperium; ſed virtuti addidit forma ſuffragium: illa præſtitit vt oporteret te principem fieri; hæc vt deceret.*

Cur Æneas pulcerrimus. Quid ni igitur pulcerrimum faciat Virg. Æneam, ideſt, forma digna imperio, vt ne quid Regi deeſſet, quem non tā ad Hiſtoriæ fidem (quod de Cyro illo à Xenophonte ſcripto affirmat Cicero lib. I. ad Q. Frat.) quàm ad effigiem iuſti imperij depingebant.

Quare egregie Propheta Regius hanc inter alias Chriſti

Pſal. 44. Regis virtutes in nuptiali carmine primam numerat Pſalm. XLIIII. Cum ita canit. *Speciosus forma præ filijs hominū.* Nequid vero & ſoli hominum Regi deeſſet, quod ad eius vel maieſtatem, vel commendationem facere potuiſſet. Hoc de loco cap. IIII. vberius ac diligentius diſſeretur. Sed hæc obuia ſtudioſo legendi, nec habet quidquam reconditi explicatio, tametſi probari poſſit & illa prior Seruij, & hæc

poſte

poſterior noſtra. Quare aliam pulcri vocabulo ineſſe poteſtatem exiſtimo, de qua proximo capite.

CAPVT. IIII.

PVLCRVM PRO FORTI, DEFORME pro imbelli, & fracto à veteribus vſurpari, & quare. Virorum pulcritudinem in fortitudine ineſſe. Vtramq; in ſacris humaniſq; literis ſæpe coniungi, & in omni fere idiomate, vno eodemq; vocabulo ſignificari. Deuteron. 33. & Ezech. 32. loci explicati.

PVLCRVM Pro forti à veteribus vſurpari, idem Seruius docuit, in illud eiuſdem poetæ.

Haud illo ſegnior ibat
Æneas: t[illegible]n egregio decus enitet ore.

Segnior, inquit, id eſt, non illo deformior, nam plerumque virtus, & [illegible]lcritudo pro ſe inuicem ponuntur. Hinc eſt. *Satus Her[illegible]cro Pulcer Auentinus.* Nam Herculi ſatis eſt in congrua p[illegible]tudo. Sic Plaut. in Pyrgo de muliere Polinice. *Quid nam fortis.* Ideſt pulcra. Confirmat hoc Lucianus in Charidemo, qui cum Heroas in Cælum ob pulcritudinem receptos commemoraret, Herculem nominat. *Et ille quidem*, inquit, *fortitudinis cauſa honorem hunc conſecutus eſſe dicitur.*

Segnior, deformior.

Hercules pulcer.

Lucianus.

Pulcritudo viri in fortitudine.

Vides pulcritudinem viri nullam eſſe aliam, niſi fortitudinem? Herculem enim inſigni corporis magnitudine, & proceritate fuiſſe ſcribit Heraclides Ponticus, & Ion Chius igneum ſplendorem ex oculis effudiſſe, ac tres dentium ordines habuiſſe. Contra verò deformis apud Iuſtinum lib. VII. pro imbelli & fracto vſurpatur.

Iuſtinus.

Deformis imbellis. *Cum interim Darius Rex Perſarum, turpi à Scythia fuga ſummotus, ne vbiq; deformis militiæ damnis haberetur, mittit cum parte copiarum Megabazam ad ſubigendam Thraciam.* Id eſt, ne imbellis & fractus haberetur.

Pulcerrimum autem Æneam appellaſſe videtur Virgilius, quaſi virtute decorum ac magis ſpectabilem, vultu nimirum & corpore toto ad optimi atque ſcitiſsimi equitis, pariter atque imperatoris rationem compoſito, & præ ſe ferente animi magnitudinem, & alacritatem ad præclarum quoduis in venando facinus obeundum. Hiſpanè: *Con mas lindo garuo, mas gallardo brio, mas bien pueſto y mas de ver, de mas lindo talle, como mejor hombre de a cauallo.*

Homerus. Homerus de Hectore. Iliad. XI.

Hector ibi ante alios circumtulit arma ſuorum,
Vltima nunc luſtrans, nunc prima ſub agmina curſu
Se recipit, grauibus iam conſpiciendus in armis.

Quam explicationem quæ proximè ſecuntur, confirmant, quæ ego aliter, atque Seruius.

Haud illo ſegnior ibat
Æneas: tantum egregio decus enitet ore.

Hoc eſt, non minus alacer, & erectus, ad prædamque in venatu faciendam paratus. Hoc autem illud decus eſt, hæc nimirum alacritas & pulcritudo, quæ in vultu maximè cernitur. Ex quibus facile videas pulcrũ pro forti, deforme aut ſegne pro imbelli vſurpari: cuius ego hanc rationem inuenio. Quoniam qui corpore pulcro, id eſt apta membrorum cõſtructione, & benè à natura conſtituto præditi ſunt (nam pulcritudo non tam in lineamentis, quod Plato probat, quã in partium concinnitate collocata eſt) ij fere ſemper virtute ac robore plus valent, quæ in deformi, & imbecillo corpore ineſſe nõ poſſunt. Cornel. Tacitus lib. XII. Iulium Pelignum deformem corpore ignaui animi facit. Et hoc opinor cauſæ eſt, cur in humanis atque etiam ſacris literis, tam ſæpe virtus cum pulcritudine coniungatur. Homer. Odyſſ. lib. XVIII.

Tacitus. *Virtus & pulcritudo ſæpe iungũtur.* *Homerus.*

Dudum virtutem, & corporis alti,

Eximiam formam carpſerunt æthere Diui. Lucr.ſupra. *Lucretius.*
Nam facies multum valuit, viresq́. vigebant. Et infra.
Quod facile & validis, & pulcris demſit honorem, Et poſt.
Quamlibet, & fortes, & pulcro corpore creti.

Cicero in Partitionibus. *Poſtea*, inquit, *de corporis bonis dicendum, in quibus quidem quæ virtutem maximè ſignificat, facillimè forma laudatur.* Sed accedamus ad ſacra. D. Paulus cum de Chriſto loqueretur ad Hebr.1. Splendorem gloriæ, & figuram ſubſtantiæ patris vbi dixit, deinde virtutem coniungit. *Portans*, inquit, *omnia verbo virtutis ſuæ.* Iſaiæ.III. *Pulcerrimi viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio.* Quo loco, poſterior pars priorem interpretatur. Pſalm. XCII. *Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtute.* Hoc eſt, quemadmodum vir bellator gladio ſe ſuccingit aduerſus hoſtem: ita ipſe robur, & fortitudinem induit, & ingenita ſeſe animi magnitudine ad hoſtes ſuos debellãdos armauit. Prouerb.31. *Fortitudo & decor indumentũ eius.* Pſal.LXXVII. *Et tradidit in captiuitatem virtutem eorũ, & pulcritudinem eorum in manus inimici.* Hoc eſt, omne robur, omne pretioſum. *Cicero.* *D. Paulus.* *Iſai.3.* *Pſalm.92.* *Prouerb.31.* *Pſalm.77.*

Sed accedat etiam idiomatum fere omnium atque linguarum ſuffragium, quæ vno ferè vocabulo pulcrum validumque ſignificãt: Græcis enim, *kalon*, pulcrum, & egregium præſtanſque ſignificat. Thucydides *Tous kalous*, viros præſtantes appellat, vti Ariſtophanes in Equitibus. Hebræis eadem vox eſt pulcri & boni: quod reciproca ſint bona & pulcra. Belgæ, Germanique eàdem voce vtramque vim complectuntur. Auctor eſt Goropius Vecanus in Hermatenis. Voces ſunt FROM, & FER, imo inde natum tradit vt pulcritudinem pariter atque fortitudinem ſignificarent, quòd pulcritudinis maximæ ſint vires ad hominem ad ſe ferendum: & Græci eandem vocem, *Pher*, videntur pro præſtanti, & valido vſurpaſſe, à quo *Pherteros*, & *Phèrtatos*. Hiſpanis vero nihil tam in ore quam pulcri vocabulum, quo validiora, *Victor. lib. 22. cap. 21.* *Pulcra Hiſpanis quæ.*

& robuſtiora quæque, etiam ea, quæ quovis in genere ſumma, optima, & maxima ſunt, afficimus, & pulcra, & formoſa dicimus, tametſi fœda, & turpia ſint, vt *Que hermoſa beſtia? que hermoſo animal? que locura tan hermoſa, que hermoſo necio.* Et alia ſexcenta. Quin & Heſiodus in Theogon. Pulcrum malum dixit. *Cæterum poſtquam effecit pulcrum malum pro bono.*

Heſiodus.

Deut. 33.

lux facta.

Ita etiam in Sacris Deuter. XXXIII. Ioſeph pulcritudo pulcritudini vituli comparatur. *Quaſi pulcritudo tauri, pulcritudo illius, cornua Rhinocerotis cornua illius, in ipſis ventilabit gẽtes.* Hoc eſt, *ſera fuerte y robuſto como vn toro.* Quæ enim alia Tauri pulcritudo, niſi vires & fortitudo? quæ in Rhinocerotis etiam cornibus ſignificatur. Ezechielis autẽ XXXII. ſic legas. *Quo pulcrior es deſcende, & dormi cũ incircũciſis.* Ideſt, quo felicior, & fortunatior, quo ditior, atque potentior. *Por quanto vos os teneis por mas dichoſo, y biẽauenturado, mas fuerte y poderoſo, baxad las creſtas, que ſera de vos lo que ha ſido de los demas pueblos de las gentes.* Rabbi Dauid ſic exponit: *Tu cogitas quod ſis pulcer, & nonne omnes populi gentium qui putabant roborari, & permanere inter pulcros à ſua dignitate deſcenderunt, & tu cogitas permanere? Deſcende quemadmodum ipſi deſcenderunt.* Non longè aliter illud Hoſeæ explicatur. *Ego tranſiui ſuper pulcritudinem colli eius.* Ideſt, eorũ fortitudinem fregi: ſuperbiam compreſsi, contumaciam contudi. *Le puſe el pie ſobre el peſcueço, y quebrante ſu orgullo.* Ita Theodoret. & Hieron.

Ezech. 32.

Rabbi Dauid,

Oſeas explicatus.

Hinc etiam fit vt pulcras Horat. Satyr. III. lib. II. diuitias appellarit, quaſi mirabili alliciendi, & omnia ſibi ſubiciendi virtute præditas. Virg. IIII. Georg. *Pulcram mortem* dixit, non quia pro rege ſuſciperetur, vt ait Seruius: ſed quaſi viris dignam. *Honrroſa, digna de gente valeroſa y esforçada, no cobarde.* Pulcerrimam arborem palmam appellauit Homerus, quod maxima ſit, & fortiſsima: adeo vt ob eam cauſam victoriæ Symbolum ſit, neque deflagrare fulmine vulgo circumferatur. Multa eiuſmodi afferri poſſent, ſed properemus ad ea, quæ ſub initium huius ſermonis polliciti ſumus, & explicemus de ſpecie & forma ſponſi, quæ laudauimus

Pulcra mors

Pulcerrima arbor.

ex

ex Pſal. XLIIII. ex his enim quæ hactenus dicta ſunt, aptè opinor explicabuntur.

CAPVT V.

IN SPECIE, ET PVLCRITVDINE ſponſi, virtutem eius atque potentiam ſignificari. Pſal. XLIIII. Aliquot deinde verſus explicati. Deus cur ſæpe dicatur Rex Regum, & Dominus dominantium. Cur prælia, gladius, animi magnitudo in nuptiali carmine? multa denique & varia ex ſacris litteris explicata.

QVANQVAM multa ſunt in ſacris litteris quæ ſuperiora confirment, illud tamen præ ceteris illuſtrius ex Pſal. XLIIII. *Speciosſus forma præ filijs hominum* &c. Quæ non tam ad coloris bonitatem, & venuſtatem oris, quã ad dignitatem & magnitudinem animi atq; virtutem, (quæ vt aiebat poeta, gratior eſt cum è pulcro corpore venit) referenda videntur. Pulcrum autem corpus intelligo benè à natura conſtitutum, & appoſitum ad grauitatem, quæ viros maximè decet, eos præſertim, qui duces in prælio futuri ſunt. Hic autem Regius Vates Chriſtum ducem inſtruit, atque imperatorem ſe ſe accingentem in prælium, tanto ardore animi, vt in vultus alacritate, & oris ſpiritu cerneretur. Adeo vt præ illo ceteri, quos populo ſuo præfecerat, duces, non duces, non Reges, non Imperatores, ſed muta quædam & inania ducum, Regum, aut Imperatorum ſimulacra: vmbræ quædam ad illis conſpectum euaneſcentes, Hypocritæ quales in ſcena Regum perſonas agunt, merito videantur. *Pulcrum corpus.* Ita, *SPECIOSVS FORMA PRAE FILIIS HOMINVM* *El mas lindo ſemblante, y mas lindo talle y mas gallardo brio de capitan, que ſe ha viſto en los hombres.* *Specioſus forma quid.* Græca *Oreos calei*. Ideſt, vigens virtute, et

virili dignitate decorus. *Mas de ver que todos los que ſon de ver.* Quippe ſpecioſum illud eſt, quod aſpectu ſuo plauſus & approbationes elicit intuentium: porro nihil tam plauſibile atque populare quam decorum. Decorum vero illud eſt ex Cicer. ſententia I. & II. Offic. quod per ſe nobis placet, animoſque omnium natura, & ſpecie ſua commouet. *Hoc autem decorum confuſum,* inquit Cicero, *cum virtute decorum eſt, ſed mente & cogitatione diſtinguitur.* Quid autem ſit in viro decorum ita explicat: *Dignum viro decorum videtur, quod viriliter, animoque magno fit.* Ita Bion Smyrnæus poeta.

Decorum quid.

Decorũ viro quid.

Forma mulieres decet, viros autem fortitudo.

Hieronymus Quare rectè Hieron. ex Hebræis ita Latina fecit. *Decore pulcrior es filijs hominum.* Ideſt, in his quæ verè viros, vereque homines decent Diuinos, ſuperior omnibus es, ſiue ad animum, ſiue ad corpus reſpicias: (hoc enim virilis grauitatis & dignitatis decorum eſt) illis omnibus diuinis virtutibus mirifice inſtructus es, quæ nimirum hominem Dei verum filium decent. Ita Cicer. *Quod conſentaneum* inquit, *eſt hominis excellentiæ, decorum eſt*: Seneca Epiſt. LXVI. ad Lucil. Clarianum fortiſsimi, vt ipſe ait, ingenij, & animi magni, formoſum appellat, cum tamen prauo corpore eſſet. Quare hoc loco ſpecioſus videtur eſſe, qui virili dignitate, & maieſtate vultus conciliat reuerentiam.

Seneca.

Præ filijs hominum. Hoc eſt, inter eos qui homines, qui viri habiti ſunt. Ita etiam illud intelligitur. *Rex Regũ, & Dominus dominantiũ.* Quemadmodum & nos vt explicemus quam multis partibus fratres frater ſuperet, ita dicimus. *Fulano es Rey de ſus hermanos, todos ellos en ſu comparacion ſon ſus criados.* Ita etiam, Rex regum &c. *El es Rey donde vbiere Reyes, y ſeñor donde vbiere ſeñores, que los demas reſpecto del, ni ſaben ſerlo, ni lo ſon.* Ideo Cant. V. *Electus ex millibus*, dicitur. vbi Hebræi *Vexillatus de miryadibus.* Ideſt, Magnus & inſignis præter

Filij hominum quid.

Rex Regum vt dicatur Deus.

Cant. 5.

ter

ter omnes: Hiſpanè, *Se lleua la gala a todos.* Hic autem animaduertas etiam oportet, quemadmodum vbi pulcritudinem ſponſi propoſuit, robur ad bellum cum ea coniũgat. Nam totus hic locus ita legitur. *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus.* Siue vt ſupra ex Hebræis docuimus. *Vexillatus de myriadibus.* Quod multi ex illis interpretantur: Cinctus multis copioſiſque exercitibus.

Et quoniam eloquentia & in dicendo lepos imperatori maximè neceſſarius, vel vt ſedet, vel vt inflãmet animos militum, & pro arbitrio moderetur: quod rectè probat Plutarch. in præcep. gerendæ reip. ideo: *Como fuyſte auentajado en valor, tambien lo fuyſte en donayre y gracia de lengua, el qual ſe te comunico ſin taſſa* &c. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Et certè his te Deus præ ceteris, quos præmiſerat, ducibus, donis ac muneribus auxit, his te virtutibus ſuperiorem omnibus fecit. *Eſtas ſon las mejoras en que te auentajo Dios a todo el mundo.* *Diffuſa in labijs gratia*

PROPTEREA BENEDIXIT TE DEVS IN ÆTERNVM. Ideſt, iuxta ea, vel ſecundum ea, vel in his benedixit te Deus, his te donis impertiuit. Hæc enim eſt vis verbi *Benedico,* & præpoſitio latina Propterea, & Græca *Dia,* que diximus omnia ſignificant apud Plutar. Lucian. Euripidem, aliosque. Ideo rectè quod ſequitur, & aptè ad proxima. Etenim ſi quæ probi ducis ornamenta ſunt, his tu reliquis præſtantior es, *Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum.* Tu enim ſi vel vultum tuum conſpiciendum hoſtibus præbueris, ad genua tua procumbent. *Eres poderoſo en tu ſemblante, que baſta verlo para aterrar el mundo.* Potentiſsime ſpecie tua, & pulcritudine tua. Ita Hebræa: *Fortiſsime gloria tua, & decore tuo.* Et Chaldæus. *Accinge enſem tuum ſuper fœmur tuum ſicut fortis, quo interficias reges cum potentibus ſplendore tuo, & gloria tua.* Vnde Genebrar. hoc per appoſitionem ad gladium dictum putat: perinde ac ſi dicatur, ſpecies ac pulcritudo tua ipſa eſt gladius tuus, *Benedixit te Deus.* *Fortiſsimus gloria & decore.*

ea te alacritas & magnitudo ſpecioſum, & ſpectabilem præ omnibus facit. Alioqui enim quid habet ſpecies & pulcritudo ad impreſsionem faciendã? Quid ad irruẽdum in hoſtes? Quid ad acies ſubiugandas? Quid ad ſectandam victoriam, & regnum occupandum?

Theodoretus. Subſcribit huic ſententiæ. Theodoret. qui hunc locũ exponens, *Eius*, inquit, *pulcritudinem vocat non corporis, ſed virtutis*. Et in illud eiuſdem Pſal. Propter veritatem & manſuetudinem, &c. *Manifeſtò*, inquit, *per hæc docens veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, eſſe eius pulcritudinem, potentiam, arma, & victoriam*. Subſcribit etiam B. Nyſſen. in Cantic. qui cum de ornatu Sponſalitij lecti, ideſt, de 60. militibus armatis exquireret, quid nam oſtenderent, pulcritudinem reſpondit, quæ in fortitudine perſpiceretur. *Nam in pulcritudine*, inquit, *corporis, cupiditatẽ excitat blãdities quædã, & ſuauitas oculis oſtẽſa, eaq. ab omni terribili, animoſaq. affectione ſeparata: at illa venuſtas impolluta, eſt fortitudo metũ ac terrorẽ incutiens.*

B. Gregor. Niſſ.

ET PVLCRITVDINE TVA INTENDE PROSPERE. Ita enim Hebræa repetunt: Et decore tuo proſpere aſcende. *Entra dichoſo con tu ſemblante de valeroſo Capitan*. Intende proſperè. *Sigue la victoria y apoderate del Reyno*. Procede, & regna. *Que en viendote todo el mundo ſe pondra a tus pies*. Populi ſub te cadent. Nec aliam ob cauſam dictum eſt ab eodem Propheta. *Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent*. Hoc eſt, ad eius conſpectum in genua prouoluentur, ſe ſe dedent, & ſupplicum more humum fronte ferient. Sed hoc de ritu terram lingendi diximus, vbi de antiquo ritu ſupplicandi. Denique potentiſsimum ſpecie nos, & Hebræi fortiſſimum decore & gloria dicunt, quia vultus eius formidabilis eſt, vt ſol ardens, ira nimirum atque furore aduerſus hoſtes: oculi eius vt flamma ignis, & ex ore eius gladius emicat ex vtraque parte acutus, vt in ipſo interficiat gentes. Apocal. XIX. atque ita, *Spiritu oris ſui interficiet impium. Con vn ſoplo.*

Terrã lingere.

Sed dicat primum aliquis: qui igitur iſta cum poſtremis conſen-

conſentient? Quid ad Epithalamion pertinebunt prælia, gladius, animi magnitudo, ac non potius ſponſo venuſtas atque lepos acommodabitur. Sed hoc Epithalamion eſt viri bellatoris, ac domini exercituum, quique ſponſam ſibi non blanditijs, non cantiunculis, non verborum lenocinijs, aut cæteris amatorijs artificijs, ſed rebus præclarè geſtis, pulcris facinoribus, ac ſuo ſibi cruore coemit. *La gano por ſu ſangre.* Quod in Iacob & Rachelis, in Dauidis & Micolis imagine ſignificatum accepimus: quodque apud veteres in more poſitum ſæpe animaduertimus. Hinc illa Procorum pro Penelope Regina contentio apud Homerum in Odyſſea. Et pro Hippodamia Oenomai Arcadis filia, quam Pelops aurigandi certamine ſuperior, ex pactione ſoceri ſibi comparauit. Auctor Lucian. in Charidemo. Huc etiam ſpectat illud Turni apud Virg. in XII.

Pſal. 44. Epithalamion viri bellatoris.

Sponſã ſanguine coemit Chriſtus.

Virgilius.

Noſtro dirimatur ſanguine bellum:
Illo quæratur coniux Lauinia campo.

Iam verò Catullus in Nuptijs Pelei & Thetidos, Peleum non formoſum, ſed robuſtum facit, & pulcræ prolis parentem: ideſt, fortiſsimi viri: nempe Achillis, cuius in Epithalamio virtutes, & præclara facta quaſi ex oraculo prodit.

Sed reclamet fortaſſe alius ac proferat veteres Heroas Agamemnonẽ, Achillẽ, Menelaum, Polixenũ, Patroclum, Deiphobum, Æneam, Vliſſem, Telemachum, Thraſymedem, Euryalum, Laodamantem, Ganimedem, &c. Quos Homerus pulcros tradidit, aut quos Virgilius, Turnũ, Lauſum, Iülum, Pallantem, Herculem, Aſturem, in quibus Valla lib. de honeſta voluptate Homerum putat non tam laudare pulcritudinem inventam quam affinxiſſe vt laudaret. Conſtat autem nonnullos ex his parum venuſta forma fuiſſe. Quare videntur poetarum principes Latinus, & Græcus, non tam ad dignitatem oris, & corporis pulcritudinem, quam ad animi magnitudinem, quæ ſola viros, maximè imperatores pulcros facit, reſpexiſſe. Alioqui enim Homerus Nyreum pulcerrimum Græcorum omniũ,

Veteres Heroæ num pulcri.

Pulcritudinis nomine, virtutẽ poetæ commendant.

Forma vix cum robore coit. ſed imbecillum ac parum virilem ſcripſit:vt indicaret robur & formam vix ſimul coire in vno corpore. Hector Paridē lib.III.Iliad.ſic conuiciatur.

Homerus.

Vae Pari,& forma tantum bone. Et infra.

Irrident Danai,iactantq; ignominioſa
Voce cauillantes forma præſtare venuſta:
Sed verè te degenerem virtutis egere:
Non animo vires,nullum eſſe in corpore robur.

Ouidius. Quin & Helena ſic ad Paridem ſcribit apud Ouid. in Epiſtolis.

Quod benè te Iactas,& fortia facta recenſes,
A verbis facies diſſidet iſta tuis.
Apta magis Veneri,quam ſunt tua corpora Marti.
Bella gerant alij,tu Pari ſemper ama.

De Vliſſe verò ſic ſcribit Ouidius in II. de Arte.

Non formoſus erat,ſed erat facundus Vliſſes.

1. Reg. 17. In ſacris autem I.Reg. XVII. Gigas ille Philiſthæus, vbi conſpexit Dauidem, deſpexit: cuius rei cauſa ſubiicitur: *Erat autem adoleſcens rufus,& pulcer aſpectu.* Denique vt defi- *Pulcrū quid.* niam, pulcrum id dicitur quod optimum maximumque, quod valens,quod pollens, potenſque eſt. Pulcrum enim à Pollendo dictum eſt,quaſi potens pollenſque: & quia ni- *Deus verè pollens poteſque.* hil per ſe pollens, potenſque niſi Deus, ideo is ſolum verè pulcer eſt.Id verò apud veteres ſolemne,vt Iouem ijs in rebus,in quibus vim,& potentiam oſtenderet,pollentem potentemque appellarent,vti in fœderis feriendi formula,cu- *Liuius.* ius concepta verba hæc ſunt ex I. Liuij lib. *Si prior defexit publico conſilio, dolo malo. Tu illo die*

Iuppiter Populum Romanum ſic ferito,
vt & ego hunc porcum hodie feriam:
tantoq; magis ferito,quanto
magis polles poteſq;.

CAPVT.

CAPVT VI.

DE VESTITV, HABITVQVE *iudicum apud veteres Romanos, Hebræos, aliaſque nationes. Mutatus in cauſa capitis, & quomodo. Virgilij, & Valerij Maximi loci ſinguli explicati diligentius, vberiuſq; tractati: ex quibus lux ad alterum.* **Iob. XXIX.**

CVM Et dignitatem ſuam priorem, atque ſplendorem Iobus commemoraret cap. XXIX. *Iuſtitia*, inquit, *indutus ſum, & veſtiuit me quaſi veſtimento, & diademate iudicio meo*. Quæ ſane verba coniecturam facere viſa ſunt viris grauibus atque doctis legitimi cuiuſdam ornatus ac veſtis in iudicando à veteribus vſurpatæ. Auxit coniecturam Tiraquellus grauiſsimus ac peritiſsimus auctor, qui cap. XXVIII. de Nobilitate, vt doceret Reges olim & principes iudicaſſe, illud ex Virg. Laudat Æneid. VII.

Iob. 29. *Tiraquellus.* *Virg. in. 7.*

> *Hoc Priami geſtamen erat, cum iura vocatis*
> *More daret populis: ſceptrumq; ſacerq; tiaras.*
> *Iliadumq; labor veſtes.*

Ex quibus vides, inquit ille, *vt id in tranſcurſu dicam, fuiſſe regibus priuatum quodpiam, & peculiare habitus, & ornamenti genus, cum ius dicerent, vt videmus noſtris eſſe præſidibus*, &c. In quo certè, ſi ita exiſtimat, veſtem iudicaturos reges habuiſſe forenſem, neque in domeſtica iudicaſſe, prorſus aſſentior; verum ſi aliam à vulgata forenſi vſurpaſſe contendat, non item. Nam neque rationem ille habet quam afferat in hanc ſententiam, neque eam videtur confirmare Virgilius, neque alius, quem ego nouerim, autor. Sed excutiamus, ſi placet Virgilij verſus. Primum, inquit, hoc Priami geſtamem erat, Vbi Seru.

Seruius, *Geſtamen*, inquit, *Diadema dicit , nam Sceptrum dicturus eſt.*
Geſtamen ille pro diademate capit, non rectè: generatim
enim accipi debet, vt Sceptrum, Tiaram, veſtemque Ilia-
dum opus complectatur. Adeone obliuioſus, aut negli-
gens Virg. hoc loco fuiſſet, vt cum geſtamen pro diade-
mate cepiſſet, Tiarã deinde, quod ferè idem erat, adiunge-
ret? ſic explico. *Eſte era ſu traje, quando ſalia en publico a
dar leyes, o hazer juſticia: ſu ceptro y corona, y veſtidura, de
purpura bordada de oro.* Paulo enim poſt, ſic.

Nec purpura Regem picta mouet.

Erat autem toga picta Regum, qui ſoli hominum olim iu-
Dionyſ. Ha- dicabant, indumentum ex purpura, & auro. Dionyſ. Ha-
lic. licarn. lib. III. ſcribit Tarquin. Priſcum Hetruſcum or-
natum conſenſu ſenatus accepiſſe, coronam auream, ſel-
lam eburneam, ſceptrum in ſummo habens Aquilam, &
Trabea. tunicam auro diſtinctam. Latinis primum in uſu trabea,
ex purpura etiam auroque confecta, ex quibus ad Ro-
manos deriuata. Hac vſi ſunt Reges, Conſuleſque Ro-
Prætexta mani. Prætextam deinde prætores induerunt, qui Ma-
quæ muta- giſtratus iudicia exercebant. Eam nunquam mutaſſe re-
ta in cauſa perio, niſi in cauſa capitis, vt ex Valerio oſtendêre nõ-
capitis. nulli. Is enim lib. IX. Sic ſcribit de C. Licinio. *Con-*
Vale. Max. *ſimili impetu mortis C. Licinius Macer vir Prætorius re-
petundarum reus, dum ſententiæ dicerentur, in Mænianum
conſcendit, ſiquidem cum Marcum Ciceronem, qui id iudi-
cium cogebat prætextam ponentem vidiſſet, miſit ad eum
qui diceret, ſe non damnatum ſed reum periſſe, nec ſua
bona haſtæ poſſe ſubijci: ac protinus ſudario, quod forte
in manus habebat, ore & faucibus ſuis coartatis incluſo
ſpiritu, morte pœnam præcurrit. Qua cognita re Cice-
ro nihil de eo pronunciauit.* Hæc Valerius: ego vero
nunquam eos veſtem alibi mutaſſe comperio iudicij
Luſitani Re- cauſa. Atque inde fortaſſe mos ille Luſitanorum Re-
ges veſtẽ mu- gum, qui cum ſoli de capite ciuium olim, ex regni conſ-
tabant in cau- titutione decernerent, veſtem id facturi mutabant, &
ſa capitis. togam pullam ſiue atram, quam illi & nos *Capuz*, di-
cimus.

cimus, aſſumebant.

Poſita autem prætexta, quam induerunt? Pullam dixiſſem, quæ niſi in funere vſurpari non poterat. Apud Græcos enim Nemei certaminis iudices pullatos ſediſſe cõpertum eſt: quòd ij ludi funebres eſſent. Apud Romanos tamen, prætores in Megalenſibus, quorum iudices erant, prætextati ſedebant. Sed hi voluptatis cauſa ſuſcepti. Dubitationem autẽ Seneca tollit in I. de Ira. cap. XVI. cuius hæc ſunt, *Itaque & ſi peruerſa induenda magiſtratui veſtis, & conuocanda claſſico concio eſt, procedam in tribunal non furens, nec infeſtus, ſed vultu legis.* Quem locum ſic explicat Muretus. *Prætextati incedebant magiſtratus, ſed cum ciuem quempiam capitis damnaturi erant, ponebant prætextam, eamque peruerſam induebant: ideſt, partem illius floridiorem, ac nitidiorem introrſus ad ſe vertebant, mœroris ſignificandi gratia.* Affert præterea in hanc ſententiam illud Valerij quod proximè expendimus, & prætextam poſuiſſe dicit Ciceronem, non vt aliam indueret, ſed vt peruerſam aſſumeret, quod mœroris eſt ſignum. Vti mos priſcus, rituſque ille peruetus oſtendit, ex quo verſa in luctu, & mœrore ſigna & faſces, interdum etiam arma, & ſcuta. Tacit. lib. III. Annal. de funere Germanici. *Præcedebant incomta ſigna, verſi faſces.* Pedo Abinouanus Elegia ad Liuiam:

Quos primum vidi faſces, in funere vidi:
Et vidi verſos, indiciumque mali.

Virg. Æneid. II. in funere Aceſtis.

Tum mæſta phalanx, Teucrique ſecuntur,
Tyrrheniq; duces, & verſis Arcades armis.

Quare ita cenſeo Magiſtratus ac iudices in ea veſte ſemper iudicaſſe, in qua forum, & vrbem inire vulgo ſolebant: ſi Reges eſſent, in veſte cultuque regio: ſi prætores, ſi iudices, in prætexta, aut alia quapiam vſitata, non apud Romanos ſolum, ſed etiam apud Hebræos. De illis Seneca Controuer. XXV. Dic mihi, ſi cum animaduertere debeat, nec legitimo cultu, ac more ſolemni vſus interdiu,

Seneca. Peruerſa tunica Magiſtratuum. Muretus. Signa & faſces in luctu peruerſa. Cornel. Tac. Pedo Albinouanus. Virgilius. Iudicabant in veſte forenſi. Seneca.

tribunal conſcenderit in conuiuali veſte: &c.

Alioqui enim iuſtitium edicebatur, purpuram deponebant, maximè in luctu. Pedo Abinouan. in Eleg. de morte Druſi.

Aſpicitur toto purpura nulla foro.

Lucanus. Lucanus. lib. II.

Ferale per vrbem
Iuſtitium, latuit plebeio tectus amictu
Omnis honos, nullos comitata eſt purpura faſces.

Mutata veſtis in Aragonia per Paraſceuem. Mutata autem apud Romanos veſtis eo modo quem diximus in iudicio capitali. Cui certe rei nihil tam ſimile quam quod iurati patres in Aragonia faciunt. Qui cum faſcias è purpura aduerſus, auerſus tamen è gauſapino, villoſo ve ſerico nigri coloris ex humeris ſuſpenſas geſtent: vbi regibus vita functis, aut ſepulto Chriſto per ſacram hebdomadam parentatur, inuertunt faſcias, quas Gias appellant, & introrſum purpuram, nigrum ſericum extrorſum oſtendunt.

Diluta quorumdam obiecta. Hæc cum maximè ſcriberem, eruditus quidam ad me: vide, inquit, quam aliter ac tu de Valerij loco ſentiant ſcholiaſtes Aſcenſius, & neſcio quis Oliuerius, quorum alter prætextam ponentem interpretatur, ſe comparantem ad agendum: alter, prætextam poſuiſſe dicit, vt peroraret: non igitur ille prætor, neque iudex, qui prætextam poſuiſſe dicitur in cauſa capitis, ſed orator. Hic ego, miror inquam illos iſta dixiſſe: nam vt Plutarchum in Cicerone non viderint, qui rem totam narrat, & Prætoris, (Ciceronis ſcilicet) commendat in ea conſtantiam, quis eſt hominum qui paulo plus in iis litteris ſit verſatus, qui neſciat ius cogendi iudicium, ſiue mittendi, quod idem eſt, iudices in conſilium, prætoris fuiſſe, non oratoris? Non laudabo teſtes in re manifeſta præſertim, ac nota. Deinde verò ſententias eo tempore dici, hoc eſt, ſuffragia ferri ſcribit Valerius: at ea niſi cum aut prima, aut ſecunda actio perfecta fuit, & vterque orator ſe dixiſſe ſignificauit, & præco eos dixiſſe pronunciauit, ferri nō potuerunt.

Nam

Nam his omnibus abſolutis prætor iudicibus tabellas dedit, & vt ſententias ferrent, in conſilium miſit. Res notior eſt, quam vt egeat teſtimonijs. Prætereo illud vltimum: *Qua cognita re Cicero nihil eo die pronunciauit:* quo præcipuum muneris prætoris, exprimitur.

Sed redeo ad Virgilium: dicat enim aliquis, Fruſtra igitur Virgilius geſtamen Priami commemoratum adiunxit, illud adhibuiſſe cum iura populis daret: cum eodem vteretur in prælio, in faciendis ſacris, in vrbe luſtranda &c. Quorũ neutrum ſine ornatu regio non fiebat. Huic ego reſpondebo in hunc modum, vt dicam ſolemne eſſe ſiue poetis, ſiue oratoribus, ſiue cunctis etiam mortalibus, cum aut obtrudere, aut venditare rem cupiunt, ea ſilere quæ nihil afferunt dignitatis, prædicare verò quæ rem augent, atque cõmendant. Id cauſæ eſt, quamobrem cum Priami veſtes atque ornamenta Latino Regi offerrentur, ex earum vſibus illum Poeta præceperit, qui ſplendorem adderet, & augeret æſtimationem. Frigidè enim dixiſſet illud Priami geſtamen eſſe, cum careret publicò, ac verſaretur in domo. Nam perſuaſiſsimum omnibus eſt forenſem cultum veſtitumq; lautiorem eſſe domeſtico. *Quis enim*, vt ait Seneca Epiſt. XCV. *Eam quam nulli oſtenderet, induit purpuram? quis poſuit ſecretam in auro dapem? quis ſub alicuius vmbra ruſticæ arboris poſitus luxuriæ ſuæ pompam explicuit? Nemo oculis ſuis lautus eſt: nec paucorũ quidẽ & familiariũ: ſed apparatum vitiorum ſuorũ pro modo turba ſpectantis expendit. Itaq; irritamẽtũ eſt omniũ in quæ inſanimus admirator et cõſcius.* Hact. Sen. ſed meã cõiecturã firmare videtur Virg. qui proximo verſu ita canit.

Seneca. *Nemo ſuis oculis lautus* *Virgilius.*

Hoc pater Anchiſes auro libabat ad aras.

Grauius certè & honeſtius quam ſi dixiſſet, quo vtebatur in menſa. Veriſimile enim eſt magnificentius pretioſiuſque vas in ſacra, libationeſque ſeruari. Homerum imitatus videtur Poeta qui Iliad. lib. XVI. de Achille Ioui libaturo ita canit.

Homerus.

Hæc inter Scyphus illi inerat grauis ære micanti,
Arte laboratus mira, quem nemo ſolebat.

Peiurus captare manu, niſi ſolus Achilles,
Quo nulli (niſi vina Ioui) libare Deorum
Idem erat aſſuetus.

3. *Reſpõſio.* Dubium præterea non eſt (vt hoc ſecundo reſpondeam)
opulentiſsimum Regem multas eiuſdẽ generis, atque for-
mæ veſtes habuiſſe, alias aliis pulcriores, elegantioreſque,
quas pro locorum, temporum, aut rerum varietate muta-
ret: atque ad obeundas grauiores, aut magis præcipuas Re-
giæ maieſtatis actiones, cuiuſmodi erat iuriſdictio, in mag-
nificentiori, ſplendidiorique cultu, & ornatu corporis in
publicum prodijſſe: eum eſſe potuiſſe, quem ad Latinum
Regem Troiani detulerant. Cum igitur in muneribus Re-
gijs primum & maximum ſit iura, legeſque populis dare (vt
ex profanis, ſacriſque literis haud obſcutè conſtabit) du-
bitare non licet, quin ad id exercendum, tribunal cum tia-
ra, ſceptro, & purpura inierit, quæ præcipua Regum orna-
Philippei nummi. menta ſunt, & inſignia. Oſtendunt id Philippei nummi, qui
apud Gallos, vt Cælius meminit, ſceptrati, & ſoliati dicebã-
Solinus. tur, trabeati Regis imagine inſignes, iura reddentis. Solinus
autem cap. LXV. Indos narrat Reges ius dicturos eximiè
ornari, & ſceptra ex ebeno ſolitos ſumere. Et Babylonij, vt
Herodotus. tradit Herodotus lib. I. extra domum ſine ſceptro prodire,
aut conſpici nefas ducebant; Denique Athenis ſcribit Iu-
Iulius Pollux. lius Pollux tamquam quid mirum, & nouum, Reges
iudicaturos ſine corona inter alios iudices
Areopagi ſediſſe perinde quaſi in
iudicando æquam cum aliis
poteſtatem tantũmo-
do habituros.

CAPVT.

CAPVT. VII.

***REGVM APVD HEBRÆOS** a'iaſq; nationes præcipuum munus fuiſſe iudicare. cultus Regius apud Hebræos quis. Græci, Romaniq; magiſtratus coronati iudicant. Iob locus difficilis ex cap. XXIX. diligenter expenſus. Iſaias duobus locis explicatus. Sapientiæ vnus illuſtratus.*

Regum munus iudicare.
Deuter. 27.
Tiraquellus.

FVISSE Vero præcipuum ac legitimum Regis munus iudicium exercere, ſacræ literæ docent. Deut. XXVII. vbi cum ſeniores Regem à Samuele poſtulant; non aliam ob cauſam primum poſtulāt, quam vt eos iudicet. *Conſtitue nobis Regem vt iudicet nos, ſicut vniuerſæ habent nationes.* Et infra. *Nequaquam, ſed erit ſuper nos, & erimus nos quoq; ſicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noſter.* Sed hac de re tam multa ſunt in ſacris literis teſtimonia vt in ijs deſcribendis fruſtra ſuſcipiatur labor. In humanis præterea non reperias pauciora. Collegit ea Tiraquellus in lib. de Nobilitate. Nam & Priamus Rex, & Regina Dido iura legeſque dant apud Virgilium, & Romanos fere omnes imperatores idem feciſſe, annalium monumenta teſtantur.

Cultus Regius in iudicando.
Philo. Iud.

Cultum autem Regium etiā in iudicando apud Hebræos fuiſſe coronam, ſceptrum, & purpuram, vel illa Philonis oſtendunt in Flaccum: vbi de Ægyptijs, qui vt Aggrippæ Iudæorum Regi illuderent, Carabam ſtultum hominem Regio cultu indutum ius dicere coegerunt: *Capiti*, inquit, *diadema imponunt papyraceum, pro palludamento corpori ſtoream induunt, pro ſceptro fruſtum arundinis humi ſublatum quidam ei dedit in manum. Sic ornatum Regijs inſignijs, & in Regem transformatum more hiſtrionico, adoleſcentes perticas in*

humeris geſtantes ſtipabant pro ſatellitio: tum alij ſalutatum accedebant, alij ſibi reddi iura petebant: alij conſulebant eum de rep. acclamatum eſt à circunſtantibus magna voce Marim appellantibus: quod nomen Syris ſignificat dominum: norant enim Agrippam Syrum generatione & regnare in bona portione Syriæ.

Act. cap. 13. In Act. Apoſt. cap. XIII. *Herodes autem veſtitus veste Regia ſedit pro tribunali & concionabatur ad eos.* Veſtis autem Regiæ nomine, purpuram, ſceptrum & coronam complectitur.

Ioſephus. Ioſephus. Antiq. Iudaic. lib. XVII. cap. XI. hæc omnia in ornatu regio numerat, cum de Herode ad ſepulcrum elato ſic ſcribit. *Eratq; ipſe mortuus circum amictus purpureis veſtimentis, caput eius diademate coronatum: ſceptrum quoq; in manu eius, velut ſi à viuo teneretur, erat appoſitum.* Et lib. III. Eſd. cap. III. Purpura & cydaris byſsina inter ornamenta regia numerantur.

Conſtat autem Reges in veſtitu regio iudicaſſe, & coronam & ſceptrum iudiciariæ poteſtatis ſymbola fuiſſe: & ea Reges in iudicando vſurpaſſe non obſcurè firmatur ex XXI. cap. Ezechiel. *Ezechiel. 21* Vbi iubetur Sedechias coronam de capite ponere, & certè hanc ob cauſam, quia iniquus eſt iudex, & promittitur iudici æquiori. *Hæc dicit Dominus Deus, Aufer Cydarim, tolle coronam: nonne hæc eſt quæ humilem ſubleuauit, & ſublimem humiliauit. Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem, ponam eam: & hoc non factum eſt, donec veniret cuius eſt iudicium, & tradam ei.* Et

Sapientiæ. 6 Sapient. VI. ſic legitur. *Si ergo delectamini ſedibus & ſceptris ô Reges populi, diligite ſapientiam.* Quod perinde eſt ac ſi dicat, qui iudicandi ac ferendi leges munere gloriamini (quoniam hæc duo in ſceptro & ſede ſiue tribunali ſignificantur) ſiue qui alios docere ac regere vultis, ſectamini ſapientiam, quæ Reges, quæ iudices, quæ doctores non ſolum maxime commendat, ſed etiam efficit.

Baruch. 6. Huc etiã illa ſpectant ex cap. VI. Prophetæ Baruch, vbi de Babyloniorum Dijs ita loquitur. *Sceptrum autem habent vt homo, ſicut iudex Regionis.* Et certè Moiſi virgã tanquã iudici Deus dedit in manus; & noſtri ſæculi iudices pro ſceptris

Virgæ ſymbolum.

virgas

virgas geſtare conſueuere. Nec obſcurum eſt Deos olim gentium eiuſmodi virgas manibus prætuliſſe. Purpuram autem in cultu regio numerari, quis ignorat? I. Machab. cap. XIIII. Simoni duci & Pontifici Maximo datum eſt vt operiretur purpura & auro. Et Iudic. VIII. Reges Madian vti ſolitos purpura ſcribitur. Chriſto autem cum milites illudunt, Chlamidem coccineam, id eſt purpuream induitur, & corona in capite ſpinea, ſceptrum in manu arundineum collocatur, vt Regem tanquam in ſcena, per ludibrium repræſentaret. Ex quibus efficitur, cũ Reges in cultu regio iudicarint, is autem cultus & veſtes & coronam & ſceptrum complectatur, eos cum eiuſmodi inſignibus iudicaſſe. *Purpura in cultu regio.*

De Erythræis hæc ſcribit Hippias Eryrhræus lib. II. Hiſtoriarum. *Tribunal ante portas conſtituentes iudicabant, purpureos amictus ſagulaq́ purpurea habentes.* Addo etiam apud Græcos atque Romanos, Magiſtratus atque ordines publicos coronatos iudicaſſe. Bonus mihi auctor Tertull. De corona militis. *Coronant & publicos ordines laureis publicæ cauſæ, Magiſtratus vero inſuper aureis, vt Athenis, vt Romæ.* Vnde Beatus Iob lucem accipit cap. XXIX. *Erythræi purpurati iudicant.* *Tertullianus*

Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me, quaſi veſtimento & diademate iudicio meo. Videtur autem Iob ſpectaſſe ſine dubio ad veterem exercendi iudicij conſuetudinem, cum & Reges, & in veſte Regia tribunal inibant, iura legeſque daturi, cum oſtentatione Regiæ Maieſtatis. Dicit itaque ſe non tam ſpecie ipſa, non habitu cultuque corporis iudicem, quam re, quam æquitate, quam fide, quam integritate repræſentaſſe. Nam & Regulum fuiſſe, & ius in ſua ditione dixiſſe, & cauſas pro tribunali cognouiſſe, cum ea quæ proximè dixit, oſtendunt, tum auctores nonnulli confirmant, ex illis quæ ſunt in cap. XIX. *Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo.* Acquemadmodum, inquit, ius dicturi Reges conciliandæ obſeruantiæ, ac Regij ſplendoris oſtentandi cauſa purpuram induunt, ſceptrum præferunt, caput diademate ornant: Ego horum loco ornamentorum iuſtitiam, *Iobus explicatus.*

& iudicium aſſumo, & reuerentiam capto controuerſias ex æquo & bono diiudicando. *Iuſtitia*, inquit, *Indutus ſum, & veſtiuit me quaſi diademate iudicio meo.* Quod perinde eſt ac ſi dicat: *No era yo Juez en la aparencia, como muchos que enel habito lo pareceu y no lo ſon, ſino en la realidad y verdad: ni hazia oſtentacion de ſerlo enel trage, y veſtido, ſino en las obras. Y las deuiſas è inſignias de mi judicatura, el veſtido y corona en que todos me conocian y reſpetauan como a Juez, era la fiel y verdadera execucion de la Iuſticia.* Audite obſecro Philonem Iudæum, qui in hanc ſententiam, vt in alias ſolet, egregiè diſputans in libro de creatione principis, Regem ipſum ſecum ita loquentem inducit. *Ergo cum alij Reges ſceptro vtantur pro geſtamine, mihi pro ſceptro erit hoc legum compendium: hoc inſigni gloriabor, hoc me inuictum reddet & inculpabilem ſummique Regis imitatorem.* Hoc eſt Dei Opt. Max. qui pro purpura & ſceptro iuſtitiam & equitatem vſurpat in iudicando.

Philonis in hanc rem ſententia.

Ex qua certè ſimilitudine dictum videtur illud Iſaiæ. II. de verbo corporato vero iudice viuorum atque mortuorum. *Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius & fides cinctio renum eius: Et erit iuſtitia cinctus lumbos ſuos & veritate inuolutus latera ſua.* Ideſt, iuſtitia & iudicium indumentum eius. Ea ſunt etiam præparatio ſedis ſuæ, ideſt, tribunalis, in quo ad iudicandum ſeſſurus eſt

Iſaiæ 2.

Pſal. IX. *Parauit in iudicio thronum ſuum, & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate.* Ideſt, adornauit, inſtruxit, ſtrauit tribunal ſuum iuſtitia, quæ veluti aurea purpurea ve ſtragula Reges, ita ipſum præcipuè commendat. Nam & tribunalia olim purpura ſternebantur: maximè apud Perſas de quibus Athenæus lib. XII. cap. III. *Thronuſque in quo ius dicere conſueuerat, erat aureus, circa quem quatuor aureæ columnæ lapillis diſtinctæ mirum in modum circumponebantur: inter quas purpurea veſtis variegata extendebatur.* Sed Perſis tribunal ſub aurea interdum platano ac vite ſitum erat. Docet idem auctor paulo ante: *Aureas autem Platanos, & auream vitem, racemos ex ſmaragdis habentem, carbunculiſque*

Pſal. 9.

Athenæus.

Tribunalia purpurea.

nibuſque Indis, ac alijs magnificentiſsimis lapillis, in quos eximij fiebant ſumtus, ſub quibus Perſarum Reges ſæpius ſedentes iura dicere conſueuerant: multo minora videri, inquit Phylarchus: &c. Præterea Iſaiæ XVI. *Et præparabit in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper eum in veritate, in tabernaculo Dauid iudicans & quærens iudicium.* Nam cum iudiciariæ poteſtatis inſignia ſint veſtes, & coronæ: vt Chriſtum iudicem non ſpecie tantum, ſed re etiam ipſa agnoſcamus, loco veſtium iudicialium, nempe purpuræ & fibulæ aureæ, quibus ad renes aſtringi ſolebant (de his crebra in libris Machabæorum mentio) iuſtitiam illi & fidem tribuit Iſaias: & pro corona, ſpiritum ſapientiæ & intellectus, cuius ſedes caput eſt. *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini: non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet.* Quibus verbis virtutes iudicum omnes complexus eſt, quæ iudicem magis quam purpura coronaque faciunt. Nam & vbi noſtra habent cingulum, Hebræa, amictum ſupponunt, & pro cinctorio Baltheum: qui ex auro eſſe ſolebat, neque vlli niſi Regi ferre licebat. Machab. lib. I. cap. XIIII. cum Simon Ionathæ frater ſacerdos & princeps populi conſtituitur, cauetur ne vllus præter ipſum veſtiatur purpura, & vtatur fibula aurea. Et c. II. Antiochus Rex Ionathæ poteſtatem facit, vt purpuram induat, & fibula vtatur aurea, cum illi & ſacerdotium & gentis ſuæ detulit principatum. Moris enim erat apud varias gentes, vt amici Regum in purpureis cernerentur, vt ex his alijſque compluribus locis apertè perſpicitur. Maxime ſi iudicaturi eſſent pro Rege. Ita Clitus Magni Alexandri amicus cum ius dicturus eſſet. *Veſtibus purpureis indutus ambulabat*, vt ait Athenæus lib. XII. cap. XVIII. ſed Alexander preſidiarios etiam ſuos purpuratos eſſe volebat, vt ibidem ſcribitur. Sed de amicis hæc. *Scripſit ciuitatibus ijs, quæ ſunt in Ionia, prioribuſque*

Iſaiæ 16.

Iudicũ virtutes.

Amici Regũ purpurati

Maximè iudices

 Chijs,

Chijs, vt purpuram ipſi mitterent, quoniam omnes amicos purpureas veſtes geſtare volebat, Antiochus etiam Syriæ Rex mille quingentos & amplius purpuratos in pompa duxit. Idem qui ſupra auctor. lib. V. cap. IIII. *Erant & bimille ſupra quingentos; omnes iſti prædicti purpurea habebant ſuperindumenta, multi etiam auro intexta, & ielluata.*

CAPVT. VIII

IVSTITIA, ET IVDICIVM QVID hoc loco Iobi, in alijſque ſignificent. Cydaris Regum et purpura quid oſtendant. Amictus ſardins & iris Apoc. IIII. cuius rei Symbolum. Extremi iudicij multa ſigna ad ſimilitudinem eorum, quæ fiebant in hominum iudicijs vſurpata. Cur ille Dies magnus appelletur.

QVONIAM Veſtitum ſe dicit Iob iuſtitia & iudicio, & ſunt qui diſcrimen inter has duas voces conſtituant, quod facile apud alios reperias, hoc ſolum dicam: duo hiſce verbis præcipua iudicum munera comprehendi, nempe damnandi, & abſoluendi, clementiæ & ſeueritatis. Enim verò iuſtitia ius bonum & æquum dicit, hoc eſt, *Razon y corteſia, juſticia con miſericordia.* Iudicium, ius ſummum, ideſt, æquitatem cum ſeueritate. *Iuſticia con rigor.* Vtrumque igitur ſe præſtaſſe Iob dicit. *Pater,* inquit, *eram pauperum:* hoc eſt, in tenuiorum cauſis non tam iudicem quam patrem agebam. Et addit. *Contereham molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* ideſt, cum potentioribus, & ſceleratis longè aliter me gerebam. *Hazíales las muelas, y ſacauales la preſa no ſolo de entre las manos, mas aun de entre los dientes.* In hoc enim cum fides, tum conſtantia iudicis maximè cernitur, ſi tenuiores iniuria prohi-

Iuſtitia ius bonum, & æquum.

Iudiciū ius ſummum.

Iudicū munera.

prohibeat, potentiores in officio cõtineat, nec patiatur leges vt aranearum telas eſſe in republica (quod de Athenięſium legibus Anaxarxes, & Solō dicere ſoliti ſunt) quæ muſcas & eiuſmodi quaſdam beſtiolas implicent, cum ipſæ à maioribus irrumpantur.

Nec aliud opinor Cydaris illa regum, ideſt faſcia candida olim pro corona vſurpata cũ veſte purpurea ſignificabat, quam clementiam cum ſeueritate, iuſtitiam cũ miſericordia copulatam. Quam adeo ſolemne fuit priſcis oſtentare iudicando, vt in capitis etiam cauſis, in quibus fere nullus clementiæ locus, eam præſe ferre contenderent. Hinc illa mutatio veſtis, hinc veli ante iudicaturos, obductio: hinc illi ad mœrorē compoſiti vultus (quos Baſilius ſupra deſcribit) & miſericordiæ ſimulatio. Hinc deniq; neceſsitatis ſignificatio non ſolum in vultu, ſed etiam in verbis, quorum atrocitatem ſtudioſè vitabant. Seneca Pater. *Etiam quibus animaduertere in damnatos neceſſe eſt, non dicunt, Occide, non Morere: ſed lege age, crudelitatem imperij verbo mitiore ſubducunt.* Ideo etiā cum Apoc. IIII. ſedes iudicij Chriſto ponitur in Cælo, Iri circūdatur, & ipſe in ſpecie Sardij lapidis cōſpicitur; vt ex habitu iudicē intelligas, atque regē: qui pro corona Irim, pro purpurea veſte amictũ Sardiũ geſtet, ideſt: rufum ſiue ſanguinei coloris, in quo iuſtitiæ vindicātis Symbolũ ineſt, vti miſerentis in Iride, ex B. Amb. ſententia. Ita etiā illud Iſaiæ cap. II. explicatur. cũ de Chriſto iudice ſcribitur: *Iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ: & percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorũ interficiet impium.* Quod Hiſpanè dixeris. *Hara juſticia a los pobres con miſericordia, barales cortesia en ſus negocios, &c.*

Cydaris Regum quid, et quæ Symbolo. Clementia in iudice cõmēdata.

Seneca.

Apoc. 4. locus explicatus.

Iſaiæ 11.

Ac quoniam huc dilapſus eſt ſermo, definiam, ſi de extremi iudicij die verbum addidero. Nam cum duo præcipua iudicantium munera Chriſtus Opt. Max. eo die ſit præſtiturus, nempe abſoluendi, cum improbos ſupplicijs addicet æternis: vtrumque ad ſimilitudinem iudicij noſtri facturus oſtenditur. Daniel. enim VII. tribunal inprimis igneũ poni-

Multa in extremo iudicio antiquorum ſimilia.

ponitur: troni præterea cum illo iudicaturis terræ Senatoribus, hoc eſt Apoſtolis, exponuntur: & ipſe in veſte candida tribunal aſcendit, & igneus ex ore fluuius erumpit, vt in candore veſtis abſoluendi munus intelligas: qui color in ſacris humaniſque literis & letitiam, & felicitatem ſignificat. Et in igneo flumine damnandi ſeueritatem accipias; quo pœnarum omnes acerbitates in eiſdem literis exprimuntur.

Seneca. Sed neque illa, quæ ad inferendum terrorem veteres inuenere, deſideres. Senec. Controu. lib. V. *Aſcendit*, inquit, *prætor tribunal inſpectante prouincia: noxiæ poſt terga ligantur manus: ſtatim intento ac triſti omnium vultu fit à præcone ſilentium? adhibentur deinde legitima verba, canitur ex altera parte claſſicum*, &c. Vides vt iſta etiam conſonent: Claſſico enim euocabitur in iudicium orbis, canet enim tuba, & facto ab Angelis ſilentio adhibebuntur à ſupremo iudice legitima verba, id eſt abſoluendi damnandique formulæ. *Venite benedicti Patris mei*, &c. Et illa. *Ite maledicti in ignem æternum.*

Iudiciorum mos vetus ad terrorem incutiendum.

Iudicij dies eur magnus. Atque hanc ob cauſam magnus, opinor, dies ille appellatur, quod magna omnia, ſummaque iudex ſui officij munera obiturus in eo ſit: abſoluendi nimirum atque damnandi, miſericordiæ iuxta atque ſeueritatis exercendæ: liberãdi probos à temporarijs vitæ mortalis incõmodis, atque etiã ab igne purgãti, & improbos æternis ignibus deſtinãdi. Sed hac de re dictum à nobis vberius eſt ſub finem lib. I.

Faſcia quid. Redeo igitur ad Cydarim, ſiue faſciam candidam, quæ regiam potentiam ſignificari Goropius arbitratur. Apud Barbaros enim, faſcia nomẽ à manu, ſymbolo poteſtatis, duxit. Apud Germanos etiam faſcia illius propria eſt, penès cuius manum, ſiue poteſtatem ſunt omnia. Id quod ex vocis poteſtate Goropius colligit in Gigantomachia. Capiti autem potius quam vlli alii membro circundatur, vt primaria in alios, ſicut capitis in membra, poteſtas ſignificetur, ſed hac de re nimis multa ille, quæ otioſum lectorem tenere facile poſsint. Ego ad alia.

CAPVT.

CAPVT IX.

INDIGNISSIMVS BABYLOniorum mos in exponendis ad ædem Veneris puellis, aduenarum libidini tranſenntium, notatus Baruch VI, & Herodoti lib. I. ſed neuter hactenus explicatus. Hierem. III. & Pſalm. CXVII. loci ſinguli expoſiti. zonam ſoluere, funem dirumpere, quid. Vulgata lectio defenſa, & illuſtrata, aliæ quoq; probatæ & explicatæ.

IN Ea epiſtola, quam ad Populum Babyloniorũ ſeruitute oppreſſum Hieremias Propheta ſcripſit, quæque Baruch. VI. legitur, tametſi multa ſunt, quæ hiſtoriæ veteris cognitionem deſiderent, illud tamen de mulieribus circundatis funibus ad vias ſedẽtibus, & ſuccendentibus oſſa oliuarum, Apollinem requirit, qui de toto loco diuinet. Is enim ſic habet. *Mulieres autem circũdatæ funibus in vijs ſedent, ſuccendentes oſſa oliuarum. Cum autem aliqua ex ipſis attracta ab aliquo tranſeunte dormierit cum eo, proximæ ſuæ exprobrat, quod ea non ſit digna habita ſicut ipſa, neq; funis eius diruptus ſit.* Vbi de toto in primis iſto ritu dubitatur cuiuſmodi fuerit, deinde funibus circundatas eſſe, & funem dirumpi, quid ſit? Denique oſſa ne oliuarum, vt Vulgatus, an furfures, vt omnes alij vertunt, ex more antiquo ſuccenderentur, & quem in finem. Quibus certè de rebus nemo, quem ego viderim, ante me.

Baruch. 6.

Locus difficillimus.

Nam quod Lyra in hunc locum ſcribit, mulieres illas tãquam magni alicuius criminis reas, illius expiandi cauſa funibus obligari, à quo id, niſi à ſe dicat, planè non video. Hanc enim legem Babylonijs communem fuiſſe ſcribit Herodotus lib. I. verbis fere totidem cum Propheta. *Ad templum inquit, Veneris ſedent nodis, corolliſq; tempora reuinctæ: è quibus dum aliæ ſeorſum abeunt, aliæ regrediuntur. Nam diuerticula vndecumq; ſic funiculis diſtincta aditum præbent externis ad mulieres illas,*

Herodotus.

Puellæ ad tẽplũ Veneris.

quam cuiq; libuerit deligendam. Porro cum ſemel illic conſederint, non prius domum regrediuntur, quam hoſpitum aliquis pecuniam mulieri in ſinum coniecerit, & cum eadem à fano ſeorſum abducta rem habuerit.

Auctores qui hunc locũ te tigere. Ex quibus, acutè monuit quidam è noſtris grauiſsimus, atque ſapientiſsimus auctor Benedictus Pereira, lucem afferri poſſe Prophetæ, quamquam ille ne aberraret à ſuo in Geneſim pulcerrimo curſu, campum hunc alijs reliquit, in quo ſtudioſorum deſudaret induſtria. Hunc certe ritum ex auctoribus plurimi tetigerũt. Cælius in Antiquis lection. lib. VIII. cap. XI. Polydor. Virgil. lib. III. cap. XVII. Lilius Gyral. in Venere. Thomas Bozius, de ſignis Eccleſiæ tom. I. alijque. Sed omnes totidem cum Herodoto verbis. Quare ſtudium ego atque diligentiam quantam polliceri poſſum, ad Prophetæ locum atque ad Herodotum ipſum explicandum, tantam afferam, & exordiar. Ac primum illud ſtatuam quod & ſacræ literæ docent, Feminas olim in vijs, in compitis, ad Veneris maximè templa religionis etiam ergo ſolitas deſidere. *Ezechiel. 16* Ezechielis enim XVI. multa ſimilia narrantur his, quæ Baruch VI. leguntur. *Expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti vt eius fieres.* Et paulo poſt. *Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ; & abominabilem feciſti decorem tuum, & diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti.* Nunc ad Prophetam.

1. Baruc explicatio. *MVLIERES AVTEM CIRCVNDATAE FVNIBVS*, &c. Græcè in exemplari *Schœniis*. Quæ vox Iuncum ſignificat: et quoniam ex Iunco funes olim intexti, vt auctor eſt Plinius lib. XVIII. cap. II. Ideo iuncis, & funibus communis eſt vox, non ſecus atque ſpartum reſtibus, atque plantis, ex quibus illæ texuntur. *Circundatæ*, igitur, *funibus*. Hoc eſt, vulgari cingulo, aut zona iuncea præcinctæ. An quia vulgares feminæ, cuiuſmodi has fuiſſe tradit Herodotus, gemmata zona, aurea, argentea ve ornari non poſſent? Cuiuſmodi illa, qua ſe Iuno Iouem deceptura præcingit apud Homerum. Iliad. XIIII. *Homerus.*

Tum formoſa habili præcingit corpora zona.

Aureolis

Aureolis vario pendentibus ordine bullis.

Sed apud Ægyptios auro interdum præcinctas videas puellas. Athenæus enim lib. V. cap. V. De pompa Ptolemei Philadelphi, ita ſcribit: *Hunc puellæ quingentæ purpureis veſtibus, auroq́ præcinctæ ſequebantur.* *Auro cinctæ puellæ.* *Athenæus.*

Coniecturam facit Iſai. cap. III. Vbi cum ſeruitutem filiarum Sion deſcriberet, ita dicit. *Et erit pro zona funiculus.* Hoc eſt, pro zona ſiue cingulo pretioſo atque eleganti, quo matronas, ingenuaſque feminas cingi fas eſt, funiculo iunceo, ſiue ſparteo ſeruilium puellarum in morem ſuccingētur. In Græcis autem eadem vox Schœnij repoſita eſt in hoc loco Iſaiæ, *kæ antizonijs ſchœnio zoſe.* Ideſt, funiculo ſuccingentur: quod vile genus cinguli eſt, cuiuſmodi apud Hebræos proverbiali forma iactatur, Cinctorium Sacci. *Iſaias explicatus.*

Quod ſiquis mihi obiiciat, non omnes illas feminas humilioris fuiſſe conditionis, ſed plures fortaſſe melioris, quas eiuſmodi cinguli non decerent: huic ego ſatis me facturum poſſe putarem, ſi ab Herodoto reſponderem, eiuſmodi quæ eſſent, aliter hoſpites ad templum Veneris præſtolatas: Ita enim ſcribit. *Ceterum cum pleræq́ ſint diuitijs tumentes, quæ ſui copiam facere recuſent: hæ vehiculis cameratis vectæ pro templo conſiſtunt, relicta interim à tergo magna famulitij turba.* Sed eſt præterea quod reſpondeam; nempe mulieres illas funibus, ſiue Schœnijs vt eſt in originali Græco, circundatas, ſiue cinctas fuiſſe, in honorem Veneris: cui texta ſiue vincla iuncea grata fuiſſe vel nomen ipſum oſtendit: quo interdum appellatam ſcribit Hermolaus apud Lil. Gyral. in Venere. Schœnim quippe nominatam ferunt. cui etiam Ouidius conſonat; apud quem lib. II. Faſtor. texta iuncea inter donaria Veneris nominantur. *Herodotus.* *Ouidius 4. Faſt.*

Cumque ſuo Veneri date grata Syſimbria lecto:
Textaq́ compoſita, iuncea vincla roſa.

Huc etiam Plautus referri poteſt, qui meretriculas viles, ac ſordidas Schœniculas appellauit, quas Feſtus, ab *Meretrices ſchœniculæ.*

Cæl.Rhodig.

ab Schœno vnguento viliſsimo, quo vtebantur, ſic dictas putat.

Atque hoc forſan intellexit Cælius lib. VIII. cap. XI. cum de Babyloniorum ritu ſcribens, feminis illas thomin-ge coronari ſolitas dicit. Quo etiam ſpectare poſsit Herodotus, cum eaſdem nodis, corolliſque re vinctas deſcribit. Nodi itaque, ſiue funiculi, ſiue ſchœnij, videtur fuiſſe vincla, ſiue ſerta de iuncis floribusque contexta.

Nodi & corollæ quid.

Nec diſsimiles certè corollas è iuncis floribuſque implicatas geſtaſſe feminas Indicas narrauit mihi ſe vidiſſe in numismate quodam vir grauis, ac diligens harum rerum obſeruator, & optimo in his litteris iudicio. Paulus Ceſpedes Cordubenſis. Quas ego geſtari etiamnum per ferias B. Ioanni Baptiſtæ ſacras, maximè ab his qui è flumine redeunt, ſæpiſsime vidi. Coronabantur autem feminæ ſiue quia Veneri ſacrificaturæ, ſiue quia amabant. Sunt enim vincti amantes: vt ait Athenæus. Quem ad morem illa faciunt Ezechiel. XXIII. vbi eiuſmodi corollas geſtaſſe meretrices, & ijs ornaſſe Deos ſuos, quos ſub amaſiorum nomine Propheta intelligit, ex his, quæ ſubijciam, oſtendetur: *Poſuerunt armillas in manibus eorum, & coronas ſpecioſiſsimas in capitibus eorum.* Quem in locum Hieron. Prado nobilis è noſtris ſacrarum litterarum interpres: *videtur*, inquit, *meretrices illæ ex roſis, vel violis, alijs ve odoriferis floribus, & frondibus ſerta ſibi plexuiſſe decoris* &c. *cum ea ceremonia meretrices ſe ipſas profitebantur fidelisſimas, & amantiſsimas ſponſas Deorum.* Quibus etiam coronis diuerticula ſua ornabant feminæ Babylonicæ, ſolemni amantium ritu, qui amicarum limina coronabant, vt ſe amare profiterentur. Sed occurrat mihi aliquis, ac dicat: Viros feminarum limina coronaſſe, dubium non eſt: ſed nunquid etiam feminæ virorum? rectè inquam, hoc loco: nam femina virum ſectatur, lectum, cubile ſternit, ſacris magicis illigare conatur, coronis allicit, ac ſe ſe in hoſpitis prætereuntis amorem inſinuans, omnes captat illius capiundi occaſiones.

Feminæ cur coronatæ.

Ezechiel:23

Tentoria etiam coronata.

Huc

Funiculus pro ſertis, Pſal. 117

Huc etiam accedit, Hebræos quidquid variè intextum, aut implicatum eſt, funiculi vocabulo ſolitos appellare, & explicare. Pſal. CXVII, vbi noſtra. *Conſtituite diem ſolemnem in condenſis.* Hebræa ſic legunt. *Alligate agnum funibus intricatis.* Vel vt alij: *Cingite ramis in ſemetipſos implicatis: redimite corollis mira varietate contextis.* Nam & apud Græcos quidquid frondoſum eſt, coronamentum dicitur. Athenæus lib. cap. VIII. *Cratinus autem comicus coronam vocauit coronamentum in Vlyſsibus lotum, quia omnia frondoſa ab Athenienſibus coronamenta nuncupantur.* *Athenæus. Coronamentum quid.*

Quare ſiue funiculus pro cingulo, Zonave iunceæ, ſiue pro corolla, vt proximè diximus, capiatur, poſtremum illud, quod ſequitur, facilè intelligatur. Enim vero quæ mulier à viro cognita primum fuerat, vicinæ exprobrabat, quod ea non fuiſſet digna habita, neque funis eius diruptus eſſet. Nam cum hoſpes quam duceret pulcriorem atque gratiorem; eam ſibi deligeret, cum qua Venerem perageret, & hac peracta corollam nodoſque deponeret, amatorias videlicet illecebras atque inſignia, non mirum ſi aliæ quoque indignè ferrent ſe ab illo qui vnam ſelegerat, præ illa contemtas: maximè cum cogerentur inibi, dum amatorem ſortirentur, diutius deſidere. Funem præterea dirrumpi, nihil aliud eſt quam diſcingi, quam Zonam ſoluere, quam coire. *Zonam ſoluere.* Diſcingebantur enim feminæ in Venerem. Horat. de quadam in adulterio deprehenſa, lib. I. Satyr. II. *Horat.*

Diſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo.
Nè nummi pereant.

Zona autem ſoluebatur nouæ nuptæ thalamum ſubeunti. Vnde Zonam ſoluere idem eſt, quod viro copulari. *Catullus.* Catull. Epigram. II. ad paſſerem Leſbiæ.

Quod Zonam ſoluit diu ligatam.

Et Epigram. XXVI. ad Ianuam.

Quod poſſet Zonam ſoluere Virgineam.

Et apud Græcos, Muſæus de Amore Erûs & Leandri: *Muſæus.* *Sic quidem illa locuta eſt: hic vero ſtatim ſoluit Zonam.*

Theocrytus. Et apud Theocrytum Edyllio XIX. de Europa Nympha

Neque diu animum floribus oblectatura erat,
Neque virginalem Zonam impollutam conſeruatura.

Exempla apud Homer. & alios. Adhuc mihi multa ſuperſunt, quæ ad huius partis explicationem adduci merito videantur; ſed caput hoc ne vltra iuſtam magnitudinem producatur, rejicienda videntur in proximum.

CAPVT. X.

PROXIMI LOCI BARVCH *tertia, atque etiam quarta, & continens ex vulgati lectione interpretatio. Funiculus in ſacris pro cubili, pro lecto, & tabernaculo. Pſal. CXXXVIII. & Hierem. IX. locus explicatus. Oſsium Oliuarum ac furfurum combuſtio: funiculorum etiam obligatio, & diruptio, ex arcanis gentium ſacris deriuata. Veneficiorum ritus & formulæ aliquot.*

QVANQVAM Ex his, quæ proximo capite diximus, allata lux videbatur ad eã loci Baruch partẽ, quam ſumſimus explicandam; tamen adjiciam adhuc tertiam, quartam etiam interpretationem, quæ ſingularium per ſe partium, & earum interſe commodã cohærentiam, & coagmentationem complectetur. Propheta ſic. *Mulieres autem ſedent in vijs circundatæ funibus.* Hoc eſt, incluſæ tentorijs, aut tabernaculis circumſcriptæ, ejuſmodi funibus, aut textis junceis diſtentis. Quia funiculus etiam apud Hebræos lectum, ſiue cubiculum in quo cubare ſolemus, ſignificare cõſueuit. Ita Pſ. CXXXVIII *Semitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti.* In Hebræo. *Et cubitum meum cinxiſti: Iter, qua ambulo, & locum, in quo recubo.* Quare Chaldæus. *Sed & quando ambulo in via, & accumbo ad vacandum legi* &c. Hoc eſt, cum ad meditandã legem

Altera Baruch explicatio.

Pſalm. 138.

Chaldæus.

legem in meum me cubile recipio. Funibus autem & lectos, & tabernacula diſtendi ſolita lib. II. docuimus, cum de veſtimentis pigneratis ex Amos. II. diſputauimus. Ibi enim LXX. Viri legunt: *Et veſtimenta ſua funibus alligantes velamina faciebant.* Chald. autem ſic: *Super lectulis ignoratis*. Et certè hæc ſunt illa diuerticula ſic funibus diſtincta apud Herodotum, ſic, inquam, funibus diſtincta, ideſt ad inſtar nodorum atque corollarum, quibus capita impediebantur, colligata, & extenſa. Quæ vel ex pellibus vel è veſtibus funibus diſtendi veriſimile eſt, opere nimirũ ſubiticio, ac tãtisper duraturo, dũ mulier hoſpitẽ ſortiretur.

Diuerticula funibus diſtincta

Et neſcio quid ſimile ſubodoror in Athenæo, cuius hæc ſunt ex lib. XII. cap. V. de Thyrrenis, ac Siculis. *Coeunt autem ac congrediuntur ſe inuicem aliquando intuentes: at ſæpius circa thorum operimenta iacientes, quæ virgulis ſunt intexta, ſuperiuſque veſtes extenduntur.* Hieronymus etiam Rhodius in Hiſtoricis Comẽtarijs, ſcribit, quod Sophocles puerum rapuit cum eo congreſſurus: *Atque pueri propriam veſtem ſuper herbas extendit, Sophocliſque veſte ſunt circumtecti.* Ex calamis enim atque viminibus olim ſcenæ vt lib. I. docuimus. Firmatur ſententia ex illo, Ezechiel. XVI. *Ex poſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, vt eius fieres, & ſumens de veſtimentis tuis feciſti tibi excelſa hinc inde conſuta, & fornicata es ſuper eis.* Et paulo poſt. *Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ, & abominabilem feciſti decorem tuum, & diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti.* Vbi Hieronym. *Ædificaſti tibi lupanar.* LXX. *Habitaculum fornicationis.* Quæ omnia in idem recidunt, & cum explicatione noſtra ſponte conſentiunt. Funibus autem diſtendi ſolita excelſa, ſiue tabernacula apud veteres etiam obſcurum non eſt, inde enim tentoria: quia funibus tendebantur. Tacit. lib. IIII. Hiſt. *Inciſis tabernaculorum funibus ſuismet tẽtorijs coopertos trucidabãt.* D. Iſid. dicta ſcribit, tabernacula, quod cortinæ funibus diſtentæ tabulis interſtantibus appenderentur, quæ tentoria ſuſtinerent.

Athenæus.

Hieronymus Rhodius.

Ezechiel. 16

Funibus diſtenta taber.

Corne. Tac.

Sedebant igitur in tabernaculis ſingulis ſingulæ, quæ

ſibi ad præſtolandos hoſpites comparauerant. Veriſimile autem eſt eiuſmodi, ſiue tuguria, ſiue diuerticula, ſiue tabernacula, ſiue cubilia malis appellare, cum lectulo ad cubandum, tum alijs rebus ad vitæ cultum neceſſarijs inſtructa fuiſſe: cum cogerentur interdum in ijs ad triennium cõmorari. Nec verò aut longius ductum, aut durius dictum videri debet, ſi funis pro lecto, aut pro cubili lectus accipiatur. Nam præterquam quod multa ſunt in ſacris litteris teſtimonia, quæ id confirment, vt paulo ante diximus, & dicetur vberius infra: Latinis ſatis frequens tropus eſt Synedoche, cum aut pars pro toto, aut continens pro cõtento; aut, quod hoc loco fit, contentum pro continente vſurpatur. Sed explicatio poſterioris partis maiorem lucem priori afferet.

Funis diruptus quid. NEQVE FVNIS EIVS DIRVPTVS SIT. Hoc eſt, neque tabernaculum eius, ſiue diuerticulum ſublatum ſit: eadem enim loquendi formula Hieremiæ X. ta- *Hierem. 10.* bernaculi demolitio explicatur. *Tabernaculum meum vaſtatum eſt, omnes funiculi mei dirupti ſunt: filij mei exierunt à me, & non ſubſiſtunt: non eſt qui extendat vltra tentorium meum, & eri-* *Funiculi pro tentorio.* *gat pelles meas.* Ecce diruptos funiculos, id eſt, diſsipatas pelles, & tentorium deiectum. ita etiam LXX. *Tabernaculum meum miſeria affectum eſt, & omnes pelles meæ diſsipatæ ſunt: non eſt vltra locus tentorij mei, locus pellium mearum.* Chald. autem ſic. *Terra mea deſerta eſt, & omnes vrbes meæ direptæ ſunt: populus meus migrauit, & non comparet, nec eſt qui extendat vltra tabernaculum meum, & erigat cortinas meas.* Itaque cortinarum, pellium, ac funiculorum tabernaculi nomine, idem ſignificatur: nempe vrbes ac populi, quæ omnia vaſtata deflebat. Funem igitur eius non eſſe diruptum, nihil erit aliud, quam adhuc relictam eſſe in tentorio, quod in eum vſum ſibi diſtenderat. Alioqui enim diſſolui oportuiſſet, ſi finem, cuius cauſa diuerticulum texuerat, conſecuta eſſet. Iam ad vltimam & continentem ſingularum inter ſe partium cohærentiam explicandam aggrediamur.

CIRCVM-

CIRCVMDATAE FVNIBVS. An quia arcana ſacra, ideſt amatoria veneficia peragerent, vt prætereũtium amorem ſibi conciliarent? quod vulgare eius ſæculi vitium inter gentes. In his autem veneficiorum ſacris necti vincula altari, atque etiam hominibus licia circundari, ſeruatum à priſcis. Ita tamen vt necteret vincula qui ſe, aut alios in amorem vellet inducere: ſolueret autem qui ſe amoribus cuperet expedire. Ita apud Virgilium. Dido ſacra Dijs inferis magica factura, ita facit. *Vincula in ſacris Magicis.* *Virgilius.*

Vnum exuta pedem vinclis in veſte recincta.

Quia, vt ait Seruius, id agitur vt iſta ſoluatur, & innectatur Æneas. Petron. in Satyrico. *Illa de ſinu licium protulit varij coloris filis intortum, ceruicemque vinxit meam.* Virgilij. Eglog. VIII. Imago Daphnidis tribus licijs, triplici colore circundatur: quo ſignificat venefica ita ſe amore implicari, & velle vt ita Daphnis ipſius amore implicetur. Deinde terni colores tribus nodis nectuntur, vt Daphnis ita amore nectatur. *Petron. Arbit.* *Virgilius.*

Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore
Licia circundo, terq́; hæc altaria circum
Effigiem duco.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:
Necte Amarylli modo, & Veneris dic vincula necto.

Propertius lib. III. Eleg. V. *Propertius.*

Cinctaq́; funeſto lanea vitta viro.

Sed hac de re tam multa ſunt apud Theocryt. Virg. Lucanum, Valer. Flac. Ouid. Propert. vt ſatis fuerit attigiſſe. Quare Circundatæ ſedent funibus Babylonicæ illæ mulieres, vt ſe tranſeuntium amoribus deuinctas eſſe ſignificent, & velle ſe vt illi pariter ijſdem amoribus implicentur. Et certe huc etiam ſpectare videtur Herodotus, cum illas ſcribit nodis corolliſque tempora reuinctas: nam nodi etiam & ſerta in veneficijs vſurpata. lib. IIII. Æneid. Eliſa ſacrum factura magicum, vt amorem a ſe in Æneam deriuaret: *Mulieres cur funibus circumdatæ.*

BIBLIOTECA ROMA

Intenditq; locum ſertis, & fronde coronat
Funereá.

Diuerticula ſic funiculis diſtincta. Quod autem addit Herodotus habuiſſe mulieres illas diuerticula ſic funiculis diſtincta, ſic etiam explicari poſsit, vt diuerticula eiſdem nodis ac ſertis, quibus ipſæ redimitæ erant, fuerint coronata, ex amantium gentilitio ritu; de quo Athenæus lib. XV. cap. II. Vbi tum demum ſolui coronas amantium ſcribit, cum amore liberati manumiſsique fuerint amatores. Particula itaque SIC, in Herodoto ſimilitudinem dicere videtur, ac referri ad nodos & vincula, quibus feminarum tempora vinciebantur. *Vmbracula olim ex ramis.* Scimus autem vmbracula olim ex ramis aliquando contexta, & coronis etiam ac vittis, aliiſque ornamentis inſtructa. Nam Athenæus *Athenæus.* lib. V. cap. V. inter alias Ptolemæi pompæ delicias, hanc etiam numerat, dicens: *Circumponebatur illi vmbraculum hederæ, vite, reliquiſq; arboribus ornatum, cui coronæ, vittæ, thyrſi, timpana, mitræ, & comicæ, tragicæq; ac Satyricæ perſonæ appendebantur.* *Varro.* Iuuat etiam illud Varronis lib. I. De vita P. R. *Quòd frontem lecticæ ſternebant ex herba torta, appellatum torum. Hoc quòd iniicitur, etiam nunc toral dicitur.* Sed de hoc vberius infra. Nunc veniamus tandem ad oſſa oliuarum, quæ res tantam habuit difficultatem, vt ad eam vix vnus acceſſerit.

Oſſa oliuarū quid. *SVCCENDENTES OSSA OLIVARVM.* Græcè *Pityra*: Hoc eſt furfures vt omnes vertunt, præter vulgatum, interpretes, ex communi lexicorum auctoritate. Sed tametſi hoc ita ſit, Pityra nihil ſignificare aliud quam furfures (quod mihi perſuadere omnino non poſſum vnius fretus autoritate Vulgati) tamen ſatis cauſæ videtur in eo eſſe, cur traductum ſit etiam per ſimilitudinem, adq; quæcunque alia purgamenta, cuiuſmodi ſunt oliuarum oſſa, ſiue retrimenta, quæ ex contuſis oleis relinquuntur, ſignificanda. Id vero ex Athenæo confirmo, qui ex auctoritate *Vulgati lectio defenſa.* Philemonis tritas oliuas Pityrides appellat lib. II. cap. XIIII. *Pityrides oliuæ tritæ dicuntur, at nigræ Stemphilides.* Callimachus etiam in Hecale, vt ibidem ſcribitur,

tur, oliuas Gergerimam, & pityrim connumerat. Quare præclare Vulgatus vetit oſſa oliuarum: & certè arcanum videtur tetigiſſe veneficiorum ſacrum: ex cuius antiquo ritu oliuarum oſſa ſuccendebantur. Theocryt. Eidyllio. II. Simetham Daphnidis amore captam, ſacris magicis operantem atque ita dicentem facit: *Nyn thyſo ta pityra.* Ideſt, Nūc oſſa oliuarum ſacrificabo. Hic enim eadem vox *Pityra*, reperitur, quam in Baruch Propheta Vulgatus tranſtulit in oſſa oliuarum. Quamquam Theocryti interpres, Furfures vertit, vti omnes alij præter vulgatum ſacri ſcriptores, cum Prophetam interpretantur. Sed nemo quare id fiat expoſuit. Verum ſiue furfures illi fuerint, ſiue quod verius puto, tritarum detrimenta olearum, quæ ſuccenderentur à feminis, id ea cauſa fiebat, vt amatorijs cantionibus ac veneficijs in ſui amorem pellicerent tranſeuntes. Nam ex magico ritu, lauri, verbenæ, aut alij ſurculi, & herbæ adolentur, cum iuſta quadam & ſolemni verborum formula, qua ſignificabant ſe amati oſſa ſpargere, aut vrere: & velle, precarique, vt quemadmodum Philtra igne conflagrabant: ita ille amoris ignibus vreretur. Theocrytus ſic Eidyl. II.

Pityra oliuæ oſſa.

Pityra furfures.

Furfures & oliuæ oſſa cremata in ſacris Magicis.

Theocrytus.

> *Mola quidem in igne conſumitur, ſed aſperge*
> *Theſtyli infelix*, &c.
> *Sparge ſimul & hæc dicas, Delphidis oſſa ſpargo.*
> *Sicut hanc ceram ego, Deo adiuuante, liquefacio,*
> *Ita præ amore ſtatim liqueſcat Myndius Delphis.*

Contritas igitur oleas incendebant, vt quemadmodum illæ contritæ facilius conflagrabant, ita etiam amaſius amoris flammis corriperetur. Et quidem de oliuarum oſsibus, nihil habeo amplius quod dicam. Sed hoc ipſum quod eſt, ſatis opinor eſt ad Vulgati explicationem. Et quidem de furfuribus noſtro etiam ſeculo veſtigia multa cernuntur. Ego enim ſæpe audiui in iudicio quæſitorum fidei, cum veneficarum cauſæ legerentur, inter earum philtra furfures numerari? Quod autem ſuſpenſam digito æneam lu-

Veneficiorū quidam ritus qui noſtro etiam æuo.

cernam ope dæmonis in orbem nullo mouente agitant, id quoque à primis in hæc ſæcula deriuatum, vt pleraque alia de veſtibus amaſij, de lacertis, de bufonibus &c. Apud

Theocrytus. Theocrytum enim Simetha ſic loquitur.

Vtque voluitur hic æneus orbis ope Veneris.

Sic ille voluatur ante noſtras fores.

Cætera igitur quæ reſtant ex Prophetæ loco ex his quæ diximus, intelligi facilimè poſſunt. Nam mulieres illæ in honorem Veneris illi ſe ſe hoſpiti dabant, qui primus certam pecuniæ ſummam in ſinum eis conieciſſet. Quam in alios quam in templi vſus erogari, fas non erat, ut ſcribit

Clem. Alex. Herodotus lib. I. & Clemens Alexand. in oratione adhortatoria ad gentes cuius hæc ſunt. *Nummum autem ei offerunt ij qui initiantur, vt amicæ amatores.* Ita enim Deam ſibi placatam, & propitiam reddi putabant. Atque id cauſæ erat, cur quæ iam hoſpitem ſortita fuerat, proximæ ſuæ exprobraret quod digna non eſſet habita, neque funis eius diruptus eſſet. Hoc eſt, quod eius preces exauditæ non eſſent; neque ſacra voti cõpotẽ feciſſent, vt diutius ex pectãdi moleſtia liberaretur, & funes, ſiue nodos, ſiue corollas, tã quas ipſa geſtaret, quã quibus diuerticulũ corona uerat, ſoluti iã amoris, & expiatæ Deæ argumẽta diſſolueret.

Funem dirũpi quid. Itaque, *NEQVE FVNIS EIVS DIRVPTVS SIT.* Id eſt, neque voti compos effecta fuerit, neque amore illo ſe ſoluerit, quem denuare in hoſpitem cupiebat veneficijs amatorijs. Nam vt ſupra diximus, quæ ſe amoribus expedire contendebat, ea & ſolueuat vincula, & veſtem diſcingebat. Dirumpi igitur funem, idem erit quod, voto liberari, & ſolui a more, quo ardebat hoſpitis capiundi, & eo tandem hoſpitem implicaſſe. Illa enim vbi cum hoſpite congreſſa eſſet, perinde ac voto liberata domum

Coronã qui ſoluit, amorem ſoluit. regrediebatur. Id autem ex eo intelligi oportet, quòd qui amore ſe explicabat, ſerta, nodos, & vincula, quæ funiculi vocabulo ſignificari, ſupra docuimus, diſſoluebat. Goro-

Goropius. pius de Veneris vinculis multa, vt ſolet in Saxon. lib. Origin. VI. vbi omnem ligationem ad Venerem referri ſcribit:

&

& multo verius à Virgilio vocatam ad aras magicas Venerem, quàm à Theocryto Hecatem, probat: quando omnis illi ligandi vis debeatur: & Verbenas, quarum vſus in ſacris, dici putat ab aduerſis cohercendis, & ijs alligandis, quæ habemus in votis. Serta autem & vincula ſoluere, idem eſſe cenſet atque, amoribus expediri. Nam vt coronatos inceſsiſſe olim amatores, vinculorum amoris Symbola præferebat, ita etiam ſoluiſſe coronas, detraxiſſe funiculos, atque ſerta, ſoluti amoris argumentum merito ducebatur. Fauet Chryſoſtomus in Epiſtol. I. ad Timoth. *Non ignorabat*, inquit, *ex paganico ritu coronatos: olim inceſsiſſe amatores quoslibet, tanquam vinculis quibuſdam impeditos, & illorum quos amarent valuas itidem coronare ſolitos.* Athenæus lib. XV. cap. XI. hac de re ſatis eleganter diſputat; queritque, cur amare dicantur coronati, ſi coronæ ſoluantur. *An*, inquit, *omne quod vinctum eſt, ſolutum iri ſignificatur? Amor verò quorundam vinculum eſt coronatorum, nulli ſiquidem alij vincli ſtudioſi ſunt vt coronẽtur, præter amãtes. Declarãtantẽ coronæ ſolutio vinculũ ipſius amoris: quod cognoſcẽtes, viros huiuſmodi amare inquiũt.* Sed Clearc. coronã victoriæ ſignũ eſſe definit, apud eundem. *Neque prius amãtes, coronari oportere indicet, quàm amorẽ deuicerint: illud eſt autem, vbi amatum, vt cooperetur, allexerint, & à deſiderio liberati, manumiſsique fuerint.* Facit ab eo. Theocrytus Eidyllio. III. vbi paſtor Amaryllidi:

Chryſoſtom. in 1. ad Timoth. cap. 2 ſerm. 8.

Athenæus. Coronati cur amare dicantur.

Clearch. ſententia.

Theocrytus.

O puella dulci aſpectu, tota ſaxea, ò nigris decora ſupercilijs
Nympha, amplectere me paſtorem caprarum, &c.
Facies vt ſtatim coronam hanc in minutas partes diſcerpam,
Quam tua cauſa, ò chara Amarylli, ex hedera nexam gero,
Implexis folliculis, & odorato apio.

Coronam diſcerpit, qui voti compos efficitur.

Vides, vt dicat ſe, poſtquam voti compos factus fuerit, coronam ſoluturum? At Athenæus ita Philoſophatur. *Vel etiam quod ſolutiones maximè de vinctis, & amantibus intelliguntur. Cum ergo coronæ ſolutionem deuinctorum quorundam ſolutionem eſſe arbitrentur, eos amare inquiunt.* Sed B. Chryſoſ. de ſponſorum coronis ita cenſet; Eos quaſi peritos Athletas coronatos nuptiarum die proceſsiſſe, qui ſcilicet caſti-

Coronæ ſolutio vinctorũ libertatẽ ſignificat.

tatis, roboriſque animi ſpecimen, atq; documentũ in paleſtra, ſiue in Gymnaſio paternæ domus, ſe ſe continendo, dediſſent.

Hæc ego cum multos ante annos memoriæ cauſa in aduerſaria conieciſſem, monuère me nuper quidam viri docti, Gueuaram eruditum æquè atque grauẽ Habacuch Prophetæ interpretem, idem, quod ad Oliuarum oſſa pertinet, docuiſſe. At ego, tametſi teſtari Deum ingenuè poſſum, me neque eius Hactenus commentarios vidiſſe, neque ab vllo vnquam ſcriptore quidquam ex his, quæ dixi, accepiſſe, tamen decertaſſe me in eadem arena cum ſtrenuo viro, eandemque laudem retuliſſe, non ſolum lætor, etiam gaudeo. Puto enim diſcere, & à doctis maximè viris, nunquam non eſſe glorioſum. Sed videamus quid ille de re.

In præfatione ad cõmentarios ſuos numer. XXVIII. & XXIX. vt eorum refutaret errorem, qui inexpiabile crimẽ ducunt humanam eruditionem cum ſacra coniungere, hũc Prophetæ locum vſurpat, & à Theocryto intelligentiam petendam eſſe demõſtrat. *At, qui ab eo*, inquit, *interpretationem quæſierit, is probè cur oſſa oliuarum à mulieribus cremarentur, intelliget. Nam eius, quod de funiculis intulit, ab Herodoto intelligentia petenda eſt.* Sed vellem, qua ratione peti poſſet, oſtendiſſet: magna omnes moleſtia liberaſſet. Plus enim difficultatis habet Herodotus, quàm vt poſsit ſine interpretis ope intelligi: & poſſe ex eo lucem afferri Prophetæ, iam ante viderat doctiſsimus ſacrorum interpres è noſtris Benedictus Pereira in ſuis ad Geneſim commentarijs. De oliuarum autem oſsibus ita ſcribit: *Habent autem apud Hieremiam Græca pro oſsibus oliuarum*, T A P I T Y R A, *Eſt autem Pityron, palea, furfur, & tam capitis ſordes, quàm, vt vertit Vulgatus oliuæ oſſa.* Quod ſi teſtimonio docuiſſet, vltra quod deſiderares nihil eſſet. Nam cur etiam oliuæ oſſa? Addit præterea Oliuæ oſſa cremari, genus fuiſſe incantamenti amatorij: quod ex Theocryto docet, in quo valde aſſentior. Adiungit poſtremo huiuſmodi incãtationes et artes Aſsyriorum fuiſſe commentum: Theocrytus

Gueuaræ de hoc loco ſententia.

Pityra quid.

Theocrytus.

tus enim ſic ad finem Eidyllij.

Talia in ciſtella venena medico ſeruate,
Quæ à Luna, ab Aſsyrio hoſpite conficere didici.

Hæc ille, & præterea nihil: quare non dubito, quin non omnino ingrata futura ſit intelligentibus, atque ſtudioſis noſtra in hoc toto loco explicando opera, ſtudiumque.

CAPVT XII

MERCES OLIM VENERI, VT MERETRIci datæ. Meretriciæ ſtipes eidem oblatæ. Donaria de templis ſublata, & reddita meretricibus. Sacris litteris Deuteronomij. XXIII. Micheæ. I. Ezechielis. XVI. lux allata.

LEGERAT Eruditus quidam, quæ de nefando Babyloniorum ritu proximè diximus, cumque meretriciam ſtipem Veneri datam animaduertiſſet, quæſiuit ex me, quid de Micheæ, Deuteronomijque loco ſentirem? vbi de meretricijs mercedibus, proſtibuliq; pretio ſic decernitur. *Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud eſt quod vouerint, quia abominatio eſt vtrumque apud Dominum Deum tuum.* Hæc Deuteronomij. XXIII. habentur: ſed Micheæ. I. ſic legitur. *Et omnia ſculptilia eius concidentur, et omnes mercedes eius cōburentur igne, et omnia idola eius ponā in perditionē, quia de mercedibus meretricis congregata ſunt, et vſque ad mercedē meretricis reuertentur.* Quæ cū ille pronūtiaſſet, nihil, inquā dubito, quin turpiſsimos in Deut. Gentiū mores, & apud Micheā, eorum perfidiam damnet Deus, qui ſe ſe ad illorum ritus accommodarent, aut ſaltem ad eos Propheta adludat. Nam illud inprimis certū eſt, Veneri olim mercedē nō ſolū tāquā meretrici ſed ex proſtibuli etiam pretio in templum illatam. Docet inprimis Herodotus, qui ſupra de Babyloniorum lege,

Deuter. 23.

Michea. 1.

Veneri merces data vt meretrici.

quam cuiq; libuerit deligendam. Porro cum ſemel illic conſederint, non prius domum regredíuntur, quam hoſpitum aliquis pecuniam mulieri in ſinum coniecerit, & cum eadem à fano ſeorſum abducta rem habuerit.

Auctores qui hunc locũ te tigere. Ex quibus, acutè monuit quidam è noſtris grauiſsimus, atque ſapientiſsimus auctor Benedictus Pereira, lucem afferri poſſe Prophetæ, quamquam ille ne aberraret à ſuo in Geneſim pulcerrimo curſu, campum hunc alijs reliquit, in quo ſtudioſorum deſudaret induſtria. Hunc certe ritum ex auctoribus plurimi tetigerũt. Cælius in Antiquis lection. lib. VIII. cap. XI. Polydor. Virgil. lib. III. cap. XVII. Lilius Gyral. in Venere. Thomas Bozius, de ſignis Eccleſiæ tom. I. alijque. Sed omnes totidem cum Herodoto verbis. Quare ſtudium ego atque diligentiam quantam polliceri poſſum, ad Prophetæ locum atque ad Herodotum ipſum explicandum, tantam afferam, & exordiar. Ac primum illud ſtatuam quod & ſacræ literæ docent, Feminas olim in vijs, in compitis, ad Veneris maximè templa religionis etiam ergo ſolitas deſidere. *Ezechiel. 16* Ezechielis enim XVI. multa ſimilia narrantur his, quæ Baruch VI. leguntur. *Expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti vt eius fieres.* Et paulo poſt. *Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ; & abominabilem feciſti decorem tuum, & diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti.* Nunc ad Prophetam.

1. Baruc explicatio. *MVLIERES AVTEM CIRCVNDATAE FVNIBVS*, &c. Græcè in exemplari *Σχοινίοις*. Quæ vox Iuncum ſignificat: et quoniam ex Iunco funes olim intexti, vt auctor eſt Plinius lib. XVIII. cap. II. Ideo iuncis, & funibus communis eſt vox, non ſecus atque ſpartum, reſtibus, atque plantis, ex quibus illæ texuntur. *Circundatæ*, igitur, *funibus*. Hoc eſt, vulgari cingulo, aut zona iuncea præcinctæ. An quia vulgares feminæ, cuiuſmodi has fuiſſe tradit Herodotus, gemmata zona, aurea, argentea ve ornari non poſſent? Cuiuſmodi illa, qua ſe Iuno Iouem deceptura præcingit apud Homerum. Iliad. XIIII. *Homerus.*

Tum formoſa habili præcingit corpora zona.

Aureolis

Aureolis vario pendentibus ordine bullis.

Auro cinctæ puellæ. *Athenæus.*

Sed apud Ægyptios auro interdum præcinctas videas puellas. Athenæus enim lib. V. cap. V. De pompa Ptolemei Philadelphi, ita ſcribit: *Hunc puellæ quingentæ purpureis veſtibus, auroq; præcinctæ ſequebantur.*

Iſaias explicatus.

Coniecturam facit Iſai. cap. III. Vbi cum ſeruitutem filiarum Sion deſcriberet, ita dicit. *Et erit pro zona funiculus.* Hoc eſt, pro zona ſiue cingulo pretioſo atque eleganti, quo matronas, ingenuaſque feminas cingi fas eſt, funiculo iunceo, ſiue ſparteo ſeruilium puellarum in morem ſuccingẽtur. In Græcis autem eadem vox Schœnij repoſita eſt in hoc loco Iſaiæ, *kæ antizonijs ſchœnio zoſe.* Ideſt, funiculo ſuccingentur: quod vile genus cinguli eſt, cuiuſmodi apud Hebræos proverbiali forma iactatur, Cinctorium Sacci.

Herodotus.

Quod ſiquis mihi obiiciat, non omnes illas feminas humilioris fuiſſe conditionis, ſed plures fortaſſe melioris, quas eiuſmodi cinguli non decerent: huic ego ſatis me facturum poſſe putarem, ſi ab Herodoto reſponderem, eiuſmodi quæ eſſent, aliter hoſpites ad templum Veneris præſtolatas. Ita enim ſcribit. *Ceterum cum pleræq; ſint diuitijs tumentes, quæ ſui copiam facere recuſent: hæ vehiculis cameratis vectæ pro templo conſiſtunt, relicta interim à tergo magna famulitij turba.* Sed eſt præterea quod reſpondeam, nempe mulieres illas funibus, ſiue Schœnijs vt eſt in originali Græco, circundatas, ſiue cinctas fuiſſe, in honorem Veneris: cui texta ſiue vincla iuncea grata fuiſſe vel nomen ipſum oſtendit: quo interdum appellatam ſcribit Hermolaus apud Lil. Gyral. in Venere. Schœnim quippe nominatam ferunt. cui etiam Ouidius conſonat; apud quem lib. II. Faſtor. texta iuncea inter donaria Veneris nominantur.

Ouidius 4. Faſt.

Cumque ſuo Veneri date grata Syſimbria lacte:
Textaq; compoſita, iuncea vincla roſa.

Meretrices ſchœniculæ.

Huc etiam Plautus referri poteſt, qui meretriculas viles, ac ſordidas Schœniculas appellauit, quas Feſtus,

Cæl.Rhodig. ab Schœno vnguento viliſsimo, quo vtebantur, ſic dictas putat.

Atque hoc forſan intellexit Cælius lib. VIII. cap. XI. cum de Babyloniorum ritu ſcribens, feminis illas thœminge coronari ſolitas dicit. Quo etiam ſpectare poſsit Herodotus, cum eaſdem nodis, corolliſque re vinctas deſcribit. *Nodi & corollæ quid.* Nodi itaque, ſiue funiculi, ſiue ſchœnij, videntur fuiſſe vincla, ſiue ſerta de iuncis floribusque contexta. Nec diſsimiles certè corollas è iuncis floribuſque implicatas geſtaſſe feminas Indicas narrauit mihi ſe vidiſſe in numismate quodam vir grauis, ac diligens harum rerum obſeruator, & optimo in his litteris iudicio Paulus Ceſpedes Cordubenſis. Quas ego geſtari etiamnum per ferias B. Ioanni Baptiſtæ ſacras, maximè ab his qui è flumine redeunt, ſæpiſsime vidi. *Feminæ cur coronatæ.* Coronabantur autem feminæ ſiue quia Veneri ſacrificaturæ, ſiue quia amabant. Sunt enim vincti amantes: vt ait Athenæus. Quem ad morem illa faciunt Ezechiel. XXIII. vbi eiuſmodi corollas geſtaſſe meretrices, & ijs ornaſſe Deos ſuos, quos ſub amaſiorum nomine, Propheta intelligit, ex his, quæ ſubijciam, oſtendetur: *Ezechiel:23* *Poſuerunt armillas in manibus eorum, & coronas ſpecioſiſsimas in capitibus eorum.* *Tentoria etiam coronata.* Quem in locum Hieron. Prado nobilis è noſtris ſacrarum litterarum interpres: *videtur,* inquit, *meretrices illæ ex roſis, vel violis, alijs ve odoriferis floribus, & frondibus ſerta ſibi plexiſſe decoris* &c. *cum ea ceremonia meretrices ſe ipſas profitebantur fidelisſimas, & amantiſsimas ſponſas Deorum.* Quibus etiam coronis diuerticula ſua ornabant feminæ Babylonicæ, ſolemni amantium ritu, qui amicarum limina coronabant, vt ſe amare profiterentur. Sed occurrat mihi aliquis, ac dicat: Viros feminarum limina coronaſſe, dubium non eſt: ſed nunquid etiam feminæ virorum? rectè inquam, hoc loco: nam femina virum ſectatur, lectum, cubile ſternit, ſacris magicis illigare conatur, coronis allicit, ac ſe ſe in hoſpitis prætereuntis amorem inſinuans, omnes captat illius capiundi occaſiones.

Huc

Funiculus pro ſertis, Pſal. 117

Huc etiam accedit, Hebræos quidquid variè intextum, aut implicatum eſt funiculi vocabulo ſolitos appellare, & explicare. Pſal. CXVII. vbi noſtra. *Conſtituite diem ſolemnem in condenſis.* Hebræa ſic legunt. *Alligate agnum funibus intricatis.* Vel vt alij: *Cingite ramis in ſemetipſos implicatis: redimite corollis mira varietate contexis.* Nam & apud Græcos quidquid frondoſum eſt, coronamentum dicitur. Athenæus lib. cap. VIII. *Cratinus autem comicus coronam vocauit coronamentum in Vlyſſibus lotum, quia omnia frondoſa ab Athenienſibus coronamenta nuncupantur.*

Athenæus. Coronamentum quid.

Quare ſiue funiculus pro cingulo, Zonave iuncea, ſiue pro corolla, vt proximè diximus, capiatur, poſtremum illud, quod ſequitur, facilè intelligatur. Enim vero quæ mulier à viro cognita primum fuerat, vicinæ exprobrabat, quod ea non fuiſſet digna habita; neque funis eius diruptus eſſet. Nam cum hoſpes quam duceret pulcriorem atque gratiorem; eam ſibi deligeret, cum qua Venerem perageret; & hac peracta corollam nodoſque deponeret, amatorias videlicet illecebras atque inſignia, non mirum ſi aliæ quoque indignè ferrent ſe ab illo qui vnam ſelegerat, præ illa contemptas: maximè cum cogerentur inibi, dum amatorem ſortirentur, diutius deſidere. Funem præterea diſrumpi, nihil aliud eſt quam diſcingi, quam Zonam ſoluere, quam coire. Diſcingebantur enim feminæ in Venerem. Horat. de quadam in adulterio deprehenſa. lib. I. Satyr. II.

Zonam ſoluere.

Horat.

Diſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo.
Nè nummi pereant.

Zona autem ſoluebatur nouæ nuptæ thalamum ſubeunti. Vnde Zonam ſoluere idem eſt, quòd viro copulari. Catull. Epigram. II. ad paſſerem Leſbiæ.

Catullus.

Quod Zonam ſoluit diu ligatam.

Et Epigram. XXVI. ad Ianuam.

Quod poſſet Zonam ſoluere Virgineam.

Et apud Græcos, Muſæus de Amore Erûs & Leandri:

Muſæus.

Sic quidem illa locuta eſt: hic verò ſtatim ſoluit Zonam.

Theocrytus. Et apud Theocrytum Edyllio XIX. de Europa Nympha

Neque diu animum floribus oblectatura erat,

Neque virginalem Zonam impollutam conſeruatura.

Exempla apud Homer. & alios. Adhuc mihi multa ſuperſunt, quæ ad huius partis explicationem adduci merito videantur; ſed caput hoc ne vltra iuſtam magnitudinem producatur, rejicienda videntur in proximum.

CAPVT. X.

***PROXIMI LOCI BARVCH** tertia, atque etiam quarta, & continens ex vulgati lectione interpretatio. Funiculus in ſacris pro cubili, pro lecto, & tabernaculo. Pſal. CXXXVIII. & Hierem. IX. locus explicatus. Oſsium Oliuarum ac furfurum combuſtio: funiculorum etiam obligatio, & diruptio, ex arcanis gentium ſacris deriuata. Veneficiorum ritus & formulæ aliquot.*

QVANQVAM Ex his, quæ proximo capite diximus, allata lux videbatur ad eã loci Baruch partẽ, quam ſumſimus explicandam; tamen adjiciam adhuc tertiam, quartam etiam interpretationem, quæ ſingularium per ſe partium, & earum inter ſe commodã cohærentiam, & coagmentationem complectetur. Pro-

Altera Baruch explicatio. pheta ſic. *Mulieres autem ſedent in vijs circundatæ funibus.* Hoc eſt, incluſæ tentorijs, aut tabernaculis circumſcriptæ, ejuſmodi funibus, aut textis iunceis diſtentis. Quia fu-

Pſalm. 138. niculus etiam apud Hebræos lectum, ſiue cubiculum in quo cubare ſolemus, ſignificare cõſueuit. Ita Pſ. CXXXVIII *Semitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti.* In Hebræo. *Et cubitum meum cinxiſti: Iter quo ambulo, & locum, in quo*

Chaldæus. *recubo.* Quare Chaldæus. *Sed & quando ambulo in via, & accumbo ad vacandum legi &c.* Hoc eſt, cum ad meditandã

legem in meum me cubile recipio. Funibus autem & lectos, & tabernacula diſtendi ſolita lib. II. docuimus, cum de veſtimentis pigneratis ex Amos. II. diſputauimus. Ibi enim LXX. Viri legunt: *Et veſtimenta ſua funibus alligantes velamina faciebant.* Chald. autem ſic: *Super lectulis ignoratis.* Et certè hæc ſunt illa diuerticula ſic funibus diſtincta apud Herodotum, ſic, inquam; funibus diſtincta, id eſt ad inſtar nodorum atque corollarum, quibus capita impediebantur, colligata, & extenſa. Quæ vel ex pellibus vel è veſtibus funibus diſtendi veriſimile eſt, opere nimirũ ſubiticio, ac tãtiſper duraturo, dũ mulier hoſpitẽ ſortiretur. *Diuerticula funibus diſtincta*

Et neſcio quid ſimile ſubodoror in Athenæo, cuius hæc ſunt ex lib. XII. cap. V. de Thyrrenis, ac Siculis. *Coeunt autem ac congrediuntur ſe inuicem aliquando intuentes: at ſæpius circa thorum operimenta iacientes, quæ virgulis ſunt intexta, ſuperiuſque veſtes extenduntur.* Hieronymus etiam Rhodius in Hiſtoric. Comẽtarijs, ſcribit, quod Sophocles puerum rapuit cum eo congreſſurus: *Atque puer propriam veſtem ſuper herbas extendit, Sophocliſque veſte ſunt circũmtecti.* Ex calamis enim atque viminibus olim ſcenæ vt lib. I. docuimus. Firmatur ſententia ex illo, Ezechiel. XVI. *Ex poſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, vt eius fieres, & ſumens de veſtimentis tuis feciſti tibi excelſa hinc inde conſuta, & fornicata es ſuper eis.* Et paulo poſt. *Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ, & abominabilem feciſti decorem tuum, & diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti.* Vbi Hieronym. *Ædificaſti tibi lupanar.* LXX. *Habitaculum fornicationis.* Quæ omnia in idem recidunt, & cum explicatione noſtra ſponte conſentiunt. Funibus autem diſtendi ſolita excelſa, ſiue tabernacula apud veteres etiam obſcurum non eſt, inde enim tentoria: quia funibus tendebantur. Tacit. lib. IIII. Hiſt. *Inciſis tabernaculorum funibus ſuiſmet tectorijs coopertos trucidabãt.* D. Iſid. dicta ſcribit, tabernacula, quod cortinæ funibus diſtentæ tabulis interſtantibus appenderentur, quæ tentoria ſuſtinerent. *Athenæus.* *Hieronymus Rhodius.* *Ezechiel. 16* *Funibus diſtenta taber.* *Corne. Tac.*

Sedebant igitur in tabernaculis ſingulis ſingulæ, quæ

CIRCVMDATAE FVNIBVS. An quia arcana ſacra, ideſt amatoria veneficia peragerent, vt prætereũtium amorem ſibi conciliarent? quod vulgare eius ſæculi vitium inter gentes. In his autem veneficiorum ſacris necti vincula altari, atque etiam hominibus licia circundari, ſeruatum à priſcis. Ita tamen vt necteret vincula qui ſe, aut alios in amorem vellet inducere: ſolueret autem qui ſe amoribus cuperet expedire. Ita apud Virgilium. Dido ſacra Dijs inferis magica factura, ita facit. *Vincula in ſacris Magicis.* *Virgilius.*

Vnum exuta pedem vinclis in veſte recincta.

Quia, vt ait Seruius, id agitur vt iſta ſoluatur, & innectatur Æneas. Petron. in Satyrico. *Illa de ſinu licium protulit varij coloris filis intortum, ceruicemque vinxit meam.* Virgilij. Eglog. VIII. Imago Daphnidis tribus licijs, triplici colore circundatur: quo ſignificat venefica ita ſe amore implicari, & velle vt ita Daphnis ipſius amore implicetur. Deinde terni colores tribus nodis nectuntur, vt Daphnis ita amore nectatur. *Petron. Arbit.* *Virgilius.*

Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore
Licia circundo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:
Necte Amarylli modo, & Veneris dic vincula necto.

Propertius lib. III. Eleg. V. *Propertius.*

Cinctaq; funeſto lanea vitta viro.

Sed hac de re tam multa ſunt apud Theocryt. Virg. Lucanum, Valer. Flac. Ouid. Propert. vt ſatis fuerit attigiſſe. Quare Circundatæ ſedent funibus Babylonicæ illæ mulieres, vt ſe tranſeuntium amoribus deuinctas eſſe ſignificent, & velle ſe vt illi pariter ijſdem amoribus implicentur. Et certe huc etiam ſpectare videtur Herodotus, cum illas ſcribit nodis corolliſque tempora reuinctas: nam nodi etiam & ſerta in veneficijs vſurpata. lib. IIII. Æneid. Eliſa ſacrum factura magicum, vt amorem a ſe in Æneam deriuaret: *Mulieres cur funibus circumdatæ.*

Inte̅ditq́; locum ſertis, & fronde coronat
Funerea.

Diuerticula ſic funiculis diſtincta.

Quod autem addit Herodotus habuiſſe mulieres illas diuerticula ſic funiculis diſtincta, ſic etiam explicari poſsit, vt diuerticula eiſdem nodis ac ſertis, quibus ipſæ redimitæ erant, fuerint coronata, ex amantium gentilitio ritu; de quo Athenæus lib. XV. cap. II. Vbi tum demum ſolui coronas amantium ſcribit, cum amore liberati manumiſsique fuerint amatores. Particula itaque SIC, in Herodoto ſimilitudinem dicere videtur, ac referri ad nodos & vincula, quibus feminarum tempora vinciebantur.

Vmbracula olim ex ramis.

Athenæus.

Scimus autem vmbracula olim ex ramis aliquando contexta, & coronis etiam ac vittis, alijſque ornamentis inſtructa. Nam Athenæus lib. V. cap. V. inter alias Ptolemæi pompæ delicias, hanc etiam numerat, dicens: *Circumponebatur illi vmbraculum hederæ, vite, reliquiſq́; arboribus ornatum, cui coronæ, vittæ, thyrſi, timpana, mitræ, & comicæ, tragicæq́; ac Satyricæ perſonæ appendebantur.*

Varro.

Iuuat etiam illud Varronis lib. I. De vita P. R. *Quòd frontem lecticæ ſternebant ex herba torta, appellatum torum. Hoc quòd iniicitur, etiam nunc toral dicitur.* Sed de hoc vberius infra. Nunc veniamus tandem ad oſſa oliuarum, quæ res tantam habuit difficultatem, vt ad eam vix vnus acceſſerit.

Oſſa oliuaru̅ quid.

SVCCENDENTES OSSA OLIVARVM.

Græcè *Pityra*: Hoc eſt furfures vt omnes vertunt, præter vulgatum, interpretes, ex communi lexicorum auctoritate. Sed tametſi hoc ita ſit, Pityra nihil ſignificare aliud quam furfures (quod mihi perſuadere omnino non poſſum vnius fretus autoritate Vulgati) tamen ſatis cauſæ videtur in eo eſſe, cur traductum ſit etiam per ſimilitudinem, ad quæcunque alia purgamenta, cuiuſmodi ſunt oliuarum oſſa, ſiue retrimenta, quæ ex contuſis oleis relinquuntur, ſignificanda. Id vero ex Athenæo confirmo, qui ex auctoritate

Vulgati lectio defenſa.

Philemonis tritas oliuas Pityrides appellat lib. II. cap. XIIII. *Pityrides oliuæ tritæ dicuntur, at nigræ Stemphilides.* Callimachus etiam in Hecale, vt ibidem ſcribitur,

tur, oliuas Gergerimam, & pityrim connumerat. Quare præclare Vulgatus vetit oſſa oliuarum: & certè arcanum videtur tetigiſſe veneficiorum ſacrum: ex cuius antiquo ritu oliuarum oſſa ſuccendebantur. Theocryt. Eidyllio. 11. Simetham Daphnidis amore captam, ſacris magicis operantem atque ita dicentem facit: *Nyn thyſo ta pityra.* Id eſt, Nūc oſſa oliuarum ſacrificabo. Hic enim eadem vox *Pityra*, repeitur, quam in Baruch Propheta Vulgatus tranſtulit in oſſa oliuarum. Quamquam Theocryti interpres, Furfures vertit, vti omnes alij præter vulgatum ſacri ſcriptores, cum Prophetam interpretantur. Sed nemo quare id fiat expoſuit. Verum ſiue furfures illi fuerint, ſiue quod verius puto, tritarum tetrimenta olearum, quæ ſuccenderentur à feminis, id ea cauſa fiebat, vt amatorijs cantionibus ac veneficijs in ſui amorem pellicerent tranſeuntes. Nam ex magico ritu, lauri, verbenæ, aut alij ſurculi, & herbæ adolentur, cum iuſta quadam & ſolemni verborum formula, qua ſignificabant ſe amati oſſa ſpargere, aut vrere: & velle, precarique, vt quemadmodum Philtra igne conflagrabant: ita ille amoris ignibus vreretur. Theocrytus ſic Eidyl. 11.

Pityra cliuæ oſſa.

Pityra furfures.

Furfures & oliuæ oſſa cremata in ſacris Magicis.

Theocrytus.

Mola quidem in igne conſumitur, ſed aſperge
Theſtyli infelix, &c.
Sparge ſimul & hæc dicas, Delphidis oſſa ſpargo.
Sicut hanc ceram ego, Deo adiuuante, liquefacio,
Ita præ amore ſtatim liqueſcat Myndius Delphis.

Contritas igitur oleas incendebant, vt quemadmodum illæ contritæ facilius conflagrabant, ita etiam amaſius amoris flammis corriperetur. Et quidem de oliuarum oſsibus, nihil habeo amplius quod dicam. Sed hoc ipſum quod eſt, ſatis opinor eſt ad Vulgati explicationem. Et quidem de furfuribus noſtro etiam ſeculo veſtigia multa cernuntur. Ego enim ſæpe audiui in iudicio quæſitorum fidei, cum veneficarum cauſæ legerentur, inter earum philtra furfures numerari? Quod autem ſuſpenſam digito æneam lu-

Veneficiorū quidam ritus qui noſtro etiam æuo.

cernam ope dæmonis in orbem nullo mouente agitant, id quoque à primis in hæc ſæcula deriuatum, vt pleraque alia de veſtibus amaſij, de lacertis, de bufonibus &c. Apud

Theocrytus. Theocrytum enim Simetha ſic loquitur.

Vtque voluitur hic æneus orbis ope Veneris.

Sic ille voluatur ante noſtras fores.

Cætera igitur quæ reſtant ex Prophetæ loco ex hís quæ diximus, intelligi facilimè poſſunt. Nam mulieres illæ in honorem Veneris illi ſe ſe hoſpiti dabant, qui primus certam pecuniæ ſummam in ſinum eis conieciſſet. Quam in alios quam in templi vſus erogari, fas non erat, ut ſcribit

Clem. Alex. Herodotus lib. I. & Clemens Alexand. in oratione adhortatoria ad gentes cuius hæc ſunt. *Nummum autem ei offerunt iſ qui initiantur, vt amicæ amatores.* Ita enim Deam ſibi placatam, & propitiam reddi putabant. Atque id cauſæ erat, cur quæ iam hoſpitem ſortita fuerat, proximæ ſuæ exprobraret quod digna non eſſet habita, neque funis eius diruptus eſſet. Hoc eſt, quod eius preces exauditæ non eſſent; neque ſacra voti cōpotē feciſſent, vt diutius ex pectādi moleſtia liberaretur, & funes, ſiue nodos, ſiue corollas, tā quas ipſa geſtaret, quā quibus diuerticulū coronauerat, ſoluti iā amoris, & expiatæ Deæ argumēta diſſolueret.

Funem dirū pi quid. Itaque, *NEQVE FVNIS EIVS DIRVPTVS SIT.* Id eſt, neque voti compos effecta fuerit, neque amore illo ſe ſoluerit, quem deriuare in hoſpitem cupiebat veneficijs amatorijs. Nam vt ſupra diximus, quæ ſe amoribus expedire contendebat, ea & ſolueuat vincula, & veſtem diſcingebat. Dirumpi igitur funem, idem erit quod, voto liberari, & ſolui amore, quo ardebat hoſpitis capiundi, & eo tandem hoſpitem implicaſſe. Illa enim vbi cum hoſpite congreſſa eſſet, perinde ac voto liberata domum

Coronā qui ſoluit, amorem ſoluit. regrediebatur. Id autem ex eo intelligi oportet, quòd qui amore ſe explicabat, ſerta, nodos. & vincula, quæ funiculi vocabulo ſignificari, ſupra docuimus, diſſoluebat. Goro-

Goropius. pius de Veneris vinculis multa, vt ſolet in Saxon. lib. Origin. VI. vbi omnem ligationem ad Venerem referri ſcribit:

&

& multo verius à Virgilio vocatam ad aras magicas Venerem, quàm à Theocryto Hecatem; probat: quando omnis illi ligandi vis debeatur: & Verbenas, quarum vſus in ſacris, dici putat ab aduerſis cohercendis, & ijs alligandis, quæ habemus in votis. Serta autem & vincula ſoluere, idem eſſe cenſet atque, amoribus expediri. Nam vt coronatos inceſsiſſe olim amatores, vinculorum amoris Symbola præferebat, ita etiam ſoluiſſe coronas, detraxiſſe funiculos, atque ſerta, ſoluti amoris argumentum merito ducebatur. Fauet Chryſoſtomus in Epiſtol. I. ad Timoth. *Non ignorabat*, inquit, *ex paganico ritu coronatos: olim inceſsiſſe amatores quoslibet, tanquam vinculis quibuſdam impeditos, & illorum quos amarent valuas itidem coronare ſolitos.* Athenæus lib. XV. cap. XI. hac de re ſatis eleganter diſputat; queritque, cur amare dicantur coronati, ſi coronæ ſoluantur. *An*, inquit, *omne quod vinctum eſt, ſolutum iri ſignificatur? Amor verò quorundam vinculum eſt coronatorum, nulli ſiquidem alij vincti ſtudioſi ſunt vt coronẽtur, præter amãtes. Declarat autẽ coronæ ſolutio vinculũ ipſius amoris: quod cognoſcẽtes, viros huiuſmodi amare inquiũt.* Sed Clearc. coronã victoriæ ſignũ eſſe definit, apud eundem. *Neque prius amãtes, coronari oportere indicet, quàm amorẽ deuicerint: illud eſt autem, vbi amatum, vt cooperetur, allexerint, & à deſiderio liberati, manumiſsique fuerint.* Facit ab eo. Theocrytus Eidyllio. III. vbi paſtor Amaryllidi:

Chryſoſtom. in 1. ad Timoth. cap. 2 ſerm. 8.

Athenæus.

Coronati cur amare dicantur.

Chlearch. ſententia.

Theocrytus.

O puella dulci aſpectu, tota ſaxea, ò nigris decora ſupercilijs
Nympha, amplectere me paſtorem caprarum, &c.
Facies vt ſtatim coronam hanc in minutas partes diſcerpam,
Quam tua cauſa, ò chara Amarylli, ex hedera nexam gero,
Implexis folliculis, & odorato apio.

Vides, vt dicat ſe, poſtquam voti compos factus fuerit, coronam ſoluturum? At Athenæus ita Philoſophatur. *Vel etiam quod ſolutiones maximè de vinctis, & amantibus intelliguntur. Cum ergo coronæ ſolutionem deuinctorum quorundam ſolutionem eſſe arbitrentur, eos amare inquiunt.* Sed B. Chryſoſ. de ſponſorum coronis ita cenſet; Eos quaſi peritos Athletas coronatos nuptiarum die proceſsiſſe, qui ſcilicet caſti-

Coronam diſcerpit, qui voti compos efficitur.

Coronæ ſolutio vinctorũ libertatẽ ſignificat.

tatis, roboriſque animi ſpecimen, atq; documentũ in palæſtra, ſiue in Gymnaſio paternæ domus, ſe ſe continendo, dediſſent.

Hæc ego cum multos ante annos memoriæ cauſa in aduerſaria conieciſſem, monuêre me nuper quidam viri docti, Gueuaram eruditum æquè atque grauẽ Habacuch Prophetæ interpretem, idem, quod ad Oliuarum oſſa pertinet, docuiſſe. At ego, tametſi teſtari Deum ingenuè poſſum, me neque eius Hactenus commentarios vidiſſe, neque ab vllo vnquam ſcriptore quidquam ex his, quæ dixi, accepiſſe, tamen decertaſſe me in eadem arena cum ſtrenuo viro, eandemque laudem retuliſſe, non ſolum Ictor, etiam gaudeo. Puto enim diſcere, & à doctis maximè viris, nunquam non eſſe glorioſum. Sed videamus quid ille de re.

In præfatione ad cõmentarios ſuos numer. XXVIII. & XXIX. vt eorum refutaret errorem, qui inexpiabile crimẽ ducunt humanam eruditionem cum ſacra coniungere, hũc Prophetæ locum vſurpat, & à Theocryto intelligentiam petendam eſſe demõſtrat. *At, qui ab eo*, inquit, *interpretationem quæſierit, is probè cur oſſa oliuarum à mulieribus cremarentur, intelliget. Nam eius, quod de funiculis intulit, ab Herodoto intelligentia petenda eſt.* Sed vellem, qua ratione peti poſſet, oſtendiſſet: magna omnes moleſtia liberaſſet. Plus enim difficultatis habet Herodotus, quàm vt poſsit ſine interpretis ope intelligi: & poſſe ex eo lucem afferri Prophetæ, iam ante viderat doctiſsimus ſacrorum interpres è noſtris Benedictus Pereira in ſuis ad Geneſim commentarijs. De oliuarum autem oſsibus ita ſcribit: *Habent autem apud Hieremiam Græcą pro oſsibus oliuarum, T A P I T Y R A, Eſt autem Pityron, palea, furfur, & tam capitis ſordes, quàm, vt vertit Vulgatus oliuæ oſſa.* Quod ſi teſtimonio docuiſſet, vltra quod deſiderares nihil eſſet. Nam cur etiam oliuæ oſſa? Addit præterea Oliuæ oſſa cremari, genus fuiſſe incantamenti amatorij: quod ex Theocryto docet, in quo valde aſſentior. Adiungit poſtremo huiuſmodi incãtationes et artes Aſsyriorum fuiſſe commentum: Theocrytus

Gueuaræ de hoc loco ſententia.

Pityra quid.

Theocrytus.

tus enim ſic ad finem Eidyllij.

Talia in ciſtella venena medico ſeruate,

Quæ à Luna, ab Aſſyrio hoſpite conſicere didici.

Hæc ille, & præterea nihil: quare non dubito, quin non omnino ingrata futura ſit intelligentibus, atque ſtudioſis noſtra in hoc toto loco explicando opera, ſtudiumque.

CAPVT XII

MERCES OLIM VENERI, VT MERETRIci data. Meretriciæ ſtipes eidem oblatæ. Donaria de templis ſublata, & reddita meretricibus. Sacris litteris Deuteronomij. XXIII. Micheæ. I. Ezechielis. XVI. lux allata.

LEGERAT Eruditus quidam, quæ de nefando Babyloniorum ritu proximè diximus, cumque meretriciam ſtipem Veneri datam animaduertiſſet, quæſiuit ex me, quid de Micheæ, Deuteronomijque loco ſentirem? vbi de meretricijs mercedibus, proſtibuliq, pretio ſic decernitur. *Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud eſt quod vouerint, quia abominatio eſt vtrumque apud Dominum Deum tuum.* Hæc Deuteronomij. XXIII. habentur: ſed Micheæ. I. ſic legitur. *Et omnia ſculptilia eius concidentur, et omnes mercedes eius cōburentur igne, et omnia idola eius ponā in perditionē, quia de mercedibus meretricis congregata ſunt, et vſque ad mercedē meretricis reuertentur.* Quæ cū ille pronūtiaſſet, nihil, inquā dubito, quin turpiſſimos in Deut. Gentiū mores, & apud Micheā, eorum perfidiam damnet Deus, qui ſe ſe ad illorum ritus accommodarent, aut ſaltem ad eos Propheta alludat. Nam illud inprimis certū eſt, Veneri olim mercedē nō ſolū tāquā meretrici ſed ex proſtibuli etiam pretio in templum illatam. Docet inprimis Herodotus, qui ſupra de Babyloniorum lege,

Deuter. 23.

Michea. 1.

Veneri merces data vt meretrici.

Et expoſtibuli quæſtu. *Porro*, inquit, *cum ſemel illic conſederint, non prius domum regrediuntur, quam hoſpitum aliquis pecuniam mulieri in ſinum iniecerit, & cum eadem à fano ſeorſum abducta rem habuerit.*
Herodotus. *Hoſpitem autem illum, qui pecuniam obtulit, dicere oportet: Tanti ego tibi Deam Mylitam imploro. Mylitã enim Aſſyrij Venerẽ appellant. At vero pecuniam illã quantulacũq; ſit, non eſt fas reiicere:*
Clem. Alex. *ſiquidem in ſacrum conuertitur vſum*. Clemens etiam Alexandrinus in eandem ſententiam ita ſcribit in Adhortatoria ad gentes. *Nummum autem*, inquit, *ei offerunt ij,*
Arnobius. *qui initiantur, vt amicæ amatores*. Et Arnobius etiam lib. V. *Nec non & Cypriæ Veneris abſtruſa illa initia prætereamus; quorum conditor indicatur Cynaras Rex fuiſſe: in quibus ſumentes ea, certas ſtipes inſerunt vt meretrici*. Et ſcribens in Pſalmum XXVIII. *In Libano*, inquit, *ſacrificantes vſq; hodie turpiſsimæ Veneri, vitulorum virilia amputant. & in eius ſacrificio huiuſmodi incenſa ſupponunt, mercedem, quam*
D. Auguſt. *oportuit, erroris ſui Deæ ſuæ exhibent meretrici*. D. etiam Auguſtinus apertè in hanc ſententiam ita ſcribit. *Tres Veneres, vna virginum, quæ etiam Veſta eſt, alia coniugatorum, alia meretricum, cui etiam Phœnices donum dabant de proſtitutione filiarum, ante quam iungerent eas viris.*

Venus cur meretrix. Dicta autem eſt meretrix Venus, ſiue quia Sacellum hoc nomine, ob liberatam vrbem à meretrice, Abydeni conſtruxerunt, vt ſcribit Athenæus lib. XIII. cap. XI. Siue quia prima meretriciam artem inſtituit, auctorque mulieribus fuit in Cypro, vt vulgato corpore quæſtum facerent:
Venus amica. vt Lactantius ſcripſit, & Seruius. Quod autem amicam Clemens ſupra appellauit, rectè fecit: nam id quoque nomen Veneri, ſiue quod amicos, & amicas amore coniungit, & amicitias coit, vt ſcribit Apollodorus Athenienſis in lib. Deor. apud Athenæum lib. XIII. cap. X. ſiue quod honeſtum nomen, ex vera amicitia ſumtum, ad turpem detortum eſt, ob honeſtum dictionis vſum. Ita Anaxilas in Iuuenca.

Sortitur amicæ nomen ex amicitia:
At non, vt ipſe nunc refers, ſcorti mali.

Nam

Nam & meretricis etiam nomen olim in honeſtis duceba- *Meretrix*
tur, vt ſacræ litteræ docent. Etenim Ioſuæ II. Rahab mere- *caupona.*
trix dicitur, ideſt, hoſpita, vt interpretatur Chaldæus: & III.
Reg. III. *Venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem*, hoc 3. *Reg.* 3.
eſt, cauponæ, ex eiuſdem interpretatione. Sed hoc obſcurũ
non eſt, & tractatur egregiè à Hieronymo Prado doctiſsimo
è noſtris Ezechielis interprete, ad Prophetæ caput XVI.

Deorum autem ſiue templorum donaria meretricibus *Templorum*
data, externæ noſtræque litteræ docent. Athenæus enim lib. *donaria me-*
XIII. cap. XXVIII. rem ex inſtituto proſequitur; ſed ap- *retricibus da*
tiſsimum ex Epiſtola Hieremiæ quæ Baruch. VI. legitur, ad *ta.*
id quod quærimus, teſtimonium. *Coronas certè aureas habent* *Baruch.6.*
ſuper capita ſua Dij illorum, vnde ſubtrahunt Sacerdotes ab eis
aurum, & argentum, & erogant illud in ſemetipſis. Dant
autem & ex ipſo proſtitutis, & meretrices ornant: & iterum
cum receperint illud à meretricibus ornant Deos ſuos. Et Eze-
chiel. XVI. *Feciſti tibi imagines maſculinas & fornicata es ſu-* *Ezechiel.16.*
per eis, & ſumſiſti tibi veſtimenta tua multicoloria, & ope-
ruiſti illas. Cap. etiam XXIII. meretrices corollas, orna- *Et 23.*
mentaque ſua Dijs accommodant. *Poſuerunt armillas in ma-*
nibus eorum, & coronas ſpecioſiſsimas in capitibus eorum.

Ex quibus lux ſeſe aperit ad illud Micheæ, apud quẽ Do- *Micheas Pro*
minus idola ſe demoliturum comminatur, & ſuccen- *pheta expli-*
ſurum igne mercedes, ideſt donaria eorum: redditque cau- *catus.*
ſam. *Quia de mercedibus meretricis congregata ſunt, & vſq; ad mer-*
cedem meretricis reuertentur. Donaria enim ſignificat idolis ex
meretricio quæſtu dicata, & ex ijs ad meretrices iterũ (quod
ſæpe factũ docuimus) reuocãda: ſiue quia ipſi idolorũ ſacer-
dotes id facturi eſſent, ſiue quia hoſtes direptis templis, veſ-
tes, aurum, argentum, votiuas tabulas, & reliqua donaria *Deorum ido*
inde ablata, meretricibus oblaturos eſſe prædicat. Verum, *la ex muneri*
& Deorum etiam ſimulacra ex muneribus olim meretri- *bus olim me*
cijs facta, Arnobius docet lib. VI. aduerſus Gentes. *Si-* *retricijs fa-*
mulacra iſta, quæ vos terrent, quæq; templis in omnibus proſtra- *cta.*
ti atq; humiles adoratis, oſſa, lapides, æra ſunt, argentum, aurum, *Arnobius.*
teſta, lignum ſumtum ex arbore, aut commiſtum glutinum Gypſo:

Ff ex

ex ornatibus fortaſſe meretricijs, aut ex muliebri mundo, aut ex Indici animalis dente, ex cacabulis, ollulis, ex candelabris, & lucernis, aut ex alijs obſcœnioribus vaſculis congeſta, conflata in has ſpecies ducta ſunt, atq; in formas, quas cernitis exierunt. Hæ autem mercedes abominabiles ſunt apud Deum, quia

Tertullian. vt ait Tertullianus De habitu mulieris. *Nullius rei turpis merces decora eſt.* Sed de hoc vberius infra.

CAPVT. XIII.

EXPLICATA DEVTERONOMII LEX DE mercede proſtibuli non accipienda in templum. De ea re Philonis egregiè Philoſophantis ſententia. Exoletorũ meretricumq; vectigal in ærarium inlatum: apud Græcos etiam ex canibus: quod rejectum ab templo Hebræorum; vti meretricum, poſtea ab Romanorum ærario. Vitula impudicitiæ ſymbolum. Hoſeas explicatus. Meretrices ſummoueri ſolitæ.

Lex Deuter. explicata. HINC Etiam prior pars legis illius Deuter. XXXIII. facile intelligitur: cauet enim ne offeratur merces proſtibuli in domo Domini: inprimis quia pretium peccati eſt. Deinde quia ex infidelium ritu Aethnicorum, qui Deo ſemper execrabiles, & quod

Vectigal olim ex meretricioqueſtu. ad meretricium pertinet, ipſis etiam hominibus atque adeo Diuinæ lucis expertibus. Vectigal olim ex meretricio queſtũ Caligula exegit, teſtante Suetonio cap. XL. *Ex cap-*

Suetonius. *turis proſtitutarum, quantum quæq; vno concubitu mereret. Additumq; ad Caput legis, vt teneretur publico, & quæ meretri-*

Dio lib. 59. *cium, & quæ lenocinium feciſſet.* Qua de re Dio. lib. LIX. *Lupanaria ab eo in ipſo palatio poſita, in ijſq; ad libidinem ſuam proſtitutas primarias feminas, pueroſq; clariſsimorum virorum, ac inde exactam ab omnibus pecuniam vel ſponte vel inuitis, tamen eam ne indignè quid ferre videretur, conferentibus, quis ſilentio inuoluat?*

At

At Seuerus in Sacrum ærarium inferri vetuit, nempe quia ſacrum, & Saturni templum. Lampridius in eius vita. *Lenonum vectigal, & meretricum, & exoletorum in ſacrum ærarium inferri vetuit, ſed ſumtibus publicis ad inſtaurationem theatri, circi, & amphitheatri, & ærarij deputauit.* Quid ni Deus meretricum mercedes à ſuo templo reiiciat, quas ne mortales, & ab eo quidem alieni in ærarium dignentur inferre. *Suſtulit Seuerus Imp. Lampridius*

Non præteribo hoc loco Philonem Iudæum, qui de mercede meretricis non accipienda in Sacrarium egregiè Philoſophatur. Quare fragmentum illius nec grauabor adſcribere, nec ingratum me facturum lectoribus arbitrabor. *Egregium*, inquit ille, *præceptum extat in ſacro legum codice, non decere meretricis mercedes inferri in ædem Deo ſacratam, feminæ formam florentis venditantis, & vitam probroſam profeſſæ quæſtus gratia. Quod ſi mulieris amatoribus ſuis obſequentis profana ducuntur munera, quanto magis ſcortantis animæ, quæ ſe proſtrauit conſtuprandam vinolentiæ, gulæ, voluptatum ſtudio, ambitioni, auaritiæ aliiſq; vitiis innumeris, quorum maculæ an vmquam elui poſsint, neſcio. Nam meretricum quæſtui finem nonnunquam ſenectus imponit, quando priſtina destituta pulcritudine adire nemo dignatur, poſtquam ætatis vigor floris in morem emarcuit. At animam fornicationi aſſuetam, & erruditam, ad intemperantiam, quæ tandem ætas in honeſtatem reſtituet? Ætas certè nulla, ſed ſolus Deus, cui facilia ſunt quæ nos efficere non poſſumus. Oportet ſanè ſacrificaturum diſpicere, vt mens eius integra ſit magis etiam quàm victima.* Et lib. II. De Monarchia, in eandem ſententiam. Hæc ſcribit cum rationem redderet, cur Sacerdoti meretricem ne aſpicere quidem liceret. *Videtur enim à ratione, boniſq; moribus alieniſsimū, cicatricoſos arceri ſacerdotio propter notas infelicitatis, non malitiæ: eas vero quæ non ſolum coactæ, verum etiam interdum ſponte formam venditarent, poſtquam vix tandem reſipuerint, ab amatoribus diuulſas iungi mox Sacerdotibus, & è lupanaribus migrare in ſacra domicilia, manent enim nihilhominus in animis pœnitentium cicatrices quædam & veſtigia*

Philonis hac de re egregia ſententia.

Scortantis animæ munera execrabilia.

Vitioſi proni in ſcelera.

ligia nequitiæ priſtinæ. Proinde rectè honeſteque vetitum alibi ne merces meretricis inferatur in Sacrarium. Atque nummi perſe carent crimine, ſed quæ hoc accepit, vnà cum ſuo quæſtu eſt abominabilis. Quomodo igitur admittetur in conſortium ſacerdotis mulier, cuius etiam pecunia profana habetur adulterinaque, quantumvis probatæ notæ ac materiæ. Non diſſimilia quædam apud Senecam leguntur. lib. I. Controuer. II. de ſacerdote proſtituta, de quibus infra nonnulla. Tu verò lege Controuerſiam verè auream, & noſtri ſeculi aut licentiam aut miſeriam admirabere: & multa inde hauries, quibus in minus honeſtos ſacerdotes inveharis.

Oſſeas dilgẽter explicat. Conſonant hæc cum illis Oſſeæ. X. cap. *Ephraim vitula docta diligere trituram.* Quibus certè verbis meretricum ingenium explicatur, quo nomine Idololatræ in ſacris litteris non rarò ſignificantur. Vitulæ igitur trituram doctæ diligere Symbolo, cuiuſmodi fuerit infidelis populus intelligitur: nam quemadmodum illa aream vbi triturando paſta eſt, ſæpe repetit, ita Ephraim ad Idololatriam edoctus, ad ſimulacrorum impios cultus, quibus maximè oblectabatur, ſæpe redibat, non ſecus atque meretrix poſt amatores ſuos, à quibus mercedes capit. Ideo enim illa apud Prophetam ſtulta meretrix, & quidẽ populi Iſraelitici ſymbolo dixerat. *Vadam poſt amatores meos, qui dant mihi linum & lanam* &c. *Vitulæ laſciuiæ Symbol.* Nec vacat certè myſterio, quòd vitulæ comparetur. Ea enim laſciuiæ ſymbolum eſt in noſtris, externiſque litteris, in his enim Vacæ, ſiue Iuuencæ dicuntur impudicæ mulieres, & arandi verbum, & ſulcos, & aruum, in obſcœnis legas apud Plautum, Virgilium, & alios. Et quidem Iupiter in tauro ſæpe laſciuit, quod valde ridet Arnobius, & Vitulinam indutus in formam puellas fœdè compreſsit. Audi iam Ouidium. l. de Arte.

Ouidius. 1. de Arte.

> *Nec fuge linigeræ Memphitica templa Iuuencæ:*
> *Multas illa facit, quod fuit illa Ioui.*

Epiſtol. 5. Et in Epiſtola. V. Oenone de Helena.

Grata

Grata Iuuenca venit, quæ te, patriamque, domumque,
Perdat: Iò prohibe, Graia Iuuenca venit.

Adluſit Tibullus. lib. III. Eleg. IIII. in enarratione ſomnij, per quod, Appollinem ſe vidiſſe dicit, dominæ perfidiam indicantem: cumque impudicarum ingenium feminarum exprimere vellet, ita canit.

Carminibus celebrata tuis formoſa Neæra, *Tibullus explicatus.*
Alterius mauult eſſe puella viri.
Diuerſaſque ſuas agitat mens impia curas,
Nec gaudet caſta nupta Neæra domo.
Sæuus amor docuit dominæ fera verba minantis
Sæuus amor docuit verbera poſſe pati.

Deinde aucturus ſuſpicionem, addit merito de ſe fictam fabulam, quod pauiſſet Admeti Iuuencas.

Me quondam Admeti niueas pauiſſe Iuuencas
Non eſt in vanum fabula ficta iocum.

Scilicet vt ſignificaretur, cuiuſmodi eſſet ingenium earum, quæ amarentur, laſciuum, immite, infidum: quod paulo ante vnico complexus eſt verſu. *Ingeniũ amantium*

Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen:
Ah pereat, didicit fallere ſi qua virum.

Nec alienum ab hoc, quod dicimus, Symbolo prouerbium illud: *Taurum tollet, qui vitulum ſuſtulerit.* Ita impudens illa apud Petronium Quartilla, cum ſe nunquam puram fuiſſe diceret, ſed à pueritia iuuenculis ſeſe, ac procedentibus annis maioribus pueris applicuiſſe. *Hinc etiam,* inquit, *natum Prouerbium illud, vt dicatur poſſe taurum tollere, quæ Vitulum ſuſtulerit.* Vitulus autem, tauruſque laſciuiæ Symbolum ferunt in Sacris etiam litteris, vt annotauit Pierius ex illo Pſal. 21. *Circumdederunt me vituli multi, tauri, pingues obſederunt me.* Eadem allegoria Horatius ſcitè, venuſtè, ac verecundè idem ſcribit, lib. II. Carm. Ode. V. *Taurum tollet, qui Vitulum ſuſtulerit.* *Arbiter.* *Horatius.*

Nondum ſubacta ferre iugum valet
Ceruice: nondum munia comparis
Æquare: nec tauri ruentis

In Venerem tolerare pondus.
Circa virenteis eſt animus tuæ
Campos iuuencæ, nunc fluuijs grauem
Solantis æſtum: nunc in vdo
Ludere cum vituli ſalicto,
Prægeſtientis. &c.

Lucretius. Huc etiam illa Lucretij ſpectant ex lib. IIII. qui & vomerē, & ſulcum in Venereis agnoſcit.

Eijcit enim ſulci recta regione, viaque
Vomerem, atque locis auertit ſeminis ictum.

Virgilius. Plautus. Sic Virgilius Georgic. III. Genitale aruum, & ſulcos inerteis dicit; & Plautus de ſcortante marito:

Fundum alienum arat, incultum familiarem deſerit.

Martialis. Huc etiam euocandus iocus ille Martialis in lib. VII.

Milo domi non eſt, peregrè at Milone profecto,
Arua vacant: vxor non minus inde parit.

Cuiuſmodi omittenda ſunt multa, vt ad ſacra reuertam: in quibus non diſsimilem in Vitulæ voce ſignificationem ſubodoror in illis verbis Iudic. 14. *Si non araſsetis in vitula mea, non inueniſſetis propoſitionem meam.* Vbi vxorem ſuam Vitulam appellat, quia infida, & laſciuiæ plena: vt quæ iuuenculos præ marito diligeret; atque illum maximè cui poſtea nupſit. Cum quo iam inde à primis nuptijs amicitiam, & conſuetudinem habuiſſe videbatur: vt ad hoc caput, & locum annotat Abulenſis. Gregorium Moneo vt legas ad illud, Offeæ quod proximè explicui. lib. XX Moral. cap. XVI. & Homil. X. in Ezechiel. Atque hæc de meretricis mercede in ſacrarium non recipienda, nunc de pretio canis pauca dicemus.

Iudic. 14. locus explicat. Vitula in ſacris quid.

Pretium canis quid. Primum enim quæritur quodnam ſit iſtud pretium canis, quod in ſacrarium cauetur inferri? Scriptores cæteroqui graues & docti ita cenſent: Pretium canis procreationis cauſa locati, profanum haberi. Sed hoc quam ſit gratis dictum, non opinor obſcurum eſt. Viſum mihi aliquando fuit Veſtigal eſſe quod ex canibus exigeretur: apud Græcos enim tributum fuiſſe fertur, quod Chryſargirum dicebatur,

Tributum olim ex caci.

dicebantur, & à meretricibus, & canibus cum in vrbe, tum rure degentibus capiebatur: vt ſcribit Gregorius Toloz. lib. III. de repu. cap. V. ex Cedreno, & Euagrio. Sed apud Hebræos nihil, quod ego viderim, ſimile. Quare ita cenſeo pretium canis eſſe æſtimationem pro primogenito canis. Enim vero primogenita non hominum modo ſed animantium etiam, eorum quæ pura eſſent ad ſacrificia, ex lege Deo deberi, ſacræ litteræ docent. Pro his autem, quæ obſcœna eſſent, aut impura & immunda, quanti vnumquodque æſtimaretur, tantundem offerri. Sed occurrit Abulenſis qui Nicolaum perſtringit, quòd dixerit, Canem ſimiliter atque aſinum ſi non redimeretur, occidi: quod dicat de aſino haberi quidem in lege, de cane non item. Sed ego Hebræis potius aſſentior qui morem ſuum agnoſcunt. Nam præter Nicolaum, Philo magnæ vir auctoritatis in libro de ſacerdotum honoribus, ita ſcribit. *Tertium præmium ſunt primogenita maſcula, ex omni genere terreſtrium, quæ in vſum hominum veniunt. Nã hæc iure Diuino debentur ſacerdotibus: ex armentis boum, & ouium, caprarumque gregibus ipſi iuenci, hirci, & arietes, quippe cibo puri & ſacrificio: pro equis verò, aſinis camelis, & ſimilibus, æſtimationis non iniquæ pretium.* Vides vt de equis, Cameliſque, ac ſimilibus eodem modo raciocinetur? Iuuat lex Numer. XVIII. *Pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundum eſt redimi facias.* Vbi lex de immundis generatim præcipit. Quanquam alias peculiaris de aſino, & peculiari de cauſa, mentio, Scilicet, quia eius opera valde vtilis Hebræis in fuga Ægypti.

Greg. Tolet.

Pretium canis, æſtimatio primogeniti.

Philo. in lib. de ſacerd. honoribus.

Immunda animalia redimuntur.

Numer. 18.

Quidquid autem ſit de lege redemtionis primogenitorũ, de Canis pretio ſic ſtatuo: lõgè aliam eſſe rationem eorum, quæ ex lege, atq; eorum, quæ redimuntur ex voto. Quare tametſi canis non deberet ex lege redimi, deberet tamen ex voto, ſiquis domeſticum etiam hoc animal Domino cõſecraſſet: perinde ac ſi quod vis aliud ex immundis vouiſſet. Nã quæ mũda ſunt (primogenita) ea vero nõ cadũt in votũ, quia ex lege & iure Diuino Domini ſunt. Ita Leu. XXVII.

Germana legis Deuter. explicatio.

Primogenita, quæ ad Deum pertinent, nemo ſanctificare poterit, & vouere: ſiue bos, ſiue ouis fuerit, Domini ſunt. Quare de alijs animantibus proximè præſcribit lex. *Quod ſi inmundum eſt animal, redimet qui obtulit iuxta æſtimationem ſuam, & addet quintam partem pretij. Si redimere noluerit, vendetur alteri, quantumcumque fuerit ante æſtimatum.* Itaque Deuteronomij ius de votis eſt, non de alias debitis: cauet enim fieri quemquam voti reum ce pretio canis, meretriciaque mercede. Itaque ſi aurum, argentum, veſtem, aut quid ſimile vouiſſet meretrix: ſi ex ſuo queſtu ſolueret, in ſacrarium inferri non poterat. Si immũda alter animalia, quæcunque haberet, conſecraſſet, vnus canis hoc iure excipiendus. Puto nil ſupereſſe difficultatis in re: progredior vltra.

Canis impudentiæ ſymbolum. Et quæro cur cum meretricis mercede canis pretium coniungatur? An quia impurum impudenſque animal, & à ſacris etiam æthnicorum exploſſum? Nec ſine myſterio quidem, nam canis impudentiæ ſimilis eſt perfricta frons meretricis: atque vt cane, ita meretrice nihil vilius. Cœnum à Chryſoſtomo appellantur, & ab æthnicis tam obſcænæ habentur, vt à lictoribus ſummouerentur: Seneca Controuer. II. ad Sacerdotem, quæ proſtituta fuerat: *Procedente hac lictor ſummouebit: huic prætor via cedet: ſummum imperium Coſſ. cedent tibi: quæcumque meretrix proſtrata fuit, fugiet.* Scilicet, ne ſummoueatur, & quia fœdum ſacerdoti omen. Ideo Portius Latro in eadem controuerſia. *Abſint*, inquit, *ex hoc foro lenones: abſint meretrices, ne quid parum ſanctum occurrat, dum ſacerdos legitur.* Putabant enim maieſtatem populi Principis occurſu obſcœno cõtaminari. Itaque Seneca ibidem: *Maieſtatem leſam dixiſſem, ſi tibi exeunti lictor è conſpectu non ſummouiſſet meretricem.* Hic deſino.

Meretrices ſummoveri ſolitæ.

Seneca. Controuer. 2.

(✠)

CAPVT.

CAPVT. XIIII.

NOMEN IN SACRIS EXTERNISQVE litteris, pro domo, poſteritate, & familia. Nomen Domini pro Chriſto. Martialis, & ex eo Pſaltes. Iſaias, Ioannes, aliijq́; ex ſacris explicati.

CVM Concionarer aliquãdo in templo maximo Cordubenſi, in illud. Ioan. XVI. *Siquid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.* *Ioan. 16.* Dixi, in nomine meo, perinde eſſe atque vt domeſtici, ac familiares mei, qui meum nomẽ, & appellationem habetis: vt filij, & hæredes mei, vt ſoboles, & poſteritas mea, per quos meum nomẽ ad poſterorum memoriam permanabit. Recens hæc explicatio, & noua, viris grauibus, atque doctis viſa eſt: ſed eiuſmodi, quam & ipſi valde probarent, & probabilem intelligentibus iudicarent. Qua de re cum aliquãdo mecum egiſſent, adductus ſum, vt hunc quoque locũ inter alios mihi ſeponerem diligentius explicandum. Illud igitur inprimis certum eſt, *Nomẽ quid.* Nomen eſſe rei appellationem: Hiſpanè, *El apellido*: & quoniam qui vnius generis, aut familiæ ſunt, vna fere ſemper appellatione, & nomine affici ſolent, ideo nomen pro illis accipitur, qui eo nomine appellantur: & pro ſobole, ac poſteritate, quæ cum ſanguine nomen etiam à maioribus trahit. Ita in Humanis, Nomen Iulij, Iulij filius dicitur: *Nomen Iulij, filius Iulij.* In ſacris vero Dei, ac Domini Nomen Chriſtus appellatur, quia filius & hæres paternæ naturæ ac nominis eſt: de quo latius infra. Pro externis loquetur Martial. lib. VI. De filio *Martialis.* Domitiani.

Naſcere Dardanio promiſſum nomen Iülo,
Vera Deum ſoboles, naſcere magne puer.

Pro ſacris illa II. Reg. facient cap. XIIII. Vbi mulier Thecuitis ad Regem. *Et quærunt extinguere ſcintillam meam,* *2. Reg. 14.*

Nomen pro poſteritate. Iſaiæ. 56. Locus illuſtratus.

quæ relicta eſt, vt non ſuperſit viro meo nomen, & reliquiæ ſuper terram. Nomen, ideſt, poſteritas quæ viri memoriam & nomen conſeruet in poſterum. Iſai. LVI. *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus.* Hoc eſt poſteritatem multo meliorem, quàm ſit poſteritas filiorum & filiarum. Nam ſupra videbantur Eunuchi queri dicentes. *Ecce ego lignum aridum*, quibus Dominus ita reſpondet, vt dicat eorum ſobolem multo illuſtriorem & diuturniorem futuram.

Chriſtus eſt nomẽ Patris.

Chriſtum autem Dei Patris nomen ſæpius appellari, Hieronym. Irenæus, Tertullian. alijque confirmant: Teſtimonia Petrus Faber in lib, Dodecamen, non pauca collegit: maximè I. cap. Vbi Garopii Vecani ſententiam in Hermathen. reprehendit, quod ad neſcio quæ ſacræ ſcripturæ loca, Chriſtum Patris eſſe nomen affirmet. Quidquid autem ſit de illis locis, hoc certum eſt, Nomen Domini in ſacris pro Rege Meſsia ſæpius vſurpari. Cum autem filium patris nomen eſſe dicimus, non ita accipiendum eſt, vt filius ſit nomen quo Perſona Patris afficitur, ita vt Pater filius appelletur, quod falſum eſt: ſed vt filius nomen Patris dicatur, ideſt, ſoboles, proleſque Patris, in quem Dei nomen, omnipotentis, Iuſti appellatio æquè atque in Patrem cadit.

Nomen Domini Chriſt⁹.

Ioan. 16. Locus diligẽter excuſſus.

Nunc ad Ioannis locum ex Euangelij cap. XVI. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Quod ego ſic interpretor. *Si pidieredes algo a mi padre a titulo de gente de mi caſa, de mi linage y nombre, como hijos mios.* Dabitur vobis, quia ſi filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. I. Petri cap. IIII. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis, &c. *Si por ſer del apellido de Chriſto, ſi por ſer de ſu caſa y nombre*, &c. *Si os dieren en roſtro con el apellido y nombre de Chriſtianos*: ita infra: *Nemo autem veſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur, aut maledicus*, &c. *Si autem vt Chriſtianus non erubeſcat, ſed glorificet Deum in iſto nomine.* Vertam Hiſpanè. *No ſe os de nada ſi a titulo de Chriſtianos os maltrataren, antes lo tened à muncha dicha*

1. Petri. c. 4. Lux allata.

dicha y honra. Eorum inſtar nobilium virorum, qui cum Regni Principem iniuria affectum ab aliquo vident, eadem ſe affectos iniuria gloriantur. Quippe valde illis honorificum eſt, ſi inde populus intelligat eos eiuſdem cum Principe Generis, loci ac conditionis communione coniungi.

Enim verò id cauſæ fuit cur irent Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Nempe quia diuino ſe atque immortali beneficio affici putabant, cum in mundo tanquam ciues & domeſtici Dei, ac tanquam Chriſti genus & hæredes ab hominibus tractabantur. *Pro nomine Ieſu.* Hoc eſt quia ex collegio, familia, domoque Ieſu erant. Contumeliam igitur cum accipiunt, honorem accipiunt, quia non aliam ob cauſam dedecore afficiuntur, quam quod Chriſtum verum decus attingunt. Glorioſius autem nihil eſſe poteſt, quam Regem regum ac dominum dominantium, aliquo ſiue generis, ſiue amicitiæ iure contingere. *Pro nomine Ieſu, vt accipiendum.*

Nec aliter intelligendum opinor illud Iſaiæ qui cum in Eccleſiam gentium mentis oculos intendiſſet, ac Prophetico afflatus ſpiritu eorum qui in ea verſarentur, felicitatem præcepiſſet, ſuæ gentis nomine Deum ita precatur. *Tu Domine Pater noſter es, & Redemptor noſter, à ſeculo nomen tuum.* Vbi LXX. viri. *A principio nomen tuum erit ſuper nos*: Quaſi dicant: Te verum regem, verum Meſsiam agnoſcimus, ac ſi ita voles, à principio, ideſt. *Agora de nueuo tomaremos apellido nueuo, y de Iſraelitas nos llamaremos Chriſtianos y de hijos de Abraham y Iacob, nos haremos hijos de Dios, y hijos tuyos*: ſequitur enim: *Quoniam tu Pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos*, &c. *Iſaias explicatus.*

Et certè hoc eſt nomen illud nouum de quo idem Propheta cap. LXII. *Videbunt gentes iuſtum tuum, & cuncti reges inclytum tuum, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit.* Hoc enim ſenſiſſe videtur B. Cirillus Archiep. Hieroſolimit. Cathecheſi. X. cuius hæc ſunt. *Iſaiæ. 62.* *B. Cirillus Hieroſolym.*

tatis, roboriſque animi ſpecimen, atq; documentũ in paleſtra, ſiue in Gymnaſio paternæ domus, ſe ſe continendo, dediſſent.

Hæc ego cum multos ante annos memoriæ cauſa in aduerſaria conieciſſem, monuère me nuper quidam viri docti, Gueuaram eruditum æquè atque grauē Habacuch Prophetæ interpretem, idem, quod ad Oliuarum oſſa pertinet, docuiſſe. At ego, tametſi teſtari Deum ingenuè poſſum, me neque eius Hactenus commentarios vidiſſe, neque ab vllo vnquam ſcriptore quidquam ex his, quæ dixi, accepiſſe, tamen decertaſſe me in eadem arena cum ſtrenuo viro, eandemque laudem retuliſſe, non ſolum lætor, etiam gaudeo. Puto enim diſcere, & à doctis maximè viris, nunquam non eſſe glorioſum. Sed videamus quid ille de re.

In præfatione ad cōmentarios ſuos numer. XXVIII. & XXIX. vt eorum refutaret errorem, qui inexpiabile crimē ducunt humanam eruditionem cum ſacra coniungere, hūc Prophetæ locum vſurpat, & à Theocryto intelligentiam petendam eſſe demōſtrat. *At, qui ab eo*, inquit, *interpretationem quæſierit*, *is probè cur oſſa oliuarum à mulieribus cremarentur, intelliget. Nam eius, quod de funiculis intulit, ab Herodoto intelligentia petenda eſt.* Sed vellem, qua ratione peti poſſet, oſtendiſſet: magna omnes moleſtia liberaſſet. Plus enim difficultatis habet Herodotus, quàm vt poſſit ſine interpretis ope intelligi: & poſſe ex eo lucem afferri Prophetæ, iam ante viderat doctiſſimus ſacrorum interpres è noſtris Benedictus Pereira in ſuis ad Geneſim commentarijs. De oliuarum autem oſsibus ita ſcribit: *Habent autem apud Hieremiam Græcą pro oſsibus oliuarum*, *T A PITYRA*, *Eſt autem Pityron, palea, furfur*, *& tam capitis ſordes*, *quàm, vt vertit Vulgatus oliuæ oſſa.* Quod ſi teſtimonio docuiſſet, vltra quod deſiderares nihil eſſet. Nam cur etiam oliuæ oſſa? Addit præterea Oliuæ oſſa cremari, genus fuiſſe incantamenti amatorij: quod ex Theocryto docet, in quo valde aſſentior. Adiungit poſtremo huiuſmodi incātationes et artes Aſsyriorum fuiſſe commentum: Theocrytus

Gueuaræ de hoc loco ſententia.

Pityra quid.

Theocrytus.

tus enim ſic ad finem Eidyllij.

Talia in ciſtella venena medico ſeruate,
Quæ ò Luna, ab Aſſyrio hoſpite conſicere didici.

Hæc ille, & præterea nihil: quare non dubito, quin non omnino ingrata futura ſit intelligentibus, atque ſtudioſis noſtra in hoc toto loco explicando opera, ſtudiumque.

CAPVT XII

MERCES OLIM VENERI, VT MERETRICI data. Meretriciæ ſtipes eidem oblatæ. Donaria de templis ſublata, & reddita meretricibus. Sacris litteris Deuteronomij. XXIII. Micheæ. I. Ezechielis. XVI. lux allata.

LEGERAT Eruditus quidam, quæ de nefando Babyloniorum ritu proximè diximus, cumque meretriciam ſtipem Veneri datam animaduertiſſet, quæſiuit ex me, quid de Micheæ, Deuteronomijque loco ſentirem? vbi de meretricijs mercedibus, proſtibuliq; pretio ſic decernitur. *Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud eſt quod vouerint, quia abominatio eſt vtrumque apud Dominum Deum tuum.* Hæc Deuteronomij. XXIII. habentur: ſed Micheæ. I. ſic legitur. *Et omnia ſculptilia eius concidentur, et omnes mercedes eius côburentur igne, et omnia idola eius ponã in perditionẽ, quia de mercedibus meretricis congregata ſunt, et vſque ad mercedẽ meretricis reuertentur.* Quæ cũ ille pronũtiaſſet, nihil, inquã dubito, quin turpiſſimos in Deur. Gentiũ mores, & apud Micheã, eorum perfidiam damnet Deus, qui ſe ſo ad illorum ritus accommodarent, aut ſaltem ad eos Propheta alludat. Nam illud inprimis certũ eſt, Veneri olim mercedẽ nõ ſolũ tãquã meretrici ſed ex proſtibuli etiam pretio in templum inlatam. Docet inprimis Herodotus, qui ſupra de Babyloniorum lege,

Deuter. 23.

Micheæ. 1.

Veneri merces data vt meretrici.

Et proſtibuli quæſtu. *Porro*, inquit, *cum ſemel illic conſederint, non prius domum regrediuntur, quam hoſpitum aliquis pecuniam mulieri in ſinum iniecerit, & cum eadem à fano ſeorſum abducta rem habuerit.* *Herodotus.* *Hoſpitem autem illum, qui pecuniam obtulit, dicere oportet: Tanti ego tibi Deam Mylitam imploro. Mylitã enim Aſſyrij Venerẽ appellant. At vero pecuniam illã quantulacũq; ſit, non eſt fas reiicere:* *Clem. Alex.* *ſiquidem in ſacrum conuertitur vſum.* Clemens etiam Alexandrinus in eandem ſententiam ita ſcribit in Adhortatoria ad gentes. *Nummum autem*, inquit, *ei offerunt ij,* *Arnobius.* *qui initiantur, vt amicæ amatores.* Et Arnobius etiam lib. V. *Nec non & Cypriæ Veneris abſtruſa illa initia prætereamus; quorum conditor indicatur Cynaras Rex fuiſſe: in quibus ſumentes ea, certas ſtipes inferunt vt meretrici.* Et ſcribens in Pſalmum XXVIII. *In Libano*, inquit, *ſacrificantes vſq; hodie turpiſsimæ Veneri, vitulorum virilia amputant, & in eius ſacrificio huiuſmodi incenſa ſupponunt, mercedem, quam* *D. Auguſt.* *oportuit, erroris ſui Deæ ſuæ exhibent meretrici.* D. etiam Auguſtinus apertè in hanc ſententiam ita ſcribit. *Tres Veneres, vna virginum, quæ etiam Veſta eſt, alia coniugatorum, alia meretricum, cui etiam Phœnices donum dabant de proſtitutione filiarum, ante quam iungerent eas viris.*

Venus cur meretrix. Dicta autem eſt meretrix Venus, ſiue quia Sacellum hoc nomine, ob liberatam vrbem à meretrice, Abydeni conſtruxerunt, vt ſcribit Athenæus lib. XIII. cap. XI. Siue quia prima meretriciam artem inſtituit, auctorque mulieribus fuit in Cypro, vt vulgato corpore quæſtum facerent: *Venus amica.* vt Lactantius ſcripſit, & Seruius. Quod autem amicam Clemens ſupra appellauit, rectè fecit: nam id quoque nomen Veneri, ſiue quod amicos, & amicas amore coniungit, & amicitias coit, vt ſcribit Apollodorus Athenienſis in lib. Deor. apud Athenæum lib. XIII. cap. X. ſiue quod honeſtum nomen, ex vera amicitia ſumtum, ad turpem detortum eſt, ob honeſtum dictionis vſum. Ita Anaxilas in Iuuenca.

Sortitur amicæ nomen ex amicitia:
At non, vt ipſe nunc refers, ſcorti mali.

Nam

Nam & meretricis etiam nomen olim in honeſtis ducebatur, vt ſacræ litteræ docent. Etenim Ioſuæ II. Rahab meretrix dicitur, ideſt, hoſpita, vt interpretatur Chaldæus: & III. Reg. III. *Venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem*, hoc eſt, cauponæ, ex eiuſdem interpretatione. Sed hoc obſcurũ non eſt, & tractatur egregiè à Hieronymo Prado doctiſsimo è noſtris Ezechielis interprete, ad Prophetæ caput XVI. *Meretrix caupona.* *3. Reg. 3.*

Deorum autem ſiue templorum donaria meretricibus data, externæ noſtræque litteræ docent. Athenæus enim lib. XIII. cap. XXVIII. rem ex inſtituto proſequitur; ſed aptiſsimum ex Epiſtola Hieremiæ quæ Baruch. VI. legitur, ad id quod quærimus, teſtimonium. *Coronas certè aureas habent ſuper capita ſua Dij illorum, vnde ſubtrahunt Sacerdotes ab eis aurum, & argentum, & erogant illud in ſemetipſis. Dant autem & ex ipſo proſtitutis, & meretrices ornant: & iterum cum receperint illud à meretricibus ornant Deos ſuos.* Et Ezechiel. XVI. *Feciſti tibi imagines maſculinas & fornicata es ſuper eis, & ſumſiſti tibi veſtimenta tua multicoloria, & operuiſti illas.* Cap. etiam XXIII. meretrices corollas, ornamentaque ſua Dijs accommodant. *Poſuerunt armillas in manibus eorum, & coronas ſpecioſiſsimas in capitibus eorum.* *Templorum donaria meretricibus data.* *Baruch. 6.* *Ezechiel. 16.* *Et 23.*

Ex quibus lux ſeſe aperit ad illud Micheæ, apud quẽ Dominus idola ſe demoliturum comminatur, & ſuccenſurum igne mercedes, ideſt donaria eorum: redditque cauſam. *Quia de mercedibus meretricis congregata ſunt, & vſq; ad mercedem meretricis reuertentur.* Donaria enim ſignificat idolis ex meretricio quæſtu dicata, & ex ijs ad meretrices iterũ (quod ſæpe factũ docuimus) reuocãda: ſiue quia ipſi idolorũ ſacerdotes id facturi eſſent, ſiue quia hoſtes direptis templis, veſtes, aurum, argentum, votiuas tabulas, & reliqua donaria inde ablata, meretricibus oblaturos eſſe prædicat. Verum, & Deorum etiam ſimulacra ex muneribus olim meretricijs facta, Arnobius docet lib. VI. aduerſus Gentes. *Simulacra iſta, quæ vos terrent, quæq; templis in omnibus proſtrati atq; humiles adoratis, oſſa, lapides, æra ſunt, argentum, aurum, teſta, lignum ſumtum ex arbore, aut commiſtum glutinum Gypſo:* *Micheas Propheta explicatus.* *Deorum idola ex muneribus olim meretricijs facta.* *Arnobius.*

ex ornatibus fortaſſe meretricijs, aut ex muliebri mundo, aut ex Indici animalis dente, ex cacabullis, ollulis, ex candelabris, & lucernis, aut ex alijs obſcœnioribus vaſculis congeſta, conflata in has ſpecies ducta ſunt, atq; in formas, quas cernitis exierunt. Hæ autem mercedes abominabiles ſunt apud Deum, quia vt ait Tertullianus De habitu mulieris. *Nullius rei turpis merces decora eſt.* Sed de hoc vberius infra.

Tertullian.

CAPVT. XIIII.

EXPLICATA DEVTERONOMII LEX DE mercede proſtibuli non accipienda in templum. De ea re Philonis egregiè Philoſophantis ſententia. Exoletorũ meretricumq; vectigal in ærarium inlatum: apud Græcos etiam ex canibus: quod reiectum ab templo Hebræorum; vti meretricum, poſtea ab Romanorum ærario. Vitula impudicitiæ ſymbolum. Hoſeas explicatus. Meretrices ſummoueri ſolitæ.

Lex Deuter. explicata.

HINC Etiam prior pars legis illius Deuter. XXXIII. facile intelligitur: cauet enim ne offeratur merces proſtibuli in domo Domini: inprimis quia pretium peccati eſt. Deinde quia ex infidelium ritu Aethnicorum, qui Deo ſemper execrabiles, & quod ad meretricium pertinet, ipſis etiam hominibus atque adeo Diuinæ lucis expertibus. Vectigal olim ex meretricio queſtũ Caligula exegit, teſtante Suetonio cap. XL. *Ex capturis proſtitutarum, quantum quæq; vno concubitu mereret. Additumq; ad Caput legis, vt teneretur publico, & quæ meretricium, & quæ lenocinium feciſſet.* Qua de re Dio. lib. LIX. *Lupanaria ab eo in ipſo palatio poſita, in ijſq; ad libidinem ſuam proſtitutas primarias feminas, puerosq; clariſsimorum virorum, ac inde exactam ab omnibus pecuniam vel ſponte vel inuitis, tamen eam ne indignè quid ferre videretur, conferentibus, quis ſilentio inuoluat?*

Vectigal olim ex meretricio queſtu.

Suetonius.

Dio lib. 59.

At

At Seuerus in Sacrum ærarium inferri vetuit, nempe quia ſacrum, & Saturni templum. Lampridius in eius vita. *Lenonum vectigal, & meretricum, & exoletorum in ſacrum ærarium inferri vetuit, ſed ſumtibus publicis ad inſtaurationem theatri, circi, & amphitheatri, & ærarij deputauit.* Quid ni Deus meretricum mercedes à ſuo templo reiiciat, quas ne mortales, & ab eo quidem alieni in ærarium dignentur inferre.

Suſtulit Seuerus Imp.
Lampridius

Non prætéribo hoc loco Philonem Iudæum, qui de mercede meretricis non accipienda in Sacrarium egregiè Philoſophatur. Quare fragmentum illius nec grauabor adſcribere, nec ingratum me facturum lectoribus arbitrabor. *Egregium*, inquit ille, *præceptum extat in ſacro legum codice, non decere meretricis mercedes inferri in ædem Deo ſacratam, feminæ formam florentis venditantis, & vitam probroſam profeſſæ quæſtus gratia. Quod ſi mulieris amatoribus ſuis obſequentis profana ducuntur munera, quanto magis ſcortantis animæ, quæ ſe proſtrauit conſtuprandam vinolentiæ, gulæ, voluptatum ſtudio, ambitioni, auaritiæ alijſq. vitijs innumeris, quorum maculæ an vmquam elui poſsint, neſcio. Nam meretricum quæſtui finem nonnunquam ſenectus imponit, quando priſtina deſtituta pulcritudine adire nemo dignatur, poſtquam ætatis vigor floris in morem emarcuit. At animam fornicationi aſſuetam, & erudıtam, ad intemperantiam, quæ tandem ætas in honeſtatem reſtituet? Ætas certè nulla, ſed ſolus Deus, cui facilia ſunt quæ nos efficere non poſſumus. Oportet ſanè ſacrificaturum diſpicere, vt mens eius integra ſit magis etiam quàm victima.* Et lib. II. De Monarchia, in eandem ſententiam. Hæc ſcribit cum rationem redderet, cur Sacerdoti meretricem ne aſpicere quidem liceret. *Videtur enim à ratione, boniſq. moribus alieniſsimū, cicatricoſos arceri ſacerdotio propter notas infelicitatis, non malitiæ: eas vero quæ non ſolum coactæ, verum etiam interdum ſponte formam venditarent, poſtquam vix tandem reſipuerint, ab amatoribus diuulſas iungi mox Sacerdotibus, & è lupanaribus migrare in ſacra domicilia, manent enim nihilhominus in animis pœnitentium cicatrices quædam & veſtigia*

Philonis hac de re egregia ſententia.
Scortantis animæ munera execrabilia.
Vitioſi proni in ſcelera.

Grata Iuuenca venit, quæ te, patriamque, domumque,
Perdat: Iô prohibe, Graia Iuuenca venit.

Adluſit Tibullus.lib. III. Eleg. IIII. in enarratione ſomnij, per quod, Appollinem ſe vidiſſe dicit, dominæ perfidiam indicantem: cumque impudicarum ingenium fœminarum exprimere vellet, ita canit.

Carminibus celebrata tuis formoſa Neæra, *Tibullus explicatus.*
Alterius mauult eſſe puella viri.
Diuerſaſque ſuas agitat mens impia curas,
Nec gaudet caſta nupta Neæra domo.
Sæuus amor docuit dominæ fera verba minantis
Sæuus amor docuit verbera poſſe pati.

Deinde aucturus ſuſpicionem, addit merito de ſe fictam fabulam, quod pauiſſet Admeti Iuuencas.

Me quondam Admeti niueas pauiſſe Iuuencas
Non eſt in vanum fabula ficta iocum.

Scilicet vt ſignificaretur, cuiuſmodi eſſet ingenium earum, quæ amarentur, laſciuum, immite, infidum: quod paulo ante vnico complexus eſt verſu. *Ingenium amantium*

Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen:
Ah pereat, didicit fallere ſi qua virum.

Nec alienum ab hoc, quod dicimus, Symbolo proverbium illud: *Taurum tollet, qui vitulum ſuſtulerit.* Ita impudens illa apud Petronium Quartilla, cum ſe nunquam puram fuiſſe diceret, ſed à pueritia iuuenculis ſeſe, ac procedentibus annis maioribus pueris applicuiſſe. *Hinc etiam,* inquit, *natum Prouerbium illud, vt dicatur poſſe taurum tollere, qui Vitulum ſuſtulerit.* Vitulus autem, tauruſque laſciuiæ Symbolum ferunt in Sacris etiam litteris, vt annotauit Pierius ex illo Pſal. 21. *Circumdederunt me vituli multi, tauri, pingues obſederunt me.* Eadem allegoria Horatius ſcitè, venuſtè, ac verecundè idem ſcribit, lib. II. Carm. Ode. V. *Taurum tollet, qui Vitulum ſuſtulerit.* *Arbiter.* *Horatius.*

Nondum ſubacta ferre iugum valet
Ceruice: nondum munia comparis
Æquare: nec tauri ruentis

In Venerem tolerare pondus.
Circa virenteis eſt animus tuæ
Campos iuuencæ, nunc fluuijs grauem
Solantis æſtum: nunc in vdo
Ludere cum vitulis ſalicto,
Prægeſtientis. &c.

Lucretius. Huc etiam illa Lucretij ſpectant ex lib. IIII. qui & vomerē, & ſulcum in Venereis agnoſcit.

Eijcit enim ſulci recta regione, viaque
Vomerem, atque locis auertit ſeminis ictum.

Virgilius. Sic Virgilius Georgic. III. Genitale aruum, & ſulcos inerteis dicit; & *Plautus.* Plautus de ſcortante marito:

Fundum alienum arat, incultum familiarem deſerit,

Martialis. Huc etiam euocandus iocus ille Martialis in lib. VII.

Milo domi non eſt, peregrè at Milone profecto,
Arua vacant: vxor non minus inde parit.

Cuiuſmodi omittenda ſunt multa, vt ad ſacra reuertam: in quibus non diſsimilem in Vitulæ voce ſignificationem ſubodoror in illis verbis Iudic. 14. *Si non araſsetis in vitula mea, non inueniſſetis propoſitionem meam.* Vbi vxorem ſuam Vitulam appellat, quia infida, & laſciuiæ plena: vt quæ iuuenculos præ marito diligeret; atque illum maximè cui poſtea nupſit. Cum quo iam inde à primis nuptijs amicitiam, & conſuetudinem habuiſſe videbatur: vt ad hoc caput, & locum annotat Abulenſis. Gregorium Moneo, vt legas ad illud, Offeæ quod proximè explicui. lib. XX Moral. cap. XVI. & Homil. X. in Ezechiel. Atque hæc de meretricis mercede in ſacrarium non recipienda, nunc de pretio canis pauca dicemus.

Iudic. 14. locus expicat. Vitula inſæris quid.

Primum enim quæritur quodnam ſit iſtud pretium canis, quod in ſacrarium cauetur inferri? Scriptores ceteroqui graues & docti ita cenſent: Pretium canis procreationis cauſa locati, profanum haberi. Sed hoc quam ſit gratis dictum, non opinor obſcurum eſt. Viſum mihi aliquando fuit Veſtigal eſſe quod ex canibus exigeretur: apud Græcos enim tributum fuiſſe fertur, quod Chryſargirum dicebatur,

Pretium canis quid.

Tributum olim ex caci.

dicebantur, & à meretricibus, & canibus cum in vrbe, tum rure degentibus capiebatur: vt ſcribit Gregorius Toloz. lib. III. de repu. cap. V. ex Cedreno, & Euagrio. Sed apud Hebræos nihil, quod ego viderim, ſimile. Quare ita cenſeo pretium canis eſſe æſtimationem pro primogenito canis. Enim vero primogenita non hominum modo ſed animantium etiam, eorum quæ pura eſſent ad ſacrificia, ex lege Deo deberi, ſacræ litteræ docent. Pro his autem, quæ obſcœna eſſent, aut impura & immunda, quanti vnumquodque æſtimaretur, tantundem offerri. Sed occurrit Abulenſis qui Nicolaum perſtringit, quòd dixerit, Canem ſimiliter atque aſinum ſi non redimeretur, occidi: quod dicat de aſino haberi quidem in lege, de cane non item. Sed ego Hebræis potius aſſentior qui morem ſuum agnoſcunt. Nam præter Nicolaum, Philo magnæ vir auctoritatis in libro de ſacerdotum honoribus, ita ſcribit. *Tertium præmium ſunt primogenita maſcula, ex omni genere terreſtrium, quæ in vſum hominum veniunt. Nã hæc iure Diuino debentur ſacerdotibus: ex armentis boum, & ouium, caprarumque gregibus ipſi iuenci, hirci, & arietes, quippe cibo puri & ſacrificio: pro equis verò, aſinis camelis, & ſimilibus, æſtimationis non iniquæ pretium.* Vides vt de equis, Cameliſque, ac ſimilibus eodem modo raciocinetur? Iuuat lex Numer. XVIII. *Pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundum eſt redimi facias.* Vbi lex de immundis generatim præcipit. Quanquam alias peculiaris de aſino, & peculiari de cauſa, mentio, Scilicet, quia eius opera valde vtilis Hebræis in fuga Ægypti.

Greg. Tolot.

Pretium canis, æſtimatio primogeniti.

Philo. in lib. de ſacerd. honoribus.

Immunda animalia redimuntur.

Numer. 18.

Quidquid autem ſit de lege redemtionis primogenitorũ, de Canis pretio ſic ſtatuo: lõgè aliam eſſe rationem eorum, quæ ex lege, atq; eorum, quæ redimuntur ex voto. Quare tametſi canis non deberet ex lege redimi, deberet tamen ex voto, ſiquis domeſticum etiam hoc animal Domino cõſecraſſet: perinde ac ſi quod vis aliud ex immundis vouiſſet. Nã quæ mũda ſunt (primogenita) ea vero nõ cadũt in votũ, quia ex lege & iure Diuino Domini ſunt. Ita Leu. XXVII.

Germana legis Deuter. explicatio.

Ff 4 Primo-

Primogenita, quæ ad Deum pertinent, nemo ſanctificare poterit, & vouere: ſiue bos, ſiue ouis fuerit, Domini ſunt. Quare de alijs animantibus proximè præſcribit lex. *Quod ſi inmundum eſt animal, redimet qui obtulit iuxta æſtimationem ſuam, & addet quintam partem pretij. Si redimere noluerit, vendetur alteri, quantumcumq́; fuerit ante æſtimatum.* Itaque Deuteronomij ius de votis eſt, non de alias debitis: cauet enim fieri quemquam voti reum ce pretio canis, meretriciaque mercede. Itaque ſi aurum, argentum, veſtem, aut quid ſimile vouiſſet mererrix: ſi ex ſuo queſtu ſolueret, in ſacrarium inferri non poterat. Si immũda alter animalia, quæcunque haberet, conſecraſſet, vnus canis hoc iure excipiendus. Puto nil ſupereſſe difficultatis in re: progredior vltra.

Canis impudentiæ ſymbolum. Et quæro cur cum meretricis mercede canis pretium coniungatur? An quia impurum impudenſque animal, & à ſacris etiam æthnicorum exploſſum? Nec ſine myſterio quidem, nam canis impudentiæ ſimilis eſt perfricta frons meretricis: atque vt cane, ita meretrice nihil vilius. Cœnum à Chryſoſtomo appellantur, & ab æthnicis tam obſcænæ habentur, vt à lictoribus ſummouerentur: Seneca Controuer. II. ad Sacerdotem, quæ proſtituta fuerat: *Procedente hac lictor ſummouebit: huic prætor via cedet: ſummum imperium Coſſ. cedent tibi: quæcumq́; meretrix proſtrata fuit, fugiet.* Scilicet, ne ſummoueatur, & quia fœdum ſacerdoti omen. Ideo Portius Latro in eadem controuerſia. *Abſint,* inquit, *ex hoc foro lenones: abſint meretrices, ne quid parum ſanctum occurrat, dum ſacerdos legitur.* Putabant enim maieſtatem populi Principis occurſu obſcœno cōtaminari. Itaque Seneca ibidem: *Maieſtatem leſam dixiſſem, ſi tibi exeunti lictor è conſpectu non ſummouiſſet meretricem.* Hic deſino.

Meretrices ſummoveri ſolitæ.

Seneca. Controuer. 2.

(✠)

CAPVT.

CAPVT. XIIII.

NOMEN IN SACRIS EXTERNISQVE litteris, pro domo, poſteritate, & familia. Nomen Domini pro Chriſto. Martialis, & ex eo Pſaltes. Iſaias, Ioannes, aliiq́; ex ſacris explicati.

CVM Concionarer aliquãdo in templo maximo Cordubenſi, in illud. Ioan. XVI. *Siquid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.* Dixi, in nomine meo, perinde eſſe atque vt domeſtici, ac familiares mei, qui meum nomẽ, & appellationem habetis: vt filij, & hæredes mei, vt ſoboles, & poſteritas mea, per quos meum nomẽ ad poſterorum memoriam permanabit. Recens hæc explicatio, & noua, viris grauibus, atque doctis viſa eſt: ſed eiuſmodi, quam & ipſi valde probarent, & probabilem intelligentibus iudicarent. Qua de re cum aliquãdo mecum egiſſent, adductus ſum, vt hunc quoque locũ inter alios mihi ſeponerem diligentius explicandum. Illud igitur inprimis certum eſt, Nomen eſſe rei appellationem: Hiſpanè, *El apellido:* & quoniam qui vnius generis, aut familiæ ſunt, vna fere ſemper appellatione, & nomine affici ſolent, ideo nomen pro illis accipitur, qui eo nomine appellantur: & pro ſobole, ac poſteritate, quæ cum ſanguine nomen etiam à maioribus trahit. Ita in Humanis, Nomen Iulij, Iulij filius dicitur: In ſacris vero Dei, ac Domini Nomen Chriſtus appellatur, quia filius & hæres paternæ naturæ ac nominis eſt: de quo latius infra. Pro externis loquetur Martial. lib. VI. De filio Domitiani.

Ioan. 16.

Nomẽ quid.

Nomen Iulij, filius Iulij.

Martialis.

Naſcere Dardanio promiſſum nomen Iülo,
Vera Deum ſoboles, naſcere magne puer.

Pro ſacris illa II. Reg. facient cap. XIIII. Vbi mulier Thecuitis ad Regem. *Et quærunt extinguere ſcintillam meam,* *2. Reg. 14.*

Nomen pro poſteritate. *Iſaiæ.* 56. *Locus illuſtratus.*

quæ relicta eſt, vt non ſuperſit viro meo nomen, & reliquiæ ſuper terram. Nomen, ideſt, poſteritas quæ viri memoriam & nomen conſeruet in poſterum. Iſai. L VI. *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus.* Hoc eſt poſteritatem multo meliorem, quàm ſit poſteritas filiorum & filiarum. Nam ſupra videbantur Eunuchi queri dicentes. *Ecce ego lignum aridum*, quibus Dominus ita reſpondet, vt dicat eorum ſobolem multo illuſtriorem & diuturniorem futuram.

Chriſtus eſt nomē Patris.

Chriſtum autem Dei Patris nomen ſæpius appellari, Hieronym. Irenæus, Tertullian. alijque confirmant: Teſtimonia Petrus Faber in lib, Dodecamen, non pauca collegit: maximè I. cap. Vbi Goropii Vecani ſententiam in Hermathen. reprehendit, quod ad neſcio quæ ſacræ ſcripturæ loca, Chriſtum Patris eſſe nomen affirmet. Quidquid autem ſit de illis locis, hoc certum eſt, Nomen Domini in ſacris pro Rege Meſsia ſæpius vſurpari. Cum autem filium patris nomen eſſe dicimus, non ita accipiendum eſt, vt filius ſit nomen quo Perſona Patris afficitur, ita vt Pater filius appelletur, quod falſum eſt: ſed vt filius nomen Patris dicatur, ideſt, ſoboles, proleſque Patris, in quem Dei nomen, omnipotentis, Iuſti appellatio æquè atque in Patrem cadit.

Nomen Domini Chriſt⁹.

Ioan. 16. *Locus diligēter excuſſus.*

Nunc ad Ioannis locum ex Euangelij cap. X VI. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Quod ego ſic interpretor. *Si pidiere des algo a mi padre a titulo de gente de mi caſa, de mi linage y nombre, como hijos mios.* Dabitur vobis, quia ſi filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. I. Petri cap. IIII. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis, &c. *Si por ſer del apellido de Chriſto, ſi por ſer de ſu caſa y nombre,* &c. *Si os dieren en roſtro con el apellido y nombre de Chriſtianos*: ita infra: *Nemo autem veſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur, aut maledicus,* &c. *Si autem vt Chriſtianus non erubeſcat, ſed glorificet Deum in iſto nomine.* Vertam Hiſpanè. *No ſe os de nada ſi a titulo de Chriſtianos os maltrataren, antes lo tened à muncha*

1. Petri. c. 4. *Lux allata.*

dicha

dicha y honra. Eorum inſtar nobilium virorum, qui cum Regni Principem iniuria affectum ab aliquo vident, eadem ſe affectos iniuria gloriantur. Quippe valde illis honorificum eſt, ſi inde populus intelligat eos eiuſdem cum Principe Generis, loci ac conditionis communione coniungi.

Enim verò id cauſæ fuit cur irent Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Nempe quia diuino ſe atque immortali beneficio affici putabant, cum in mundo tanquam ciues & domeſtici Dei, ac tanquam Chriſti genus & hæredes ab hominibus tractabantur. *Pro nomine Ieſu*. Hoc eſt quia ex collegio, familia, domoque Ieſu erant. Contumeliam igitur cum accipiunt, honorem accipiunt, quia non aliam ob cauſam dedecore afficiuntur, quam quod Chriſtum verum decus attingunt. Glorioſius autem nihil eſſe poteſt, quam Regem regum ac dominum dominantium, aliquo ſiue generis, ſiue amicitiæ iure contingere. *Pro nomine Ieſu, vt accipiendum.*

Nec aliter intelligendum opinor illud Iſaiæ qui cum in Eccleſiam gentium mentis oculos intendiſſet, ac Prophetico afflatus ſpiritu eorum qui in ea verſarentur, felicitatem præcepiſſet, ſuæ gentis nomine Deum ita precatur. *Tu Domine Pater noſter es, & Redemptor noſter, à ſeculo nomen tuum.* Vbi LXX. viri. *A principio nomen tuum erit ſuper nos*: Quaſi dicant: Te verum regem, verum Meſsiam agnoſcimus, ac ſi ita voles, à principio, ideſt. *Agora de nueno tomaremos apellido nueno, y de Iſraelitas nos llamaremos Chriſtianos y de hijos de Abraham y Iacob, nos haremos hijos de Dios, y hijos tuyos*: ſequitur enim: *Quoniam tu Pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos*, &c. *Iſaias explicatus.*

Et certè hoc eſt nomen illud nouum de quo idem Propheta cap. LXII. *Videbunt gentes iuſtum tuum, & cuncti reges inclytum tuum, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit*. Hoc enim ſenſiſſe videtur B. Cirillus Archiep. Hieroſolimit. Cathecheſi. X. cuius hæc ſunt. *Iſaiæ.62.* *B. Cirillus Hieroſolym.*

Quæramus ex Iudæis, Seruitis Domino an non? Oſtendite igitur nomen veſtrum nouum: Iudæi enim & Iſraelitæ à Moiſe & alijs Prophetis vocati eſtis, & poſt reditum ex Babylone, & huc vſque. Vbi ergo eſt nomen nouum? Nos verò poſtea quam ſeruimus Chriſto, habemus nomen nouum quod benedicetur ſuper terram. Scio nomen in ſacris litteris multa complecti: ex quibus huc transferri non pauca potuiſſent, ſed rejiciuntur in tempus.

CAPVT. XV.

CIRRI SIVE CINCINNI PVERIS OLIM & feminis, maximè Cynædis, in ornatu. In alijs non ornamenta, ſed crimina, teſtes libidinis, & infamiæ nota. Chriſtianis olim minimè permiſſa. Damnata ab Æthnicis.

Huius ſeculi multa vitia.

NIMIS Ferax vitiorum hoc ſæculum: noua quotidie profert, ſopita vetuſtate, nouo cultu reuocat, olim extincta nunc recens accendit. Ea, non eſt in animo peſequi, neque enim tantus ad tanta. Vnum abhorreo vehementer, perſtringit oculos, animum commouet, diſsimulare non poſſum. Adeo mores ad mollitiem prolapſi, vt viri feminarum in modum comti, et cincinnati procedant? Faceſſant Iſthæc virorum opprobria, maſculæ virtutis dedecora, nobiliſsimi ſexus maculæ, atq; ab equis & armis ad colum & penſa trudantur. O mores! ò tempora! ò iudices integerrimi! Virtutem Hiſpanam, cuius vel nomen terrori barbaris, nationi gloriæ fuit, eo deductam, vt pro galeato Cirratum caput oſtentet, pro galea peregrinos pileos, pro hirſutis criſtis, molles, nitidoſque Cincinnos? Bono fortaſsis exemplo, & felicioris ſæculi ritu. Scilicet, puerorum hoc inſigne, aut feminarum, maximè Cynædorum: libidinis teſtis, infamiæ nota: Chriſtianis minime permiſſum, damnatum ab æthnicis. Singula

mihi.

mihi breuiter oſtendenda. De pueris Perſius Satyr. I. *Cincinni puerorum.*

Ten cirratorum centum dictata fuiſſe.

Pro nihilo pendas? Et Martial.

Nec matutini cirrata caterna magiſtri. *Perſius.*

Martian. Capella. lib. III. de Gram. *Nam ſi rhytmicum quid, metricumque ſicut inter cirratos audes* &c. Arbit. *VidERMus ſenem caluum, tunica veſtitum ruſſea inter pueros capillatos.* Athenæus. lib. XII. cap. VI. de Sybaritis, & Crotoniatis. *Eſt etiam apud eos conſuetudo, vt pueri ad impuberem vſque ætatem purpuram, capillorumque nodos auro reuinctos geſtent.* *Martianus. Capella.* *Arbiter.*

De feminis res etiam nota, ſcilicet non nuptis: nam matronarum diſcriminata coma & implexa. Ammianus lib. XIIII. *Et licet quocunque oculos flexeris, feminas affatim multas ſpectare cirratas, quibus ſi nupſiſſent, per ætatem ter iam nixus poterat ſuppetere liberorum.* Itaque cirri ne in feminis quidem grandiore natu probati, ſed in puellis. Tertull. de velandis Virginibus. *Simulque ſe mulieres intellexerunt, vertunt capillum, & acu laſciuiore comam ſibi inferunt, crinibus a fronte diuiſis, apertam profeſſæ mulieroſitatem.* Mulieres intelligit non matronas & nuptas, ſed ætate maturas. Nam vt ibidem ait. *Ex illo virgo deſinit, ex quo poteſt non eſſe.* *Item feminarum.* *Tertullian.*

Hieronymus etiam Cincinnos agnoſcit, ſed damnat in pueris. De Virginitate ſeruanda ad Demetriadem. *Cincinnatulos pueros & calamiſtratos, & peregrini muris olentes pelliculas de quibus illud. Arbitri eſt,* *Hieronymus.*

Non bene olet, qui bene ſemper olet,

Quaſi quaſdam peſtes & venena pudicitiæ virgo deuitet. Ornatus enim iſte militiæ Veneris eſt, non Chriſti. Quare Hieron. iterum in Epiſt. XII. de infantulæ educatione ad Gaudentium. *Nunquam iuuenculos, nunquam cincinnatos videat.* Laſciuis enim oculis, aut incautis hæc Satanæ tela parantur. Cincinnos ne in pueris quidē Phocylides probat, cuius hæc ſunt ex Græco translata apud Tiraquellum in. III. Leg. Conub. *Phocylides.*

Ne in maſculo quidem filio nutri cincinni gratia capillum:

Ne vertitem plices, neque vittas tortuoſas corymborum.
Maſculum non decet coma.

Plautus. In ornatu puerorum cirros eſſe, dixi: addo etiam cinædorum, ſaltatorum, & alioqui infamium hominum. Plaut. in Aſinar.

Archeſilai graue in cincinnatos dictum.

Quis nam iſthuc tibi accredat Cinæde calamiſtrate?

Hinc illa grauis in quendam Archeſilai ſententia, quem refert Plutarchus grauiter & acerbe obiurgaſſe nimis delicatum diuitem, qui tamen caſtus & integer dicebatur. Nam cum vocem eius infractam, capillumque arte compoſitum, & oculos ludibundos, atque illecebræ, voluptatiſque plenos videret. *Nihil intereſt*, inquit, *quibus membris Cynædi ſitis, poſterioribus, an prioribus.* Nam tametſi cinædi non eſſent, ornatus tamen cinædum præſe fert: qui niſi eiuſmodi, aut ſimiles homines effeminatos & molles, non decet. Philo Iudæus in lib. de vita contemplat. Cincinnos in mancipiorum cultu ponit. *Ex ijs* (de mancipijs loquitur) *minores pueri pincernas agunt, grandiores aquam afferunt, loti, & nitidi, fucatique ac cincinnati, alunt enim capillitium.* Ita ſemper in probro. Apud Plautum in Trucul.

Plautus. Act. II. Scen. VII. Geta ad Phroneſium meretricem de ſuo amaſio.

Tun' tantilli doni cauſa, olerum, atque eſcarum, & poſcarum,
Mæcum malacum, cincinnatum, vmbraticolam, tympanotribũ
Amas? Hominem non nauci.

Et in Milite. *Rogare mirum eſt.*
Populi odium quin nouerim? Magnidicum cincinnatum,
Mœchum, vnguentatum.

Cicero in Piſonem. Cicero in Piſonem. *Erant illi comti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes ceruſſatæque buccæ.* Nempe inſignia Cinædorum. Et Poſt reditum in Senatu, Gabinij turpitudinem ex his adiunctis oſtendit. *Quo vultu cincinnatus ganeo non ſolum ciuium lacrimas, verum etiam patriæ preces repudiauit?* Item. *Cur in luſtris & helluationibus huius calamiſ-*

Cinædus quis *trati ſaltatoris, tam eximia virtus tamdiu ceſſauit.* Saltatoris cũ dixit, Cinædi dixit, quæ vox à ſaltatoribus qui ſe mollius ia-

ctant,

ſtant, ad effeminatos & meritorios pueros ſatis aptè transfertur. Sed Clarius idem Pro Sextio. *Alter vnguentis affluens, calamiſtrata coma, deſpiciens conſcios ſtuprorum, ac veteres vexatores ætatulæ ſuæ.* Beatus etiam Gregor. Nazianz. Cinædam frontem dixit, pro cincinnata. Vis ne ſcire quam ſuſpectum ſit hoc genus cirratorum? Sinæſium audi cuius illud Prouerbium celebratum ſcribit Cælius in Antiq. Lect. lib. XV. cap. VIII. *Nullus comatus, qui idem non ſit Cinædus.* Pherecydem ſcribit Syneſ. Cirenens. cũ comatum iuuenem, obuiaſſet, oculos tunica operuiſſe, atque oſtendiſſe digito ex eius cultu, de Cinædorum eſſe grege, conſtare. Clem. Alexand. lib. II. Pedag. Cincinnos Cynædicum faſtum appellat, de Athenienſium Archontibus loquens. *Crobylo, quod eſt Cincinni genus, aureo induebantur, adiunctis cicadis ornati: ortum ſuum re vera terreſtrem Cynædico quodam faſtu, & arrogantia monſtrantes.* Cicero. B.Greg. Naʒian.

Nec dubitare licet, quin cirri teſtes libidinis ſint. Sic eos appellat Comicus Agatho in Thieſte, his verſibus, quos Hadrianus Iunius (quem tamem videre mihi non contigit) in lib. de Comi, cap. VI. apud Tiraquel. latinos fecit vbi de Curetibus qui puellarũ in morẽ cincinnos alebant, ut ſcribit Euſtath. in lib. XXIII. Iliad. Ita canit. Agatho.

Pronactis ambientes Gnatæ nuptias
Paſſi repulſam: mox teſtes libidinis
Comas totondimus: animi ſolatium
Proſtrati. Gloria hinc ſequitur cognominis
Tonſum ob capillum, quod Curetes dicimur.

Cincinni teſtes libidinis.

Idem ſcribit Agathon in Thyeſte apud Athenæum lib. XII. cap. XI. Contra vero Phylarchus lib. Hiſtoriarum XI, ex Æſchilo, qui ita dictos cenſuit ab eorum delitijs.

Cincinnus eſt comæ velut eſt Virgini:
Curetes inde populus ipſe dicitur.

Ergo ſi ob ſectum, tonſum ve capillum gloria paritur, ob nutritos Cincinnos, infamia conſtat. Loquatur Ambroſ. qui lib. III. de Virginib. ſuper illud Cant. V. Cincinni mei pleni ſunt guttis noctium; *Noli, inquit, proxima mea* B. Ambroſ.

accipere cincinnos corporalium capillorum ; non illa ornamenta, ſed crimina ſunt: lenocinia formæ, non præcepta virtutis. Alios cincinnos Nazareus habet, quibus ferrum non aſcendit, quos nemo præcidit, qui non calamiſtris compoſiti, & arte digeſti, ſed multiplici criſpante virtutum nitentium gratia refulſerunt. Et lib. de Noe, & Arca, cap. VII. *Mulieribus ornamento eſt coma, dedecori eſt viris*, denique Apoſtolus euidentius expreſsit hoc, dicens. *Nam ipſa natura docet vos, quod vir quidem ſi comam nutriat, ignominia eſt illi, mulier vero ſi capillos habeat, gloria eſt illi.* Locum Chryſoſtomus diligenter expendit.

Paulus.

Cincinni velut titulus meretricum.

Sunt autem cincinni in fronte velut titulus meretricum, aut venalitiorum, qui proſtitutum, & venalem ad libidinem ſignificant. Chryſis ad Pollienum in Arbitri Satyr. *Quo enim ſpectant flexæ pectine comæ? quo facies medicamine attrita, & oculorum quoq; mollis petulantia? quo inceſſus aptè compoſitus, & ne veſtigia quidem pedum extra menſuram aberrantia, niſi quod formam proſtituas, ac vendas? Vides me? nec auguria noui, nec Mathematicorum cælum curare ſoleo, ex vultibus tamen hominum mores colligo.* Et certe nihil magis verum, nam is cultus meretricius eſt. *Ad mollitiem enim declinantes*, inquit Clem. Alex. lib. III. Pædagog. cap. III. *Planè effeminantur, illiberali quidem tonſu ac meretricio ſe tondentes. Et certè*, addit ille paulo poſt, *niſi quis eos nudos viderit, mulieres eſſe putauerit.* Vides in probro ſemper viris fuiſſe cincinnos? Vides damnatos ab Æthnicis? Quid par eſt exiſtimare Chriſtianos? vix eſſe Chriſtianorum ornatum à probo tibi iudice oſtendam. B. Tiburtius, vt auctor eſt Surius in vita D. Sebaſtiani Torquatum immerito ſe Chriſtiano nomine cenſentem, grauiter increpabat. *Quod capillos ſuper apicem frontis, tonſoris arte componeret.* Cumque ambo religionis cauſa iudici ſiſterentur, ac quæſitus de fide Torquatus, reſpondiſſet ſe eſſe Chriſtianum. *Credis ne*, inquit Tiburtius. *Vir illuſtriſsime hunc eſſe Chriſtianum, qui in ſui lenocinio moliendo, capitis fimbrias admittit, qui tonſorem diligit, qui ſcapulis molliter geſtit, qui fluxum greſſum*

Arbiter.

Clem. Alex.

Surius.

greſſum improbo niſu diſtendit? qui feminas curioſius intuetur? Nunquam tales peſtes Chriſtus dignatus eſt habere ſeruos ſuos. Ammian. lib. XXII. Diodorum à plebe gentilium memorat interfectum, *Quod dum ædificandæ præeſſet Eccleſiæ cirros puerorum licentius detondebat.*

Sed hic mihi aliquis non opportunè eruditus obiiciat, cum ipſum, quo intendo litem, Ambroſium: qui dicat in eorum cauſa teſtimonium. Is enim lib. II. Hexam. cap. IX. de coma ſic. *Reuerenda eſt in ſenibus, veneranda in ſacerdotibus: terribilis in bellatoribus, decora in adoleſcentibus, comta in mulieribus, dulcis in pueris.* Sed is audiat quæ ſequuntur, & nihil de antecedentibus dubitabit. *Alium ſexum crinita non decet, alium tonſa non decet.* *B. Ambroſius.*

Quod terribilem in bellatoribus facit, ſumtum videtur ex antiquorum opinione, qui Suæuos ſiue Germanos intortis in nodum capillis in prælia proceſsiſſe teſtantur. Auctor Tacitus in Germania: Seneca de ira, & in Epiſt. CXXVI. Tertullian. de velandis Virgin. Iuuenal, Satyra XIII. à quibus Martialis & alij. Sed Suæui, comam ad terrorem ligant, non pectunt, non comunt, non vngunt vt niteat, ſed obliquant vt horreat. Clem. Alex. lib. III. Pædag. *Et ex gentibus quidem Galli & Scythæ comam nutriunt, ſed non ornantur, & terribile quid præſefert denſum barbari capillitium, & flauus ille color bellum minatur, vt qui videatur cognationem habere cum ſanguine.* Gallorum autẽ nomine Germanos intelligit atque ita ſubiungit. *Ambo hi barbari luxum odio habuêre. Apertos teſtes proferent, Germanus quidem Rhenum, Scytha vero plauſtrum.* At iſti cinædi cincinnatuli inter ſpeculum pectinemque occupati, vt ait Seneca De Breuit. vitæ, cap. XII. liquoribus lentis capillos illinunt, ſub noctem faſcijs deflexos à fronte vinciunt, deinde ſub lucem ſoluunt, vt molliter ſubrigantur: concinniores enim, vt ait idem Seneca, eſſe malunt, quàm honeſtiores: & remp. turbari ſuam minus curant, quam comam. Hos ego non viros ſed viragenes dicam, & ne nos contagione polluant,

Capilli ad terrorē intorti.

Clemens Alexand.

Seneca.

atque infamiæ notam inurant diligentiſsimè fugiendos. *Cincinnati fugiendi.* Monēt etiā Aethnici. L. Piſonem acerbe Cicero perſtringit; & valde admiratur, quod cum Gabinio auſus eſſet conſilia conſociare, quem tamē ex frontis nota libidinoſum & *Cicero.* impurum eſſe, dubitare non poſſet. Poſt Redit. in Senat. *Non te illius vnguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamiſtri notata veſtigijs, in eam cognitionem adducebat, vt cum illius re ſimilis fuiſſes, frontis tibi integumento ad occultanda tanta flagitia diutius vti non liceret?*

Quid iam de cincinnis dicam, niſi adeo ſibi Dæmonem in his placere, vt cincinnatuli etiam aliquando nomē vſurparit. Cælius Antiq. lib. VIII. cap. X. cum ſe, & totam fere Italiam audiuiſſe de mulieris vtero loquentem, memo- *Cincinnatulus Dæmon.* riæ prodidit. *Cincinnatulus Dæmoni nomen erat. Hac ille appellatione geſtiens inclamanti reſpondebat ſi de præteritis aut præſentibus ſciſtareris quæ reconditiſsima forent, reſponſa dabat mirifica: ſi de futuris, ſemper mendaciſsimus.* Ite igitur adoleſcentes nobiliſsimi, ite inquam, curate frontem, capillos inungite, religate vittis, inurite calamiſtros, criſpate annulos, aptate cincinnos. Ite noua gloria Dæmonum, inferorumque delitiæ: vos ille amat, ad veſtrum nomen exultat, ac geſtit: proſtituite pudorem, ac formam. *Decaluabit aliquando Dominus verticem filiarum Sion, & erit pro criſpanti crine caluitium.* Audi tamen quid in Apoſtolicis conſtitutionibus hac de re ſcriptum reliquit Cle- *Clem. Rom.* mens Romanus lib. I. cap. III. *Tibi enim, qui fidelis, & homo Dei es, non licet nutrire comam, & in vnum colligere: hæc enim luxuria eſt & mollities, neque effuſam geſtare; neque diſcriminatam, neque facere vt tumeſcat: neque eam carpendo & formando criſpare, neque flauam reddere, quod etiam lex Deuteronomij vetet Siſoen facere, aut anaxyridas.* Siſoen autem à Siſin Hebraica voce qua cincinni capitis ſig- *B. Petrus.* nificantur, LXX. duxere. B. Petrus Epiſt. priore Canonica cap. III. plicationem capilli prohibuit, reliquas omnes ſpecies comendi capillos hac vna ſpecie communi cōplexus, ex vulgato loquēdi more Sacrarū litterarū; & B. Paulus

I. Ti-

I. Timoth. c. II. Crines intortos prohibuit, cõplectens formas omnes, quas Apoſtolica doctrina cõplexa eſt: vt optimè notat doctiſſimus Turrianus, è noſtris in ſuis ad Clem. explanat.

Non dico amplius de Cincinnis, tametſi poteram multa: ſatis enim habeo puerorum maximè cinædorum eſſe, aut puellarum, & certe meretricum præcipue: nec viris modo qui aliquos ſe ducerent, ſed ijs etiã qui nihili eſſent probrõdatos oſtendiſſe. Addam tamen Quintiliani verba ex lib. I. cap. XI. quibus oratores à comendi capitis cura deterret. *Quintilian⁹.* *Sed me hactenus ſequentem nemo inſequatur vltra: do tempori ne nigra toga ſis, non ſerica, ne intonſum caput, non in gradus, atq; annulos comtum: cum in eo qui ſe non ad luxuriam & libidinem referat, eadẽ ſpecioſiora quoq; ſint, quæ honeſtiora.* Nũc pauca de altera peſte.

CAPVT. XVI.

CINEDICAE SALTATIONIS VULGO CArabãda, origo a Theatro, publico turpitudinis domicilio. priſco etiã ſæculo damnata. Mos antiquus cũ cantu & ſaltatione præliũ ineundi, Hebræis gentibuſq; communis.

ALtera recens eſt ab inferis excitata peſtis, quæ nõ paucos mortales veneno aſſlatos ſuo detrudit in inferos. Carabandã appellãt, quã Cynædicam mutam turpitudinẽ Clemens Alex. lib. II. cap. X. & Flabella ventorum quibus incendiũ concupiſcentiæ accenditur. B. Chryſoſt. homil. LIX. in Geneſim, appellauit. Eius originẽ mihi eſt in animo explicare, & quanto probro apud eos etiã habita ſit, apud quos nata, paucis oſtẽdere. Saltatio enim a bonis initijs orta creuit in omnẽ turpitudinẽ, & in fœdiſſimos ſeſe huius ſæculi exitus expediuit. Bellica illã neceſſitas primũ inuenit, voluptas auxit, licẽcia conſumauit. *Origo cynedicæ ſaltationis.* Autor Rhea, quæ, vt Lucianus ſcribit in Saltatione, in Phrygia quidẽ Corybãtas, in Creta Curetas ſaltare iuſsit optimo exẽplo. Nempe vt gradum in bello facere ad numerũ, vt ſe mouere ex ordine, & vibrare haſtas, & ſagittas iacere, & moderari *Lucianus.*

ſcuta, & opportunè adoriri, & ſe recipere tēpeſtiuè cō diſcerent. *Hæc ſaltatio*, inquit, *ab armatis deſaltabatur gladios ad ſcuta collidentibus, ac bellicum quiddam, & attonitum ſaltantibus.* Nō tractum non eneruatum, ac molle. Erat enim per id tempus, ſaltationis genus & decorum & magnificum in Choris, atque id fere, quod motus, qui fiunt in armis imitaretur. Quanquam hoc quoque, (vt ſunt prona in malum hominum ingenia) in delicias abijt. Nam equos Sybaritæ ad tibiam in Sympoſijs tripudiare docuerunt, tametſi non impune. Id enim cum Crotoniatæ cognouiſſent, tibicines ſecum in aciem eduxerunt, quorum cum tibiarum ſonum equi audiſſent, ſublatis manibus, extremiſque innitentes pedibus in tripudium ſunt conuerſi. Itaque ſeſſores victi fugatique ſunt, quorum omnis in equitatu vis poſita erat. Scripſit hoc Athenæus ex Ariſtotele lib. XII. cap. VI. & Charon Lampſacenus lib. II. Terminorum, apud eundē. Cui rei etiamnum ſtatuarum inſcriptiones, & tituli, ſuo ſuffragantur teſtimonio: quas ijs, qui in bello optimam nauaſſent operam, erexerunt. In bello inquam ſaltato, non commiſſo: nam de Præſultoribus ſermo, qui honore ſtatuæ condecorati. Docet inſcriptio. *ELATIONI POSVIT HANC IMAGINEM POPVLVS, PROPTEREA QVOD PVGNAM PROBE DESALTARIT.* Inde Salij Martis flamines à ſaltando dicti, quod Martem ſaltarent, grauiſsimè, & religioſiſsimè, vt ait Lucianus, qui de Bachi victorijs ſic. *Et hac ſaltandi arte vicit Bachus Thyrrhenos, & Indos, & Lydos deuictos ſubiugauit, ac gentes adeo bellicoſas, ipſis ſaltem Thyrſis deſaltauit.* Huc ſpectat Athenæus lib. XIIII. cap. XII. Vbi ſcribit. *Habent Thyrſos ſaltantes haſtarū loco, quas in ſe inuicem iaculantur, ferulaſque, & lampades ferunt, tripudiantque quæ ad Dyoniſium ſpectant, quæ ad Indos, quæ ad Pentheum canentes.* Hoc ſaltationis genus Pyrhicum olim appellatum, idem ſcribit, & Lacedæmoniorum inuentum eſſe affirmat, à quibus ad reliquos deriuatum: tametſi poſtea derelictum. *Pirrycha autem apud Græcos reliquos*

Saliunde dicti.

Lucianus.

liquos non perdurauit ad hæc vſque tempora, qua deficiente, militarem etiam diſciplinam euanuiſſe contigit. Scitè ita q; Socrates, tripudiantes maximè eſſe Idoneos rebus bellicis, ſcriptum reliquit in Poëmatis, vbi ita inquit,

Qui rectè ſciuère choris decorare Deos, hi
Optimi & in bello,

Prælia olim cum cãtu ini-ta.

Hinc natus multarum gentium mos, quibus commune olim prælia cũ cantu & ſaltatione inire. Clem. Alex. Pæda. cap. IIII. *In bellis itaque ſuis tuba vtuntur Hetruſci, fiſtula Arcades, Siculi autem inſtrumentis quæ appellant Pyctidas. Cretenſes Lyra, Lacedæmonij tibia, cornu Thraces, tympano Ægyptij, & Arabes Cymbalo.* Idem docet Athenæus. lib. XII. cap. IIII. de Lydis loquens. *Cum ad bellum etiam exeunt Lydi, cum tibijs, ac Syringibus in acie inſtruuntur, vt aſſerit Herodotus: ſicut in hoſtes impetum faciunt Lacedæmonij cum tibijs, ac cum Lyra Cretenſes.*

Clem. Alex.

Lucianus. de Lacedæmonijs.

De Lacedæmonijs Lucianus in Saltat. *Lacedæmonij quoq; qui Græcorum præſtantiſsimi eſſe cenſebantur, cum à Caſtore, & Polluce Caryatiſſare perdidiciſſent, quæ ſaltationis ſpecies à Carijs vrbe Laconiæ ducta erat, omnia cum carminibus facere ſoliti, adeo vt ad tibiarum quoque modulos, & Rhythmum, & moderatum pedis ingreſſum, prælium committere illi genti moris fuerit.* Item de Æthiopibus. *At enim Æthiopes non alia quam ſaltandi ratione illatis iam ſignis bellum ingrediuntur, nec quiſquã Æthiopum vel ſagittam emittere, auulſam à capite (hoc enim vice Pharetræ vtuntur, radiorum inſtar tela capiti circumponentes) niſi prius ſaltauerit, ſaltatione hoſti terrorem iniecerit.* De Thracibus Tacitus. lib. IIII. Annal. *More gentis, cum carminibus & tripudijs præſultabant.* De Germanis. lib. II. Hiſtor, *Temere ſubeuntes cohortes Germanorum cantu truci, & more patrio nudis corporibus.* De noſtris Silius.

Et Ætiopibus.

Tacitus de Thracibus et Germanis.

De Hiſpan. Silius.

Rituiam moris Iberi
Carmina pulſata fundentem barbara cetra.

De Luſitan. Diodor. Sic.

De Luſitanis Diodorus Sic. *In bellis ad numerum incedunt, & carmina canũt, cum aggrediuntur hoſtem.* De Cymbris, & Theutonibus Strabo lib. VII. & Plin. lib. XXVI. c. IIII. & de Perſis

 Petro-

Petronius docet. *Proceſſit ſtatim Sciſſor, & ad Symphoniam ita geſticulatus lacerauit obſonium, vt putares Darium*
De Hebr. 2. *Hydraule cantante pugnare.* Noto etiam Hebræos in præ-
Mach. 12. lio ceciniſſe. Machabæor. II. cap. XII. *At illis qui cum Eſdrin erant diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas Dominum adiutorem, & ducem belli fieri: incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus in-*
Et de Syris *cuſſit.* Item Moneo de Syris. Ibidem cap. XV. *Nicanor,*
cap. 15. *& qui cum eo erant, cum tubis & canticis admouebant:* ſed Moneo hunc cantum, hanc ſaltationem trucem & horri-
Cuiuſmodi iſte cantus. bilem hoſtibus, non mollem & effeminatam. propriè cantus hic, clamor dicitur: vt alibi dixi, Virgil. II. Æneidos.

Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum.

Sed hic non perturbatus atque confuſus, ſed ſtatus, moderatuſque, & quaſi per legitimos ſonorum modos increbreſcens, aut etiam tempeſtiuè remittens: non ad aurium vo-
Amimianus luptatem, ſed ad animorum terrorem excitatus. Nam vt Ammianus ſcribit; *Ipſo feruore certaminum exoriens identidem paulatimque adoleſcens, ritu extollitur fluctuum cantibus illiſorum.* Nimirum exordiente aliquo, & cæteris reſpondentibus, & ſe ſe in prælium cohortantibus: quod hortamenti genus celeuma propriè dicitur. Hieremiæ XXV. *Celeuma quaſi calcantium torcular continetur aduerſus omnes habitatores terræ.* Ideſt hortamentum populos contrucidantium. LXX. ſic, *Verbum reſpondebit ſuper locum ſuum, & illi quaſi vindemiantes reſpondebunt, & ſuper habitantes in terra.* Chaldæus vero: *Clamando clamabit vt veniant direptores ſuper terram domus maieſtatis ſuæ; ſicut qui deſcendunt in torcular, qui tollunt vocem ſuam.* Hic autem clamor cantus dicitur, cap. LI. *Replebo te hominibus quaſi brucho, & ſuper te celeuma cantabitur.* Vbi Chaldæus. *Et tollent ſuper te vocem ſuam.* Quod ſæpe vertit apud eundem Prophetam: maximè capite XXVIII. & XLVIII.

Hæc ſancta, & religioſa ſaltationis initia prolapſa in omnem turpitudinem licentia poſterioris ſæculi violauit:

&

& virilem illam atque robuſtam ſeueritatem Martiumque vigorem animorum infregit. Bella in bellaria, ſaccus in ſaccarum, homines in feminas abiêre. Saltatio quæ primum in horrore, poſtremum in delitijs haberi cœpta, Martem Veneri conciliauit. Nec immerito ille, ſe cum Venere puduit deprehenſum. Quippe deinde non Mars, neque mas, ſed pars eſſe quædam feminæ, cum qua ſe miſcuerat, aut altera Venus, in quam amando tranſierat, cœpit. Hinc factum vt pro Marte non Mars, ſed Venus ipſa ſaltetur, aut quæ Venerem imitantur. Non ſiluit ad tam dirum facinus Arnobius. *Sedent*, inquit, lib. IIII. *& in ſpectaculis publicis ſacerdotum omnium, magiſtratuumque collegia, Pōtif. Max. & Maximi Curiones: ſedent quindecimviri Laureati, & Diales cum apicibus flamines: ſedent augures interpretes Diuinæ mentis, & voluntatis: nec non & caſtæ Virgines perpetui nutrices, & conſeruatrices ignis, ſed & cunctus populus & Senatus, Conſulatibus functi patres, Dijs proximi, atque auguſtiſsimi Reges, & quod nefarium eſſet auditu, gentis illa genitricis Martiæ regnatoris, & populi procreatrix amans ſaltatur Venus, & per affectus omnes meretriciæ vilitatis impudica exprimitur imitatione bacchari. Saltatur & magna ſacris compta cum infulis mater: & contra decus illa Peſsinuntia Dyndimene in bubulci vnius amplexu flagitioſa fingitur appetitione geſtire.* En quo proceſſerit morum corruptela: hanc viri turpitudinem, hanc feminæ ſaltauere. Lucianus in Saltat. de præſultore quodam hæc ſcribit. *Ipſe perſaltauit Veneris & Martis adulterium, ſolem furtiui concubitus proditorem, Vulcanum Mœchantibus inſidias machinantem, & Vinculis vtroſque & Martem, & Venerem illaqueantem*, &c. De feminis docet Ammianus lib. XIIII. *Et licet quocumque oculos flexeris feminas affatim multas ſpectare cirratas, quibus ſi nupſiſſent, per ætatem, ter iam nixus poterat ſuppetere liberorum, ad vſque tedium pedibus pauimenta tergenteis, iactare volubilibus gyris, dū exprimunt innumera ſimulacra, quæ finxere fabulæ theatrales.* Honeſtè res turpiſsimas expreſsit: ſcilicet inceſtos illos atque nefarios hominū Deorūque cōcubitus de quibus poetę in fabulis

Arnobius.

Viri feminæque turpiter ſaltabant.

Ammianus.

bulis. Audi vero Prudentium qui de eadem re in Romano ita ſcribit.

Cygnus ſtuprator peccat inter pulpita:
Saltat Tonantem tauricornem Lydius:
Spectator horum Pontifex ſummus ſedes:
Rideſque: & ipſe nec negandum deluis:
Cum fama tanti polluatur Numinis,
Cur tu Sacrate per cachinos ſolueris,
Cum ſe maritum fingit Alchmenæ Deus?
Meretrix Adonin vulneratum ſcænica,
Libidinoſo plangit affectu palam.
Nec te Lupanar Cypridis ſanctæ mouet.

D. Petrus Chryſol. ſerm. CLV. *Quorum obſcœna ludunt, hos qua dementia Deos crederent*, &c. *Erras homo: non ſunt, non ſunt hæc ludicra: ſunt crimina. Quis de impietate ludit? de ſacrilegio quis iocatur? piaculum quis dicit riſum?* Diſtinctè Craton apud Lucianum, qui non ferebat hominem ingenuum huiuſce fœditatis ſpectatorem. *Sedere ſuſtineas in theatro omnium poſticas ſannas excipiens, & hominem effeminatum ſpectans mollibus veſtimentis indutum, ac cantilenis laſciuis & turpibus perſtrepentem, tum priſci ſæculi mulierculas amatorias imitantem? nempe libidinoſiſſimas Phædras, & Parthenopas, & Rhodopas, & hæc omnia cum pulſationibus, & laſciuis, & obſcœnis carminibus, & pedum ſtrepitu.*

Damnata ab ethnicis ſaltatio.

(*?*)

CAPVT.

CAPVT. XVIII.

IN QVO ALIVM IVDICAS TE IPSVM condemnas, in quo laudas te ipſum commendas. Oſtenſum hoc ex ſacris, externiſq. litteris: ex quibus plures loci explicati. Sed maxime vnus ex cap. XI. Eccleſiaſtici.

CVM Inter viros quoſdam eruditos certè atque graues ortus aliquando ſermo eſſet, de illo hominum genere, qui cum in ſe ipſos remiſsi, in alios ſeuerisſimi ſunt, ita cenſuere: illos ſuo ſe gladio iugulare, atque ex Apoſtoli ſententia, in quo alios iudicarent, ſeipſos condemnare. Cuius rei cauſam cum alius hanc eſſe diceret: Quòd cum eodem, is qui iudicaret, vitio laboraret, eandem ſibi quam alteri pœnam imponere videretur. Cùmque alius aliam adduxiſſet, laudaſſetque illud Horatij lib. II. Epiſt. I. *Horatius.*

Quam temere in nos legem ſancimus iniquam.
Nam nemo ſine vitijs naſcitur.

Rectè inquam ego: nam quam alijs notam inurunt, eandem ſibi inſculpunt, & tantum abeſt vt aliena vitia credibilia faciant, vt ſua potius prodant. Quod qui auderet facere, dubitabat futurum Cornel. Gallus Eleg. II. his verſibus. *Cornelius Gallus.*

Quis ſuam in alterius condemnet crimine vitam,
Et quo prætendit, claudere certet, iter?

Quid autem ſit cauſæ cur eiuſmodi homines legem in ſe ſanciant iniquam, non difficile eſt iudicare. Nam ſubit ſtatim hæc cogitatio, illos ex ſe alios æſtimare: plerumque enim alios ijs eſſe vitijs obnoxios arbitramur, quibus ipſi laboramus. Nimirum callidi ac verſuti homines facile adducuntur, vt vitia ea, quibus tenentur, de alijs partim ſuſpicentur, partim loquantur, vt ait B.

D. Gregor. Nazianz. in Maximum, & Orat. 1. Apolog.

Gregorius Nazianz. qui improbos huiuſmodi homines, & abſurdos appellat. Sobrios ebrij vinolentos, modeſtos ſuperbi arrogantes putant, Cynædi molles & effeminatos alios arbitrantur, & quoniam, vt eſt in prouerbio, Similes habent labra lactucas, perſuadere ſibi non poſſunt, quin ij quos vident, eiſdem quibus ipſi morbis conflictentur, eadem petulantia, rapinis, cupiditatibus, mulieroſitate laborent. Virtutes enim ipſas inuertunt, atque vt eſt apud Horat. lib. I. Satyr. III.

Improbi ex ſe alios æſtimant.

Horatius.

Sincerum cupiunt vas incruſtare.

Faceta narratio.

Scilicet, faciunt quod ille alter nobilis latro, qui cum mercatoris pecuniam auertiſſet, deprehenſum ille ex conturbati pectoris motu inter ſocios decumbentem, euulſiſſe vertice capillis ſibi notauit. Nempe ne ſub lucem elaberetur: erat enim obſcuratum ante cubiculum. At ille qui nihil interim minus agebat, quam vt dormiret, ceteris eandem notat inuſsit, ac ſe ſe tum demum ſomno dedit. Vbi illuxit, notam mercator fruſtra veſtigat, non minus argute, quam feſtiue deluſus à fure. Probis itaque viris ſuas hi maculas, & ſordes offundunt, vel quia putant auctoritatem ſibi aſſerere peccandi, ſi tales hi habeantur, quales à ſe finguntur: vel quia ſic exiſtimant, peccata ſua, ſi in illis reperiantur, fieri leuiora: vel quod veriſimilius eſt, ne ipſi ſoli in rep. ſint, qui notentur. Facit autem vitium ſuſpicioſos homines, verſutos atque inuidos.

Vitioſi idem ſuſpicioſi.

Pſal. 36. locus illuſtratus.

A me ſacræ litteræ ſunt. Pſalm. XXXVI. *Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo, non eſt timor Dei ante oculos eius.* Quod alias ita legitur. *Dixit ſcelus impij in medio cordis eius.* Chaldæus adhuc expreſsius. *Dixit ſcelus impio, &c.* Itaque ſcelus quod animo conceperat impius, illud vero eſt, quod impio ſuadet proximum timore Dei vacare. Dixit enim ſcelus impio: *Non eſt timor Dei ante oculos eius.* Vides quem ille conſultorem adhibeat, vt de alterius vita moribuſque decernat? Vides cuius coloris vitrum vt alterum perſpiciat, ad oculos apponat? Quid ni ſimilia cetera videantur?

Alienati

Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero. Quid tum? *Locuti ſunt falſa. Eſtauan locos, y aſsi dixeron diſparates.*

Huc ſpectat non inepta fabella, ferunt enim monitos à Philoſopho populares cauerent à pluuia poſtridie, ſi ſani eſſe vellent: riſiſſe Philoſophum, in forum deſcendiſſe, tactos aqua, aliena facere, & loqui cœpiſſe. Cum ille dũ plueret tectis ſe ſuis tenuiſſet, intermittẽte pluuia in forũ egreſſum: ceteros ſine mente bachantes cum eum quietè, vt ſanum decebat, agere cernerent, impetu facto inſanum, inſanum acclamaſſe, & toto exegiſſe. Ridebis: ego quoque rideo pariter, atque indignor, eo procacitatem hominum eſſe progreſſam, vt inſani ac mente capti ſanos perinde atque ſui ſimiles inſectentur. *Fabella non inepta.*

Hinc tu intelligas: Quid cauſæ fuerit cur illi apud Matheum cap. XV. tam religioſe de diſcipulis quærant, Quare tranſgrederentur præcepta ſeniorum, illotis manibus recũbentes: nempe quia tranſgrediebantur ipſi præcepta Dei. Alioqui enim nec tam infenſi diſcipulos obſeruaſſent, nec tam acutè in re tam tenui peruidiſſent. Quis hic ſine piaculo prætereat Iuuenalem? *Mathei. 15.*

Nonne igitur iure ac merito vitia vltima fictos *Iuuenalis. Sat. II.*
Contemnunt Scauros, & caſtigata remordent?
Fronti nulla fides, quis enim non vicus abundat
Triſtibus obſcœnis? caſtigas turpia, cum ſis
Inter Socraticos notiſsima fama Cynædos.

Hirudinum mihi ſimiles hi videntur, quæ ad malè affectam corporis partem adhæreſcentes vitioſum ſanguinem exſugunt, purum, iuſtumque relinquunt. Sic illi virtutes, quæ in alijs inſunt, vt in quemque inciderint, omittunt: ſi quod eſt vitium tametſi leuiſsimum, id vero exaggerant, & extollunt. Illud præterea ridiculum in hirudine: quod tametſi ea ſit natura quam diximus, nullum eſt ex animantibus eo putidius, quodque magis ſordida nauſeet. In quo non ſunt diſsimiles Sycophantæ: nam cum tuberibus, vt eſt apud poetam ſcateant, verru- *Calumniatores Hirudinum ſimiles.*

Plutarchus.

casaliorum ferre non poſſunt. Plutarchus in Comment. de tranquillitate animi, huc etiam euocandus. *Quemadmodum*, inquit, *cucurbitulæ medicabiles deterrimum ſanguinem ex corpore eliciunt, ſic tu peſſima quæque tuorum in te congeris ipſum nihilo negociatore illo Chio melior, qui cum vinum multum primæque bonitatis venderet, ipſe ſibi ad cenam acidum, in vappamque deprauatum conquirebat. Cuius ſeruus cum ab eo fugiſſet, quæreretur que ab eo cur dominum reliquiſſet? Quia cum in manibus, inquit, ei bona eſſent, mala tamen conquirebat.*

Item cucurbitularũ medicabilium.

Pulcrum ſerui fugitiui reſponſum.

Nec aberret, opinor, qui illos cum naphta contendat. Nam vt illa ignem ex interuallo ad ſe rapit, ita ipſi aliena vitia longiſsimè odorantur. Illud mirabile, quod in. V. Sympoſiac. ſcribit Plutarchus de Charadrio ſiue Rupice aue, in quam regio qui laborant morbo, ſi intueantur, ſanari confirmat: *Tali natura prædito animali, vt morbum è corpore ægroti elabentem ad ſe trahat, atque recipiat oculis tanquam defluentem quendam humorem.* Non diſsimili videntur eſſe natura calumniatores, qui vel ex aſpectu aliorum, quidquid ineſt vitij percipiunt: & (quod de venatorijs canibus idem affirmat Plutarchus) ipſi etiam venenatos ex oculis radios, in quem aſpiciunt iaculantur, & illius lumen & honorem extinguunt. *Iræ canum in certaminibus aduerſus feras, ſæpe lumina extinguunt, atque excæcant:* &c. *Sic ergo inuidia affecti cum intendunt oculos in aliquem, radios, tanquam veneno imbuta iacula, excipientibus partibus animo proximis, nihil puto abſurdi ſit, ſi læditur in quem illi ſunt intuiti.* Vides quemadmodum inuidi alienæ laudi maculas ſuas offundant? Ita tamen vt probis & intelligentibus viris facile appareat aſperſas eſſe, non innatas.

Naptæ eiuſ similes.

Plutarchus.

Item Charadrij, qui morbos ad ſe trahit.

Canes venatorij ferarũ lumina excæcant.

Deſinam ſi ſapientis locum ex cap. XI. Eccleſiaſtici difficilimum, & neſcio vtrum hactenus explicatum in eandem ſententiam attulero. *Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & ſicut perdix inducitur in caueam, & vt capra in laqueum, ſic & cor ſuperborum, & ſicut proſpector videns caſum proximi ſui.*

Eccleſiaſtici 11. locus difficilis explicatus.

Vbi veram atque germanam ſuperborum atque in

vidorum

uidorum imaginem videre mihi videor, ſatis ad id quod agimus aptam. Duabus autem partibus deſcriptio continetur: priore ingenium hominum explicatur, vnica propoſitione depictum: poſteriore ſupplicium peruerſitatis eius continetur.

SICVT ENIM ERVCTANT PRÆCORDIA FETENTIVM. Enimvero cor atque ingenium eiuſmodi ſimile videtur eſſe voraci ſtomacho & vltra modum ſe ſe vel viliſsimis cibis ingurgitanti, qui ſemper crudus eſt, ſemper fluctuat, ſemper aceſcit. In eum ſi exquiſitiſsimas epulas inieceris, & ſaporis gratia, & ſuauitate conditas, & odorem protinus, & ſaporem amittunt, corrumpuntur atque putiſcunt. Adeo vt grauitatem ructus, & odoris fœditatem ferre non poſsis. Ita cor ſuperborum flatu arrogantiæ plenum, & putidis infartum humoribus, ſemper improbas ſuſpiciones, ſemper fraudes, aliorum contemtum, opprobria, contumelias eructat. *Bona enim in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponit maculam.* Rectè vt à Propheta Dauide dicatur: *ſepulcrum patens eſt guttur eorum.* Vidiſti ingenium: attende ſupplicium.

Calumniatores inuidi eiuſmodi.

SICVT PERDIX INDVCITVR IN CAVEAM, ET VT CAPREA IN LAQVEVM &c. Quod ego primum ſic interpretor. Quemadmodum perdix tametſi callidum verſutumque animal, & caprea licet pernicitate præſtet, tamen facile capiuntur, ita cor ſuperborum, ita inuidi, in eo ipſo quod iudicant, condemnantur. Et quemadmodum perdix in caueam incluſa cacabat, & cantu ceteras allicit, vt ab aucupe capiantur, & caprea in laqueum inducta queſtibus ſocias in eundem inducit, ita etiam inuidi atque calumniatores, cum ipſi peccatorum uinculis teneantur, nihil aliud curant, quàm vt iiſdem ceteri implicentur, aut ſaltem implicati eſſe ſocijs videantur. Sed accidit illis quod vſu his euenire videmus, qui dum aut furtum facientes, aut digladianates inter ſe per otium atque im-

Calũniatorũ ſupplicium.

prudentiam ſpectant, & capti pro alijs puniuntur: aut *Quidij ſcu-niat.* quod incautis ſpeculatoribus, qui dum ab hoſtibus obſeruant, obteruntur ab alijs, & quas de alijs exigere pœnas cupiebant, ipſi dant: *Et ſicut proſpector videns caſum proximi ſui.* Quod malum ex eo quod ſequitur, [illegible]. *Bona enim in mala conuertens inſidiatur.* Expectati [illegible] oculis [illegible] non poſſunt, [illegible] inueſtigando longiſſimè aberrantibus, & pro ve[illegible] ſæpiſſimè probant [illegible] *de la[illegible]* [illegible] proximè. *Et in electis imponet maculam.*

Candor in alijs laudādis. Reſtat mihi altera pars de candore in alijs laudandis, quam breuiſsimè expedio. Dico tantum mirabiles eſſe, qui alios admirentur, laudabiles qui collaudent, & facilè perſuadere multis virtutibus abundare, qui æſtimet alienas. Ouidius Eleg. V. lib. II. de Ponto.

Ouid. lib. 2. de Pont.

> *Non ego laudandus, ſed ſunt tua pectora lacte*
> *Et non calcata candidiora niue.*
> *Mirariſque alios, cum ſis mirabilis ipſe*
> *Ne lateant artes ingeniumque tuum.*

Plinij iunioris pulcra ſētentia. Plinius lib. I. Epiſtol. in ea, quæ eſt ad Cornelium Titianum, Capitonem laudat, quod alios ipſe colat, atque ita ſcribit. *Scias ipſum plurimis virtutibus abundare, qui alienas ſic amat. Redditus eſt L. Syllano debitus honor, cuius immortalitati proſpexit Capito, pariter & ſuæ. Neque enim magis decorum & inſigne eſt ſtatuam in foro P. Rom. habere, quam ponere.* Impetrauerat autem Titinius Capito ab Imperatore, vt ſibi liceret ſtatuam L. Syllani in foro ponere. Huc ſpectat illud Ciceronis, qui *Item Cicer.* Cæſari, cũ ſtatuas Pompeij deiectas erigi iuſsiſſet; *Pompeij,* inquit, *ſtatuis erigendis, tuas defixiſti,*

Plus litterarum habet hoc caput quam putaram, ſed abutar adhuc patientia legentis, quam egregia Plinij *Et Plinij iterum.* ſententia compenſabo. Is igitur Epiſtol. libro. VII. ad Septitium ita ſcribit. *Ais quoſdam apud te, reprehendiſſe, tanquam amicos meos ex omni occaſione vltra modum laudem.*

dem. Agnoſco crimen, amplector etiam. Quid enim honeſtius culpa benignitatis? Qui ſunt tamen iſti, qui amicos meos melius norint? ſed vt norint, quid inuident mihi feliciſſimum errorem? Vt enim non ſint quales à me prædicantur, ego tamen beatus, quod mihi videntur. Igitur ad alios hanc ſiniſtram diligẽtiam conferant. Nec ſunt parum multi, qui carpere amicos ſuos iudicium vocant. Non aberat ab iſta opinione Leu- *Athenæus.* co tyrannus Ponticus, de quo Athenæus lib. VI. capite VI. *Cum hominem quendam reliquorum amicorum calumniantem vi- Calumniat. diſſet, interemiſſem te, inquit, per Deos, niſi Tyrannis malis Vita indigni hominibus indigeret.*

Nec diſsimilis certè alter in bello Imperator, quem refert Plutarchus militem grauiter mulctaſſe, quod hoſti ſuo maledixiſſet, cum diceret ſe illum alere non vt hoſti malediceret, ſed vt contra illum pugnaret. At nunc amici ne amicis quidem parcunt; quod ſane criminis genus eiuſmodi eſt, vt ferri non poſsit, atque interdum nonnullos de vita deſperare coegerit. Scribit Plutarchus in Apophthegmatis, Dionem qui Dyonyſium tyrannide eiecit, cum audiſſet à Calippo ſibi inſidias parari, cui omnium amicorum, hoſpitumque maximè fidebat, inquirere noluiſſe; quod diceret, moriendum potius eſſe quam viuendũ, vbi non ab hoſtibus modo, ſed etiam ab amicis eſſet cauendum.

Rectè igitur monuit idem Plutarchus primo omnium *Plutar. in libr. de frater no amore.* tenendum hoc eſſe, vitium omni amicitiæ generi ſe inſinuare: & vt eſt apud Sophoclem,

Mortalium cunctas res, ſi cunctas examines,
Inuenies in pleriſque turpitudinem.

Nam neque cognatorum, neque ſodalium, neque vllus amor ſincerus, purus, nulloque vitio ſuffuſus reperietur. Quãquã eſt etiã in laudandis amicis ea ratio tenẽda, vt eorũ laudemus virtutes, vitia vituperemus. Alioqui enim dum iis gratiam referre volumus, iniuriam inferemus: nam vt idem ait Plutarch. ſtultè Bio qui agrum laudan- *Plutarchus.* do putabat ſe redditurum fertilem ac frugiferum

potius quàm ſodiendo. Atque ager quidem, laudando non fit deterior: hominem inflant, ac perdunt, qui immerito laudant.

MARTINI DE ROA

EX SOCIETATE IESV, SINGVLARIVM, LOCORVM, AC RERVM, LIBER QVARTVS.

IN QVO MVLTA ET VARIA DE ANTIquo ritu ſupplicandi, & per occaſionem ex Sacris litteris complures loci ad hunc etiam morem ſubtilius explicantur.

CAPVT. I.

HOMERI LOCVS EX QVO ORIGO *ſermonis de ritu ſupplicandi. Procumbere quid. Barbam præbendere: genua tangere, geſtus ſupplicantium.*

Homerus. HOMERI Locus eſt in Iliade. I. quo Ioui Thetim pro Achille ſupplicantem facit his verſibus.

Procubuitq́ thoro genua amplexata ſiniſtra.
Illius at mentum dextra: ſic deinde precata eſt.

Et infra. *Magis hoc Thetis hũc amplexa fatigat,*
Et genua, & mentũ tenet, vt prius, atq́ ita fatur.

Et lib. VIII. Pallas Iunoni.

Sic meritam nunc me durus pater horret, & odit,
Vt Thetidi placeat, quæ nunc ipſius vtrumq́
Eſt complexa genu manibus, barbamq́ comantem:
Hoc læua, hanc dextra: ſupplex, vt honoret Achilem,
Facta Ioui.

Quem cùm legiſſet in ſchola Marcellus, Hem, inquit, Martine, quod apud mortales ne viliſsimus tuliſset homuncio, id verò Dij gentium æquo animo patiantur? etiam honorificum putent? Quotus enim quiſque eſt, non ex his modo, qui aliqui, ſed qui nulli ſunt, qui ſibi manum barbæ ſupponi, aut quoquomodo tangi, prehendi ve ferat? vellicet ſibi potius, niſi ferro vlciſcatur iniuriam omnium, quas agnoſcit ætas noſtra, grauiſsimam. At ego vide, inquam, Marcelle, quantum in omnem partem valeat hominum ſiue error, ſiue etiam opinio, de rebus pro libidine iudicantium. Hoc illis honos maximus, nobis maximum probrum. Quod ad Homerum attinet, ritus ab eo ſupplicandi exponitur

exponitur antiquiſsimus : tantum apud Græcos, quod ad *Barbam tan-*
menti apprehenſionem ſpectat, quoad meminiſſe poſſum. *gere. ſuppli-*
Id vero apud Gregorium etiam Nazianzenum in ea, quam *candi ritus.*
ſcribit ad Nicobulum Patrem : *En*, inquit, *tibi hoc nomine B.Greg.Na-*
ſupplex ſum, *barbam tuam prehendo fidem tuam imploro* ; *at- zian.*
que obteſtor.

Dolon etiam cum in eo eſſet, vt occideretur, Barbam Diomedi apprehendere appetebat.

Verba iſta loquenti,

Iamq́, paranti ictum, barbā tum vellet honeſtam

Tangere cæſariem ſupplex, caput enſe reducto

Diſſecuit medium.

Iam vero quod ad procubitum in terram attinet, non *Procumbere*
minus id Græcis, quam Romanis, Hebræis, atque *geſtus ſup-*
omnibus fere Gentibus commune, cum aut ſupplica- *plicantium.*
rent, aut ſe victos alicui traderent. Supplicare enim perinde eſt, atque plicare ſub, vel flectere ſe ſub alicuius aſpectum, aut genua : quod ij faciunt, qui demiſſe, ac reuerenter precantur. Vnde ſupplicaturi, prius procumbunt. Petronius in Satyrico. *Procubuit ante pe- Arbiter.*
des, & rogare cæpit, vt ſe pœnæ eriperemus. Docet idem
Arnobius lib. IIII. Et quia non ſupplices, hoc eſt, hu- *Arnobius.*
mi procumbimus.

Philo Iudæus De legatione ad Caium : cum de Hebræis *Philo Iud.*
loqueretur, qui ad Petronium Syriæ præſidem, pro conſeruanda patria Religione, & non erigendis Cai Imperatoris ſtatuis ſiue anathematis, ſupplicantibus. *Vbi verò, inquit, Petronius in loco ſuperiore conſpectus eſt. Vniuerſi ordines velut ad vnum edictum humi procumbunt ſupplices, cum vlulatu quodam flebili. Iuſsiq́, ſurgere, & accedere propius, vix tandem ſurrexerunt, & conſperſi multo puluere, diſfluenteſq́, lacrymis, accedebant reductis in tergum more damnatorum ambabus manibus.* Caius autem cum Agrippa non multo poſt hac de re colloquens, eos ad Petronium ſupplices veniſſe, dixit. Hoc eſt, manibus poſt terga connexis in genua prouoluti.

CAPVT. II.

LOCVS EX PSALMO LXXI. & Threnorum III. ex iſto ritu explicatus. Agarenos hunc morem ab Hebræis ad ſe deriuaſſe, vero ſimile eſſe. Humum verrere, procumbere in cineres ſupplicantium geſtus: qui etiam in placandis Dijs olim adhibitus. Supplices ſuſcipere Regium, vt aſpernari, ſceleſtum. Multa ex ſacris litteris illuſtrata.

HOC Illud eſt Regij Vatis. Pſal. LXXI. *coram illo procident Æthiopes; & inimici eius terram lingent*. Ideſt, procumbent, & humum fronte ferient, vt ſe victos, & dedititios oſtendant, & eum, cui ſe dedunt, Regem, & Dominum communi gentium ritu fateantur. Hiſpanè. *Se pondran a ſus pies, y beſaran la tierra, que el hollare.* Cui conſonat illud Iſaiæ. XLIX. *Et erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ, vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent*. Quo etiam ſpectat illud Threnorum III. *Ponet in puluere os ſuum, ſi forte ſit ſpes*. Vbi Chaldæus. *Dabit, inquit, in puluerem os ſuum, & proſternetur coram Domino ſuo, ſi forte ſit ſpes* Hoc eſt, ſupplicem ſe abijciet ante Dominum, ſi vel ſupplicis, & dedititij geſtu, atque habitu poſsit veniam impetrare. Vtrum hoc ab Aſsyrijs Hebræi, aut ab his Aſsyrii acceperint, nihil pugno. Nam morem iſtum terram lingendi ſiue deoſculandi, ad regum conſpectum, maximè cum aliqui ſe ſe Regi dederent, aut Imperium ei deferrent, veriſimile eſt Agarenos ab Hebræis accepiſſe. Sed hac de re vberius infra.

Pſalm. 71. *lux facta.* *Iſaiæ. 49.* *Thren. 3*

Veteres vero in placandis Dijs proſtratos humum verrere ſolitos docet Liuius lib. III. Decadis I. *Stra-*

Silius lib.13 *tæ paſsim matres crinibus templa verrentes, veniam iratum Cæleſtium, finemque peſti expoſcunt.* Silius libro III.

Nunc propexis pectora barbis,
Verrere humum.

Claudianus. Et Claudianus de laudibus Senecæ ante finem.

Votiſque vacas, & ſupplice crine
Verris humum.

Procumbere in cineres. Sediſſe autem, ſiue procubuiſſe inter cineres ſupplicaturos, Homerus auctor eſt, VII. Odyſſea. apud quem Alcinoo Regi ſupplicaturus Vlyſſes, procumbit in cineres.

Homerus.
Sic ait, & cineres inter deſedit ad ignem
Ipſe foco admotus.

Deinde ſic ſupplicat.

O Rex Alcinoe, en tibi ſtratus ſupplicat hoſpes,
Non decet vt lapſus iaceat, ſub puluere denſo,
Procumbens adeò.

Et confirmat hoc Ariſtoteles in Oeconomicis. Apollonius in III. Argonauticon. Plutarchus de Mulierum virtutibus, Et Dyoniſius Halicarnaſſeus, Martium Coriolanum ita Volſcorum Principi ſupplicaſſe ſcribit, vti de Themiſtocle Græcorum tradit hiſtoria.

1.Reg.2 lux allata. Et Pſal.112 Hinc opinor lux ſeſe aperit ad plura ex Sacris. Primo enim Regum libro, capite II. ſcribitur: *Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem.* Vti Pſalm. CXII. *Suſcitans à terra inopem* &c. Quæ certe ad morem

Supplices vt etati. iſtum ſpectant. Nam ſupplices, ij, quibus ſupplicabant, abiectos ſibi ad genua tollebant; & interdum etiam inter ſuos honorificentiſsimè collocabant. Ita ſequitur in Pſal.

Pſal. 112. *Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui.* Quod neque Homerus prætermiſit, cum ſupplicem deſcripſit Vlyſſem. Alcinous enim Rex illum de puluere exceptum inter regni proceres collocauit.

Homerus.
Tum Rex Alcinous parens erexit Vlyſſem
Inſignem factibus belli, clarumque ſub armis

Conſilio

Conſilio: & cinere exceptum ſuper alta locauit
Scamna throni nitidi, quæque ære ſed ilia lucent

Heſiodus quoque in Scuto Herculis, non ſecus narrat acceptum à Creonte Amphytrionem, cum poſt Electryonis cædem Thebas ſe recepiſſet. *Heſiodus.*

Venitque ad Creontem, & Heniochem longis ornatā veſtibus
Qui ipſum vltro receperunt, & neceſſaria omnia præbuerunt,
Quatenus ius eſt ſupplicibus, colueruntque ex animo magis.

Hæc ſanè tam apta ſunt, vt ipſa ſe probent: Quo de genere illud eſt, ex Pſal. XLIII. *Humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter.* Quod perinde eſt, ac ſi dicat; Toto corpore ſtrati humum ore ipſo atque ſpiritu oris noſtri verrimus ſupplicantes: cum quibus cohærent optimè quæ ſecuntur. *Quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ?* Precatur enim Deum, atque vrget communi lege pietatis, atque clementiæ, quam aduerſus ſupplices non oſtendere, inter piacula numeratur. Nam & Lucianus in Dea Syria, Elluuionem terris immiſſam ſcribit, quod iam tum homines ſupplicum non misererentur. *Cum contumelioſi, inquit, eſſent, nefaria in eos opera perpetraſſe, neque enim iuſiurandum obſeruaſſe, neque hoſpites recepiſſe, neque ſupplicum miſertos eſſe* &c. Et Cicero in ea quam habuit ad Quirites poſt reditum crimini alteri vertit, quod ſupplicem à genibus repuliſſet. *Tu*, inquit, *affinem tuam, filiam meam ſuperbiſsimis verbis à genibus tuis repuliſti.* Heſiodus etiam in Opera: et Die. *Pſal. 43. illuſtratus.* *Lucianus.* *Cicero.* *Heſiodus.*

Par, inquit, eſt delictum, ſi quis & ſupplicem & hoſpitem malo afficiat. Huc etiā illa Theognidis ſpecttant in ſententijs Elegiacis.

Nemo vnquam hoſpitem, o Polypada, qui fefellerit, *Theognis.*
Atque ſupplicem, mortalium immortales latuit.

Ideſt, impunè abijt, aut tulit inultū. Sed quā ſit præcipuū Dei, atq; illorū, qui, ad eius naturā proximè accedūt, ſupplicibus adeſſe, vt de noſtris taceam, oſtendit Ouidius. II. de Ponto, Elegia. IX, ad Cotin. *Ouidius.*

CAPVT. III.

PVLVERIS CONSPERSIO NON IN LVCtu tantum, ſed in ſupplicando etiam vſurpata apud varias gentes. Genua, & plantas Dijs aequè atq; hominibus tangi à ſupplicibus: arma interdum atq; veſtigia, & quare. Dextera, Barba, Genua cuius rei ſymbolum. Adorare quid? Dextras cur Salutantes deoſculemur Iſaias, & Iobus explicati.

PVLVEREM In ſupplicando ab Hebræis adhibitum proximè oſtendi: nunc vt quod à me cæptum eſt dici definiam, addam præterea illud Iſaiæ XVI. *Finitus*, inquit, *eſt eius puluis*. Hoc eſt, eius ſiue miſera & abiecta conditio, cuiuſmodi ſupplicantium eſt, ſiue etiam luctus abiit, & depulſa ſeruitus eſt, atque hoſtis defecit, cui ſupplicare cogaris: quæ in puluere ſignificantur omnia, ex antiquo more ſiue Hebræorum, ſiue etiam Græcorum & Romanorum. Vtrique enim in luctu, caput inſpergebant puluere, vel in eo ſedebant. De Romanis Virg. Æneid. X. *Iſaias. c. 16. explicatus.* *Caput puluere conſperſũ in luctu.*

Canitiem multo deformat puluere. *Virgilius.*

Et Catull. in Argonaut.

Sed primum multas exponam mente querelas, *Catullus.*
Canitiem terra, atq; infuſo puluere fœdans.

Apud Homerum etiam Iliad. XVIII. Achilles audita morte Patrocli, caput cinere ſpargit,

Tum pronus aduſtum. *Homerus.*
Corripiens manibus cinerem, nigramq́. fauillam
Inſpergit capiti, & faciem fœdauit honeſtam,
Et mundam tunicam, tum terræ abiectus vtriſq́.
Cæſariem vellens manibus, lugubria fatis
Triſtibus ingemuit.

Eadem, quod ad puluerem, & procubitum in terram,

attinet, Regius Propheta nuntiata morte Abſalonis feciſſe narratur.

Philo Iud. Philo etiam De legatione ad Caium, de Hebræis ſtatuarum Cai dedicationem deprecantibus apud Petronium Præſidem: *Iuſſiq́, ſurgere & accedere proprius, uix tandem ſurrexerunt, & conſperſi multo puluere, defluenteſq́, lacrymis accedebant, reductis intergum more damnatorum ambabus manibus. Tum Senatus ſtans ſic loquutus eſt: Inermes, vt vides, adſumus, ne quis nos dicat venire hoſtiliter: manus autem pro armis à natura datas retro fleximus otioſas, præbemus & corpora ad certos ictus ferire volentibus, vxores, & liberos, familiaſq́, adduximus, ſupplices tibi, & per te Caio aduoluimur, domi relicto nemine*, &c. Quod adeo commune Hebræis, vt multæ ex eo loquendi formulæ emanarint ſacris litteris valde familiares.

Iſaiæ. 52. Quemadmodum illa Iſai. LII. *Excutere de puluere.* De qua ſupra lib. II. & illa etiam XXV. eiuſdem. *Qui habitatis in puluere.* Ideſt, in ſquallore iacetis ac ſordibus lugubribus. Et

Et 47. illa ex cap. XLVII. *Sede in puluere virgo filia Babylon.* Hoc eſt, luge, ſupplica, habitum indue victæ, atque captiuæ mulieris, quæ inter cineres, ſordeſque verſantur. Ex quibus non erit difficile alias æſtimare.

Genua tangere in ſupplicando. Quare ad genua gradum facio: quæ vt ex Homeri loco videas, Dijs æque atque hominibus in ſupplicijs tangebantur. De Dijs Arnobius lib. VI. *Ita enim non videtis* *Arnobius.* *hæc ſigna, quorum plantas, & genua contingitis, & contrectatis orantes?* Inde mos ille priſcus ſignandi vota, & *Deorum genua incerare.* incerandi Deorum genua: votum enim quiſque ſuum rite nuncupatum, atque conceptum, conſcriptumque Deorum genibus cera obſignatum, ſiue ceratis inaratum tabellis, *Iuuenalis.* adfigebant. Iuuenal. Satyr. X.

Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.

Cur autem id fieret, hæc, opinor, cauſa. Miſericordiæ dicata eſſe genua, ſibi perſuaſit antiquitas. Seruius in illud III. Æneid.

Virgilius. *Dixerat, & genua amplexus, genibuſq́, volutans*
Hærebat.

Phyſici,

Phyſici, inquit, dicunt eſſe conſecratas numinibus ſingulas corporis partes, vt aurem memoriæ, frontem Genio, Dextran Fidei, Genua Miſericordiæ. Quare qui vota, ob rem optatam à Dijs, concipiebant, ea illorum genibus affigebant, vt de illorum benignitate, atque miſericordia, cuius illa ſunt ſedes, ſibi, quæ poſcerent, polliceri ſignificarent. Hæc de Dijs: ſed de hominibus res illuſtrior. Nam ille apud Plautũ, in Milite, Sceledrus per genua Periplectomenum obſecrat, & puer in Petronij Satyr. conuiuarum genua tangit, & cum fletu ſuppliciter orat. Tacitus lib. XVII. Prenſare circunſtantium genua dixit, & D. Chryſoſtom, Homil. XIX. in Geneſ. *Ideo, inquit, & oro, & precor, & ſupplico, & quaſi genua veſtra contingo.* Quamquam Tacitus, & arma, & veſtigia tangi à ſupplicibus dicit. *Cum haud ignari,* inquit, *diſcriminis ſui Vienenſes, velamenta, & infulas præferentes, vbi agmen inceſſerat, arma, genua, veſtigia prenſando, flexere multum animos: erant quippe pacis flagitatæ ea inſignia.*

Seruius.

Eglog. 6. Idē repetit.

D. Chryſoſt.

Cornel. Tac.

Arma, & veſtigia tangunt ſupplices.

Cuius ego rei cauſam, non eam opinor, quam Celius affert Antiquar. lect. lib. XV. cap. XIX. Nam tametſi verum ſit, dextram ideo tangi ſolitam, quia maxima inibi inſit ad agendum facultas, verum non ideo genua tanguntur, quòd in his poſita ſit motus, & progreſsionis virtus: ſed quia virium, & roboris integri ſymbolum præſeferunt. Nam vti flectere genua, profeſsio eſt manifeſta imbecillitatis, atque indigentiæ: ita non flectere, dignitatis, atque potentiæ. Vnde Elephantus Ægyptijs Regiæ potentiæ ſymbolum dicitur, quòd genua non flectat, ideſt, alterius ope non indigeat, nec habeat neceſſe alteri ſupplicare, quod eſt egentis, atque imbecilli. Id cauſæ eſt, quare Ergaſilus paraſitus in Plauti Captiuis, cum ſibi fortunatus videretur, dicat ſibi certum eſſe, nulli hominum ſupplicare. Ita flectere genua, perinde eſt ac fateri ſe fractum, debilitatum, egentem auxilij, impotentem. Tangere verò nihil aliud eſt,

Genua cur tangi ſolita.

Elephantus cur Regiæ potentiæ ſymbolum.

Flectere genua.

ſeriores eſſe non inficiantur.

Barba verò quid aliud quàm virum decuſque virile ſignificat? Nam barbam ideo ſe geſtare Diogenes dicebat, vt virum eſſe non obliuiſceretur. Et Artemidorus, filios tantum ornamenti patribus afferre dicit, quantum ori barba decoris addit. Cynicus autem apud Lucianum, tam turpe putat eſſe barbæ ornatum auferre viro, quam leoni iubas attondere. *Barba virile decus.*

Hoc adeo verum eſſe putauit Alexis Poeta, vt qui barbam ſibi radi paterentur, vt læues ſemper atq; imberbes viderētur, eos vero à viris in fœminas deſijſſe cecinerit. *Alexis.*

Si quem reciſa forte barba videris,
Tonſi ve, facturum quid horum dicito,
Mihi videtur militare velle, vel
Feciſſe barbæ cuncta quæ contraria.
Ingens ve contigiſſe prorſus huic malum.
Quid per Deos villi moleſtiæ afferunt,
Ob quos viri videmur eſſe ſinguli?
His quid putas feciſſe ni contrarium.

Subſcribit huic ſententiæ Diogenes, qui cum quendam abraſo mento conſpexiſſet. *Nunquid*, inquit, *naturam accuſas, quia te virum, non autem mulierem fecerit?* Cumque alterum quendam eodem pacto ſe habentem, vnguentis delibutum, veſtibuſque (quæ res huiuſmodi ſequūtur) indutū vidiſſet, *Se prius quæſiuiſſe*, dixit, *quid foret immane ſcortum, at nunc demum reperiſſe.* Ita Hieronymus in c. V. Ezech. *Barba virilitatis indicium eſt.* Nec ſine cauſa Pſalmo CXXXII. huius Vocis conduplicatione Regius Vates vſus eſt, cum dixit: *Sicut unguentum in capite quod deſcendit in Barbam, Barbam Aaron.* Nam hæc maſcula dignitas maximè ſacerdotem decet, virum oſtendit, & paternam quandā reuerentiam incutit. vnde illud Leuit. cap. XIX. *Ne corrumpatis effigiem barbæ veſtræ.* *Diogenes.* *B. Hieron.* *Pſal. 132.*

Sed hæc in Hieroglificis litteris Pierius diligenter. Ac miror equidem cur Poeta non etiam de barba, quod de crine cecinerit, cum dixit: *Pierius.*

rant, ſupplices lenierunt. *Vt autem*, inquit, *annuentes viderunt, pedes & genua complexi, & manus exoſculati, vtrãque virtutem ſuperabundanter exhibuere, libertatem, & manſuetudinem.* Pompon. Lætus ita ſcribit: Imperatores antea manus exoſculandas nobilibus præbebãt: poſt ſuis manibus ſubleuabant ad oris oſculum: Vulgus genua exoſculatur. Sed hoc de ritu Goropius Vecanus lib. V. Originum Antuerpian. ita cenſuit, vt diceret, olim ad genua ſupplices prouolutos vt femur oſcularentur, quaſi vitam inde ſibi quærere ſignificarent, vnde accepiſſent. Poſteritatem enim é femore ortum habere, atque adeo ſignificari in femore tam decantatum eſt, vt operam perdat, qui in eo confirmando laboret. *Deinde*, inquit ille, *qui ſupplices genibus aduoluuntur, olim id feciſſe videntur, quo femur oſcularentur, quaſi confitentes ſe perditos eſſe, & fruſtra natos, niſi is, quem orant, faciat vt iterum de femore ipſius naſcatur. Cui cum genua proxima ſint, & ad flectendum ab ipſa natura comparata, non mirum eſt veteres ad genua procubuiſſe, cum miſericordiam cuiuſpiam implorarent, flexionem pro rigore ſe cupere indicantes.* Itaque cenſet ſupplices humanitatem aduerſus ſe atque benignitatem hoc ritu precari, quæ in duplicatis genibus ex eius ſententia ſignificatur. Perinde igitur facit qui alterius genua tangit, ac ſi dicat, obſecro te, vt quemadmodum hæc ipſa, quæ contingo genua, facile flectis; ita te ipſum, animumque tuum flectas, vt cum mei miſericordia capiat, & tu me qua debes humanitate, & beneuolentia complectaris. *Goropius.*

Iam vero qui femur alterius deoſculatur, quid aliud facit quàm eius vim & potentiam agnoſcere, quæ in viro præcipua, & maxima, nempe ſui ſimilem generandi, & illud ipſum quod eſt alteri communicandi. Nec ſecus certe facit, quam ſi fateatur, poſſe illum cui ſupplicat vitam ſibi atque ſalutem perinde atque liberis impertire. Supplices enim vel pro vita, vel pro libertate, quæ ciuilis eſt vita, maxime precabantur. *femur deoſculari.*

Secundum talem Orationem vniuerſi prociderunt, ramoſq; oleæ ſupplices tactauerunt. Athenienſes vero tradit Demoſthenes, oliuam præferentes ſupplicare ſolitos. Et Artaxerxi obſidenti Sidonem, quingentos ciuitatis proceres oleæ ramos geſtantes, pacemque poſtulantes obuiaſſe, in Philippi vita Siculus narrat. Deuictis etiam Carthaginenſibus, conſulente Annibale, ad Scipionem, vt pacem, & miſericordiam deprecarentur, decem è ciuitatis principibus illi ſelegerunt, quos in nauem oliuæ ramis velatam impoſuerunt. Mulieres denique apud Apuleium viduæ propter homicidium, iudicibus ramos oleaginos prætendunt, vt & mœrorem oſtendant, & eliciant commiſerationem. Virgilius Sæpe. lib. 11. ſic. *Virgilius.*

Iamque oratores aderant ex vrbe Latina.
Velati ramis oleæ, veniamque rogantes.

Vbi Seruius, non coronatos veniſſe dicit, quod lugentes non decebat; ſed in manibus tantum ramos prætuliſſe, quod erat miſerantium. Sed coronatos etiam, Dijs præſertim, veteres ſupplicaſſe, planum eſt. Scribit enim Sophocles in Oedipo Tyranno, Sacerdotes & ciuitatis electos in ſacris faciundis, ſupplicibus ramis ad cōmiſeratione͂ fuiſſe coronatos. Suplices autē ramos intelligit oleaginos. Apud Statium Sacerdos Ioui ſacra faciens oliua coronatur. *Seruius.* *Supplices rami.*

Hinc gemini vates ſanctam canentis oliuæ *Statius.*
Fronde comam, niueis ornati tempora vittis.

Et apud Orpheum eâdem coronati ſacrificāt. Quin & idem ipſe auctor Æneid. V. oliua coronatum, vt Dijs in tempeſtate ſupplicet, Æneam inducit. *Oliua coronati Dijs ſupplicant.*

Ipſe caput tonſæ folijs euinctus oliuæ *Virgilius.*
Stat procul, & pateram tenet, extaq; ſalſos
Porricit influctus: ac vina liquentia fundit.

Et lib. 6. *Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ*
Sacra ferens?

Hebræi quoque ad hunc morem videntur ſeſe aliquando accommodaſſe, nempe cum Romanis ſupplicarent.

Philo Iud.

Coniecturam facit Philo Iudæus qui De legat. ad Caium, libellorum litterarumque ſupplicum Agrippæ ad illum mentionem faciens, in hunc modum ſcriptas fuiſſe narrat. *Illa litteræ melius preces meas indicabunt, quas ſupplex pro Verbenis offero.* Quod autem Verbenas, non oliuam, non laurum interpres nominat, ideo factum eſt, quia vt Goropius lib. VI. Orig. probat ex Plinio, Feſtoque, Verbenæ generale nomen eſt, quod ſacratas omnes herbas, laurum, oliuam, myrtum complectitur, quod docuit Seruius ad XII. Æneidos.

Corona ſeruitutis etiam nota.

Coronam vero vti imperij, ita etiam ſeruitutis notam fuiſſe, illud oſtendit, quod ſuo loco diximus: nempe ſeruos, ſiue captiuos è bello, ſolitos venundari coronatos. Cato de re Militari apud Gellium lib. VII. cap. VIII.

Cato De re milit.

Vt populus ſua opera potius ob rem benè geſtam, coronatus ſupplicatum eat, quàm re malè geſta coronatus veneat. Quin, & ijdem, qui triumphales rami, etiam ſupplices dicti ſunt

Rami idem triumphales qui ſupplices.

Eſchylo in Eumen. Nam oliua, & laurus triumphantium ornamenta vt II. lib. docuimus, ſupplicum etiam velamenta fuere. De oliua planum: de lauru, Plinius lib. XV. cap. XXX. *Laurus ipſa pacifera, vt quam prætendi etiam inter armatos hoſtes, quietis ſit indicium.* Quo etiam reſpexiſſe viſus eſt Statius lib. XII. Thebaid. cum dixit.

Statius.

Vittatæ laurus, & ſupplicis arbor oliuæ.

Inania quæ apud mortales ſpecioſa.

Nam & ſupplices rami vittati erant. Hinc vos quam inania & futilia ſint, quæ apud mortales ſpecioſa, & ampla ducuntur, intelligite: quando ita mala bonis, aduerſa ſecundis, regia ſeruilibus implicata cohærent, vt altera ſine alteris neque eſſe, neque intelligi queant. Corona, laurus, regium, imperatoriumque ornamentum, ſeruorum ac ſupplicum velamentum ſunt: vt perſuaſiſſimum ſit mortalibus, Extrema (quod eſt apud Sapientem) gaudij luctum eſſe, atque etiam in riſu dolendum, vt legit Chaldæus: nam ſeparari dolor à voluptate non poteſt, imperio ſeruitus adhæreſcit. Rectè vt Cyrus apud Xenophontem, regnum appellarit ſplendidam ſeruitutem.

Regnum ſplendida ſeruit.

Sed

Sed quoniam de vittis mentionē fecimus, faciemus & verſuum, quibus id oſtenditur à Virgilio. VII. Æneid.

Præferimus manibus vittas, & verba precantum.

Nam rami laneis circumligati vittis præferebantur. VIII. Æneid. Regem Latinum Æneas ita affatur. *Rami vittati.*

Optime Graiugenum, cui me fortuna precari, *Virgilius.*
Et vitta comtos voluit prætendere ramos.

Cuius rei hanc Seruius putat eſſe rationem: vt inertiam, & imbecillitatem ſupplicantis oſtendat. Scimus enim, inquit, oues egere alieno ſemper auxilio. Oues quippe cum in humanis, tum in ſacris litteris, ſummæ inertiæ, atque imbecillitatis ſymbolum gerunt. Sed de vittatis ramis, opinor me lib. II. dixiſſe, vbi de veterū more in ramis lucerniſque præferēdis ſcripſimus. *Ereſione*, enim Græcè dicitur ramus oleaginus lana obvolutus, qui ad Ianuas ſuſpendi ſolebat in honorem Appollinis. Sunt autem qui putent ſupplices laneis illis vittis illorum manus, quibus ſupplicarent, ſolitos impedire. Quod etiam non ineptè factum exiſtimo: cum & aris vitas ſacrificaturi circumdarent, & arboribus etiam quibus diuinum cultum exhiberent, vt lib. II. docuimus. Perinde autem mihi facere videntur, qui vittas potentioribus in manus dant, quaſi imbecillitatem, & tenuitatem ſuam in manibus illorum collocent, quo ſuſtineantur, & confirmentur: quaſi diceret, ab his manibus imbecillitatis & inopiæ ſubſidium ſpero: *Vittæ ſupplicum quid oſtendant.*

Sed de vittis ita cenſuit Goropius in Gigantomachia. *Goropius.* *Supplices, inquit, etiam vittas antiquo more ferre ſolent, quo oſtenderent ſe tum petere eam coniunctionem apud eos quos obſecrabant: quæ omnibus hominibus neceſſaria eſt ad ſalutem, & tranquillitatem. Sicut enim homines Deo cupiunt amoris vinculo alligari, quo eius ope ac præſentia iuuentur: ita homines quoq; ſupplices ijs, quos rogant, ſe deuincire ſtudent: quo ipſorum auxilio ſubleuentur.* Nam vt in omnibus ſacris, tum victimas, tū aras, tū Sacerdotes vittis ornabant, ſignificātes omnē poteſtatē à ſuperis orandā, & eo ſolo nos ſaluos eſſe poſſe, ſi poteſtati Diuinæ noſtra debilitas alligetur: ita ſupplicęs hac teſſera

Mm 2 fateban-

fatebantur, illum ſibi deum eſſe poſſe, cui ſupplicarent, & ſeruandi ſui apud illum eſſe poteſtatem, quam ſi exercere vellet, ad Dei naturam proximè accederet, & dignus fieret qui Diuinis honoribus coleretur. Ita Virgilius de Cæſare.

Namque erit ille mihi ſemper Deus, illius aram.
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Addo etiam vittatos lana ſupplices vt oſtenderent animum ſe mollem ac laneum habituros aduerſus eos, quibus ſe dederent, vt quocumque hi vellent facile ducerentur, flecterenturque: deinde innocentiſsimos deinceps futuros. Etenim Ouis atque agni, innocentiæ Symbola ſunt. Nouæ etiam nuptæ limen lana circundabatur, non tantum vt docerent lanificio tempus occupandum, ſed, vt monerentur etiam debere ſe mitiſsimas, vtiliſſimas, & ex omni parte innocentes matres futuras.

CAPVT. V.

ZACHARIÆ LOCVS VALDE DIFFICILIS ex capit. XIIII. & ex Pſalmis LI. & CXXVII. ex Oſeæ cap. XIIII. ex Iudic. IX. & II. Reg. VI. explicati. Chriſtus cur in oliuarum monte frequens? Oliua in ſacris modeſtiæ ſummiſsionis ac fidei exemplum.

EX HIS Quæ diximus, neſcio quid ſubodoror in ſacris, quod felicius quàm cõmuniter ſolet. ex iſto ritu explicetur. Enim vero Zachar. XIIII. Ita legitur. *Egredietur Dominus & prœliabitur contra gentes, ſicut prœliatus eſt in die certaminis, & ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarum* &c. Qui certè locus difficillimus eſt; vt viderunt interpretes, qui acutè vident: & quem ego niſi ex hoc more non facile intelligam. Cenſeo igitur cum plurimis Eccleſiæ patribus, bellum iſtud ſpirituale

Zachar. 15. lux facta.

rituale eſſe atque diuinum: quo fidei hoſtes Chriſtus Opt. Max. debellauit, & gentes Idolorum cultui mãcipatas, ſua reuocauit ad ſigna. Perinde igitur eſt, ac ſi dicat, Bellum gentibus inferet, Euangelij promulgatione Idololatriã extinguet, atque apud eos domiciliũ collocabit, qui ſe ſe ſpõte dederint, ac veniã & miſericordiam ſupplicum, victorũque more deprecati ſint. Hoc enim illa ſignificant: *Et ſtabunt pedes eius ſuper montem oliuarum.* Pedes enim alicubi ſtare, nihil eſt aliud, quam quod Hiſpanè dicimus. *Eſtar de aſsiento, o de propoſito en algun lugar.* Super illos autem requieſcit ſpiritus Domini, qui ſe ſe illi totos tradunt, nihil iugum detrectant, nunquam reluctantur. Hos enim oliuarũ mõtes appellat: Romanos nimirum qui totius orbis Imperio potiebantur, & magni cum eſſent, tamen ſe ſe ad Dei nomen, & Chriſti Ieſu pedes abiecerunt.

Pedes alicubi ſtare, quid

Oliuarũ mõtes qui.

Accedit huc B. Ambroſius in illud Lucæ XXI. Cum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolimis *&c.* Et Euſebius lib. VI. de Demonſt. Euang. cap. XVIII. qui Eccleſiam in oliuarum montibus ſignificatam eſſe prodiderunt. Atque id eſt, quam obrem Chriſtus Optimus Maximus tam ſæpe montem Oliuarum celebrat: Nempe vt oſtenderet in Eccleſiam Gentium ſe tranſiturum, & in eam miſericordiam ſuam, & munera diffuſurum. Nam ea verè dici poteſt miſericordiam conſecuta: vt quæ Chriſti fidem, religionemque à Chriſto, perinde atque leges victi à Victoribus, ſuſceperit: quam Iudæi incredibili temeritate, atque ſuperbia reijcere. Atque ex eo etiam monte regreſſus in Celum, veſtigia humi preſſa, quaſi redditæ pacis, & fœderis monumẽta reliquit. Ita Amœnus poeta antiquiſsimus è noſtris:

Eccleſia oliuarum mons

Amænus Poeta.

Montis oliuiferi Chriſtus de vertice, ſurſum
Ad Patrem redijt, ſignans veſtigia pacis.

Cui etiam conſonat illud Aratoris vetuſti etiam Poetæ Chriſtiani.

Cælum petiturus, oliuæ
Progreditur luſtrare nemus, quo germine Sacro

Pſal.51. locus illuſtrat. *Luminis, & pacis locus eſt.*

Nec aliter opinor explicari commodius poſſe illud Regij Vatis. Pſalmo. LI. *Ego autem ſicut oliua fructifera ſperaui in miſericordia Dei in æternum.* Vbi oliua fructifera, ſeu ſemper virens, vt alias legitur, quid aliud ſignificat, quàm eos qui ſe ſe Deo dedunt, & in eo tanquam in patrono ac Rege ſupplices, omnem ſpem, omne ſuum præſidium collocarunt. Nam cum eorum contumaciam, & ſupplicium expreſsiſſet, qui in ſuis ſe diuitijs, ac potentia gloriarentur, nec Deo ſe dederent, cum dixit: *Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, nec ſperauit in eo, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in vanitate ſua:* Quod perinde eſt ac ſi dicat; Ecce hominem, Ecce eius exitũ, finemque miſerrimum, eius nimirum, qui ſibi, ſuiſque opibus præfidens, è clientela, ditione, atque imperio ſe Diuino ſubduxit, & præualuit in vanitate ſua; hoc eſt, ſuperbe de ſe, atque arroganter ſenſit, magnus ſibi incogitationibus ſuis viſus eſt, glorioſum ſe, potentem, dominum ac nullius rei egentem arbitratus eſt: ipſe ſe præ omnibus valere putauit, cum ſe ac ſua quaſi ſomnians, conſideraret: & cũ in honore eſſet non intellexit: hoc eſt, abalienatus à mente, deſipere cœpit, atque aliena non ſolum cogitare, ſed etiam loqui. Quare illum propterea Deus deſtruet, in finem, euellet, & emigrabit de tabernaculo ſuo, & radicem eius de terra viuentium.

Oliua fructifera cuius rei Symbolum. Hoc igitur cum dixiſſet Regius Vates, vt oſtendat ſe non eſſe ex proditorum numero, aut transfugarum, ſed fœderatum, vt ita dicam, & ſocium, ac ſeruum etiam domeſticum, qui Diuinas leges & imperia non ſolũ accipiat, ſed etiã vereatur, & colat; *Ego autem*, inquit, *ſicut oliua fructifera, ſperaui in miſericordia Dei in æternum*. Ideſt, me ſupplicem ad illius pedes abieci, Deum pronus adoraui, vt ſeruũ me vnũ ex domeſticis in eius domo geſsi: victum me illius magnitudine cõfeſſus ſum; atq; ideo veniã, et miſericordiã, quæ ſupplicibus debetur, ac victis, cõſecuturũ me nũquã dubitaui.

Iam

Iam verò quod dicit ſe in æternum ſperaſſe ſicut oliuam: rectè congruit cum oliuæ ſignificatione. Quippe illa æternitatis Symbolum eſt; vt in Pierio videas. Huiuſmodi autem eſſe debent, qui ſe ſe Deo dedunt, vt in vitæ ratione perſeuerent: eorum diſsimiles, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Ideo Paulus ad Rom. XII gentes dicit ex Oleaſtro factas oliuas, quia fidem quam ſemel accepit Eccleſia gentium nunquam deſeret, neque vnquam à vera Dei religione deficiet, quemadmodum Hebræi qui ad idola tam ſæpe defecerunt, & facti ſunt Deo quaſi leo in ſilua, vt cecinit Hieremias. Ita etiam cū Chriſtus ſedens in aſina Hieroſolimam ingreditur, & pueri Regem, ac Dominum inclamant; vt ſe eius poteſtati ſubiectos oſtendant, ramos olearum, quæ in itinere & mōte præ manibus erant, venienti prætendunt, vti victoribus dedititij, vt lib. II. docuimus. *Chriſtus cur cum ramis exceptus.*

Eundem etiam ad morem ſpectat illud. Pſal. CXXVII. vbi inter alias proborum hominum felicitates, hanc quoque numerat, quòd ſit filios habiturus ſibi ſubiectos, & volūtati ac nutibus audiētes, quales dedititij eſſe ſolent aduerſus eos à quibus leges accipiūt. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarū in circuitu mēſæ tuæ.* Hoc eſt, dabit tibi Deus liberos, *No auieſos, ſino ſujetos, y obedientes.* Cuiusce rei Symbolum oliua. Hoc autem maximū Dei donum: alioqui enim dolor eſt patris filius ſtultus. Liberos itaque rectè fecit ſimiles oliūarum, non ſolū quia ſummiſsionis atque obedientiæ Symbolum eſt, ſed etiam quia pacis nuncia: quaſi nihil ſit miſerius, quam ſi pater videat filios inter ſe rixari, bella gerere, aut id futurum præſagiat. Sic etiam luctuoſum, ac miſerum eſt, plurimos quidem liberos habere, ſed videre eos ab hoſtibus interfectos, vt de Priamo canebat ille. *Pſal. 127. illuſtratus.* *Filij ſicut nouellæ oliuar.* *Virgilius.*

Quinquaginta intus thalami ſpes tanta nepotum.

Nec aliunde ſumtū videtur illud Oſeæ c. XIIII. is enim cū populū ad Deū cōuerſum, et quaſi dedititiū (nā transfuga fuerat à lege Dei ſui) ſignificare vult, eum oliuæ cōparat. *Ibunt rami eius, & erit quaſi oliua gloria eius, & odor eius vt Libanus.* *Oſſe. cap. 14 illuſtratus*

Iuſti cur oliuæ potius, quam alijs arboribus cōparati.

Hoc eſt, illud à me decus & honorem accipient, quem ſeruis meis, qui me iuſta cum animi demiſsione reuerentur, & colunt, exhibere ſoleo. Nam cur oliuæ potius, quam cedro compararet, quibus tamen plenus erat Libanus? niſi quia gloria, & honor, & miſericordia ijs debetur, qui quaſi oliua in domo Dei ſunt: hoc eſt, Deo ſubiecti, & tanquam aromata, ſiue thus Libani, bonum odorem orationis emittunt, qua & ſuum ſcelus agnoſcunt, & ſupremam Dei potentiam, Regnum, & Imperium, cui parere debent, ingenue profitentur?

Oliua modeſtiæ ac fidei ſymbolum.

Iudic. 9. locus explicatus.

Ex oliuarū materia cur multa olim in Dei templo.

Hinc etiam fit, vt Iudic. IX. Modeſtiæ, ſummiſsionis, ac fidei erga Deum verum Regem, exemplar cæteris arboribus proponatur. Nam cum ad eam primo loco Imperium in arbores deferretur, ſuo ſe modulo metiens reſpondit. *Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & Dij vtuntur, & homines?* Vbi LXX. *In qua glorificabunt Deum viri,* vel vt alias legitur. *Quam in me glorificabit Deus & homines. Ibo vt promouear ſuper ligna?* Rectè vero illud, Quam in me glorificabit Deus & homines, quia nihil tam Deo, atque hominibus gratum, quam modeſtia in homine, atque demiſsio: vt nihil inuidioſum magis atque inuiſum, quam elatio, atque arrogantia. Nec vacat certe myſterio, quod II. Reg. cap. VI. ex oliuarum materia poſtes in introitu templi, & Cherubinos in oraculo, & poſtes in eius ingreſſu, & oſtiola Salomon fabricauit, vt cuiuſmodi futuri eſſent, qui illuc acceſſuri erant, & miſericordiam à Deo impetrare deberet, vnico deditionis atque miſericordiæ ſymbolo ſignificaret.

Cur oliuæ potius ramus poſt diluuiū à colūba prælatus.

Oliua cur pacis nuncia.

Denique vt hæc de oliua definiam, Quid eſt cur columba è carceribus arcæ dimiſſa, oliuæ potius quam aliarum ramos arborum prætulit? aut cur illa potius, quā ceteræ reuiruiſſe viſa eſt? An quia pacem à Deo redditam humano generi ſignificaret? an vt oſtenderet, nihil à Deo citius, quam veniam & miſericordiam impetrari? Quare autem oliua pacis nuncia aut deditionis potius inſigne ſit prioribus ſæculis habita, Seruius in VIII. Æneid. ſcribit.

Nam

Nam cum de nomine, inquit, *Athenarum Neptunus, & Mi-* *Seruius.*
nerua contenderent; & iuſsiſſet Iuppiter, vt illius nomine dice-
retur ciuitas, qui munus melius obtuliſſet hominibus: Equum
Neptunus, Minerua oliuam protulit, & ſtatim vicit. Vnde,
cum eius ramus alicui offertur, indicat eum eſſe meliorem.

CAPVT. VII.

PVRPVREVM QVID? LVMEN, COMA, *Capilli, Mare, Dies, Olympus, Olores purpurei. Ebur antiquum quid? Hierem. Thren. IIII. Locus explicatus, Sponſus candidus, & rubicundus. Cant. I. vt intelligi debeat. Virgilij, aliorumq́; Poëtarum loci aliquot illuſtrati.*

TAM Acriter cum Lambino digladiatur Goropius ſuper huius vocis ſignificatione, ac perinde ſibi placet in eius explicatione, atque ſi non Seruio, Acr[illegible]i, & Porphyrio deberetur. Quare excutienda mihi videtur vtriuſque ſententia pariter, atque Turnebi, & teſtimonia, quibus aſtruitur ponderanda. Primum igitur cenſet, Purpureum nihil aliud eſſe quàm purum putum, ſiue purum ignem, in quo non tam color, quam lux & ſplendor conſideretur. Verum cum Purpureum à pur- *Purpureum*
pura dictum ſit, cuius ſuccus præcipuo quodam colore cō- *à purpura.*
mendatur, vt apud Plinium, & Vitruuium videas: nihil eſt quod aliam vocabuli originem commentemur. Nam ſi quæ alia purpurea dicuntur, quæ hoc colore non ſint: id vero, ex ſimilitudine, aut analogia, & accommodatione ducitur, vt *Purpureus co-*
inferius oſtendemus. Purpureum igitur & roſæ colorem *lor cuiuſmo-*
præſefert, & ignis ſplendorē. Ita ignis purpureus Statio di- *di.*
citur purpureus color, in I. Achilleid. *Statius.*

Niueo natat ignis in ore *Purpureus ig-*
Purpureus, fuluoq́; nitet coma gratior auro. *nis.*

Cuiuſmodi autem ſit iſte color, qui ignis ab Statio pur-

pureus appellatur. Plinius explicat, qui ſuccum illum, aut liquorem purpuræ dicit eſſe nigricantis roſæ colore ſublucentem: vt ſit is qui in ore commendatur, & roſeus dicitur, cui conſonat illud Catulli,

Roſeus color.

Catullus. *Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco.*

Virgilius. Huc etiam ſpectat illud Virgilij Æneid. I.

Cæſariem nato genitrix, lumenq́ iuuentæ

Purpureum, & latos oculis aflarat honores.

Purpureum lumen. Vbi lumen purpureum pro roſeo colore, aut rubicundo, quemadmodum & os purpureum, dicitur. Nam & *colorum lumina* dixit Cicero, & *accenſum colorem*, & *coloribus illuſtrare*: & Lucret. in II. lib. *Stingui colorem.* Atque vti lumen purpureum pro coloris bonitate, & oris pulcritudine accepit, ita Cæſariem purpuream alij pro flaua, ſiue aurea dixiſſe videntur. Roſei autem, & purpurei ſæpe capilli à poetis appellantur, quæ in idem recidunt. Georg. I.

Purpurea cæſaries.

Virgilius. *Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.*

Tibull. lib. I. Eleg. IIII.

Tibullus. *Carmine purpurea eſt Niſi coma, carmina ni ſint, &c.*

Ouidius primo de Arte.

Ouidius. *Filia purpureos Niſo furata capillos.* Virg. de ortu Solis:

Aurea fulgebat roſeis aurora capillis.

Auroræ autem modo roſei, modo aurei capilli attribuuntur. Hinc Auſonius in Moſella. *Olympum purpureum*, & Ouid. VI. Metamorph. *Purpureum aerem*: & III. Faſt. *Diem purpureum*, id eſt claram, & ſerenum, lucentemque dixere, & contrà *ardentem purpuram.* Iuuenal. Sat. XI. *Igneam.* Valer. Flaccus lib. I. Argonaut. *Ardentem murice lanam.* Virg. & *Fulgere purpura*: quæ omnia ſatis aperte demonſtrant, quæ ſit vera & germana purpurei ſignificatio. Nam & *Purpurare frondes auro*, quod Columella dixit lib. X. & *Purpurare vndas*, apud Furium in Gellio, quid eſt aliud, quam purpureum colorem, id eſt, lucentem inducere? ſiue lux iſta, atque nitor ad nigrorē, vt in mari ſub noctem, aut in tempeſtate, ſiue ad ſplendorem vt in auro, accedere videatur. Captata autē occaſio eſt, vt quæcunque pulcro colore prædita ſunt, ea

Purpurea, quæ pulcra.

e purpurea nominentur, ex eo, quod is inter colores gratiſsimus ſemper, & tingendis veſtibus expetitus. Quare rectè Turnebus animaduertit in Aduerſarijs, & Goropius in Hierog. & ante ipſos Seruius, Acron, & Porphyrius, purpureum pro pulcro à poetis vſurpari. Sed quod id ex illo Virgilij confirmat: *Purpureos ſpargam flores*, non item. Hic enim ſpecies pro genere per Synecdochen vſurpatur. Viderant hoc ipſum Acron, & Porphyr. in illud Horat. IX. *Purpurei flores.* *Horatius.*

Tempeſtiuis in domo
Paulli, purpureis ales oloribus.
Comeſſabere maximi.

Vbi (quod rectè vidit Goropius, ſed licentius reprehendit) male ſupponit Lambinus, *Marmoreis*, contra omnia, vt ipſe fatetur, exemplaria: fretus Lucretij teſtimonio, qui idem epithethon illis atque mari tribuit. Purpureis enim hoc loco, nihil eſt aliud quam candidis atque nitentibus: vti purpuream niuem poeta dixit, pro maximè candida atque nitenti. Nec aliena hæc vocabulorum ratio transferendorum à Latinis, Græciſque ſcriptoribus: à quibus nigrum interdum pro pulcro ponitur, cum oculis, aut capillis adiungitur, quod is color in illis olim probaretur. Ita Theocryt. Edyllio XVII. (nam Horatianum carmen in Arte vulgare eſt) *Argiua nigris oculis.* Vbi interpres: *Ideſt pulcris.* Quin & pulcrum ſæpe vt ſuo loco dicemus, non tantum pro formoſo & conſpicuo, ſed pro fœdo interdum ac turpi accipitur: quia quæcunque decorum ſuum retinent, ſiue pulcra ſint, ſiue ſecus, ea in ſuo genere pulcra habentur. Ita etiam aurea, ſiue in ſacris, ſiue in humanis etiam litteris, non quæ ex auro tantum, ſed quæ aut pulcra, aut viſenda ſunt in ſuo genere, appellantur.

Purpurei olores, candidi. *Nigrum pro pulcro.* *Theocrytus.* *Pulcra interdum, quæ deformia.* *Aurea pro pulcris.*

Hunc etiã in modũ explicari poſſe quibuſdã videtur illud Hierem. Threnorũ. IIII. *Rubicundiores ebore antiquo.* Hoc eſt, pulcriores: vel ebur antiquũ oris colore, & ſpecie ſuperãtes. Qua certè loquẽdi formula eorũ pulcritudinẽ exprimit, atq; vno vocabulo comprehẽdit, quod nos Hiſpani his duobus.

Thren. 4. locus illuſtratus.

auro pariter atque argento conflatum, cuius etiam coloris eſt gemma, quæ carbunculus nominatur. Quare eundē fere colorem Chaldæus ex auro, & Vulgatus ex ebore, & oſtro expreſſerunt. Ita etiam Virg. ſupra, vbi lumen purpureū dixit, quæ nam eſſet hæc coloris pulcritudo, eadem ſimilitudine declarauit.

Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum, Parius ve lapis circundatur auro.

Virgil explicatus.

Ideſt, cuiuſmodi colorem habet ebur non à natura, quoniam is candidus tantummodo eſt, ſed ab arte, qui candidus, & purpureus, quæſitus nimirum oſtro, quo à veteribus tingebatur. Cum autem ſponſus candidus, & rubicūdus dicitur, idem eſt quod. *Blanco y colorado.* Non enim refertur rubicundi verbum ad capillum, quia ſit aureus: non enim aureus, ſed niger, & criſpus, *Sicut elatæ palmarum, nigri ſicut coruus.* Nam quod caput auro optimo comparatur, id verò non ad colorem, ſed ad conſtitutionem, et compoſitionem pulcerrimam referendum eſt, vt Hebræa ſatis oſtendunt: nam vbi noſtra habent aurum, illa ſupponunt capillum, ſeu margaritum pretioſum. Hiſpanè: *Su cabeça es de oro, es vna perla.* Et vbi noſtra Candidum, illa elegantem ac nitidum, vt videantur in rubicundo vim candoris & ruboris admixti complecti. Idem vero quod ad colorem attinet reliqua oſtendunt. Venter enim eburneus diſtinctus Saphyris, & crura ſicut columnæ marmoreæ, fundatæ ſuper baſes aureas, quid aliud ſignificant, quam totum corpus candore pariter, atque rubore præditum eſſe. Enim vero cum venter dicitur, pars pro toto capitur per Synedochen: neque alius color in ventre, alius in pectore, reliquiſque corporis partibus, ſed vnus atque idem toto corpore mira cum ſuauitate diffuſus.

Sponſus candidus & rubicundus.

Capillus ſponſi niger.

Caput aureū ſponſi quare dicatur.

Sponſi colorē multa declarant.

Nec mirari quis debet ſi reliquæ præter os, corporis partes de colore roſeo commendentur, perinde atque id nouum videatur. Nam Heſiod. in Theog. ſæpe id facit.

Paſitheaque, Eratoque, & Eunice roſeis lacertis prædita,
Hippothoeque lepida, & Hipponoe roſeis lacertis prædita.

Et apud Athenæum roſeos legas Apollinis digitos.

Sed quod capillos ſponſi nigros ita quidam interpretantur, vt nigrum non ad colorem, ſed ad nitorem & eum quidem, qui ex aureo rubeo ve exiſtit, referendum exiſtiment, id vero neque in latini ſermonis vſu, neque in Sacris litteris memini reperiſſe. Nam tametſi hoc in Purpureo & aureo probare poſsint, quæ duo vocabula, ad nitorem & pulcritudinem, æquè atque ad ea vnde orta ſunt, ſignificanda, accommodantur: ac licet nigrum in oculis, atque etiam in capillis pulcritudinem præ ſe ferat, quia is olim color in his partibus commendatus; nuſquam ego nigrum pro nitenti, aut aureo, rubeo ve colore lucenti reperio vſurpatum. Nigrum quippe nigrorem dicit pariter cum nitore, nitorem vero ſine nigrore, non item. Adde quod purpureus aureus ve color vbique & ſemper gratus, niger nec vbique, nec ſemper, interdum grauis etiam atque moleſtus. Nec me fugit nigrum olim capillum in honore habitum perinde ac nigros oculos, quod vel Horatius confirmat in Arte: & addo etiam nigros oculos à Theocryto dictos, ideſt pulcros Eidyllio. XVII.

Nigrum quid.

Theocrytus.

Argiua nigris oculis tu bellicoſum Diomedem &c.

Ita monuit interpres nigros pro pulcris dictos, quia is color in oculis probaretur. Sed cum hoc loco additum ſit, *Sicut coruus*, dubitare non licet quin ad nigrorem illum in coruo nitentem ſimilitudo referatur. Nam tametſi purpureum, vt infra dicemus, pro pulcro interdum accipiatur, ſi tamen ita dicas: Purpureum hoc eſt ſicut Murex, quis dubitet quin ſimilitudo hæc colorem, non pulcritudinem explicet? Quod autem Theocryti interpres nigros oculos pulcros interpretatus eſt, ego cenſeo, pulcros quidem fuiſſe quia nigri, qui color id temporis in honore. Nam & Heſiodus ſæpe, maximè in Theogonia, Thetim, Venerem, aliaſque Deas, ab oculorum nigrore commendat; ſecus facturus, niſi nigros haberent: nam Mineruam non raro nominat, ſed Cæſios illi, non nigros oculos affingit.

Nigri oculi pulcri.

Sed

Sed cum iam eſſet Deam cæſijs oculis Mineruam
Paritura: &c. Et paulo poſt.
Primam quidem Virginem
Cæſijs oculis apud Tritonem genitam.

Quare dubium mihi non eſt, quin *Nigri* vox ad colorem non ad nitorem referenda ſit.

CAPVT. VIII.

PVRPVREI CRISTIS IVVENES: PVRPVreus pennis, apud Virgilium. Seruij reiecta ſententia. Criſtæ olim Galearum in bello, veſteſq́ & ſignum prælij committendi purpureæ. Anima purpurea quid. Anima & ſanguis pro eodem in Sacris externiſq́ literis. Nahum, & Iſaias Propheta explicatus. Maré purpureum, fluctus atri, Virgilius illuſtratus.

CVM Purpureum pro pulcro dici Seruius intelligeret, illud Ænei. X. de Acrone prælia miſcente,

Hinc vbi miſcentem longè media agmina vidit,
Purpureum pennis, & pactæ coniugis oſtro.

Ita interpretatur. *Purpureum pennis. Bene galeatum*, inquit, *vt alibi purpurei criſtis iuuenes, ideſt, pulcri.* Sed vtrobique Poeta ad criſtarum colorem, non ad pulcritudinem reſpexiſſe veriſimilius eſt. Purpureum enim ſiue puniceum, aut rubeum pennarum colorem militibus olim in vſu fuiſſe cum ex his locis, tum ex alijs manifeſtè colligitur. Nam præter quam quod galeas idem Poeta rubras, & criſtas etiam rubentes dixit: idē etiam flammas è criſtis fundi, Æneid. X. ſcripſit: quia rubeus purpureus ve color ad ignem proximè accedit, vt diximus. Ita. *Puniceæ militum criſtæ* *Virgilius.*

Terribilem criſtis galeam; flammasque vomentem,
Ardet apex capiti, criſtiſque à vertice flamma
Funditur, & vaſtos vmbo vomit aureus ignes.

Theocrytus Eidyllio XXIII. *Theocrytus.*

Caſtor multum etiam percuſsit in acribus oculis linceus
Illius ſcutū, rubram vero ad criſtā vſq́ gladij acies peruenit.

Diodorus. De Hiſpanis militibus Diodorus lib. VI. *Circum capita galeas æreas ponunt, puniceis ornatas criſtis.* De Chaldæis aduerſus

Nahũ cap. 2 Aſſyrios in prælium exeuntibus Nahum Propheta cap. II. *Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis.* Vbi & ignitus clypeus dicitur, ſiue quia deauratus, ſiue quia rubeis ornatus criſtis, vt cum veſtium colore concineret. Is enim color maxime expetitus in prælium: adeo vt pugnæ ſignum non niſi ſublata tunica purpurea daretur. Plutar. in

Pugnæ ſignum punicea tunica. Bruto: *Vna cum luce propoſitum fuit Bruti, & Caſsij caſtris pugnæ ſignum: punicea tunica.* Ita intelligendi Cæſar, Ammianus, Tacitus, Polybius, Homerus, Virg. Arnob. Liuius, & alij ſcriptores, cum vel ſublatum, vel propoſitum, vel

Iouius lib. 2. de viris illuſ. *Genebr. lib. 4. Chronolog. Anno 1495.* monſtratum ex arce ſignum, ſcribunt. Ferunt autẽ Tamerlanem illum cognomento Magnum, vbi prælium hoſtibus oſtenderet, tria ſigna per tres continenter dies ſuſtuliſſe, Candidum alterum, quo pacis & deditionis dabat optionem, nigrum alterum, quo luctuoſum proteruiæ exitum, & triſte ſupplicium comminabatur: tertium denique purpureum, quo cruentum prælium oſtentabat, igni, ferroque miſcendum.

Purpureus color cur in bello vſurpatus. Sed cur hic potius color in pugna, quam alius? an quod ſanguineus, & ſanguis pro anima ſit, & ita oporteat eos, qui in pugnam deſcendant, quaſi pro anima dimicare? An quod is color maxime animos faciat, in hoſteſque commoueat, quos ſcimus cruorem expetere, aut etiam effudiſſe? Iam vero quod Virgilius. Æneid. XI.

Virgilius.

Purpurea anima quid. *Purpuream vomit ille animam,*

Dixit: pro ſanguine aut vita potius dixit: quod natum opinor ab hac ratione: quod vti ſpiritu, ita etiam ſanguine vita continetur, non quod ſanguinem ille animam eſſe putauerit, ſiue vitam: quemadmodum ille Critias, quem Ariſtoteles

Virgilius. lib. I. de anima reprehendit. Ita enim II. Æneid.

Vitam cum ſanguine fudit. Et alibi.

Sanguis pro anima in ſacris litteris. *Vna eademq́; via ſanguiſq́; animuſq́; ſecuntur.*

Sed quod ſanguinem animam vocat: mutuatus videtur à noſtris litteris, in quibus vna eademque vox.

NEPHES,

NEPHES, & animam, & anhelitum, & ſanguinem, & vitam ſignificat, eo quod ſanguis ſit vehiculum vitæ, & ſpirituum animalis. Geneſ. IX. *Carnem cum ſanguine non comedetis*: vbi Hebræa. *Carnem cum anima, Sanguine ſuo non comedetis.* Sanguine ſuo, per appoſitionem: ideſt, cum anima quæ eſt ſanguis ipſius, Leuit. XVII. *Anima omnis carnis in ſanguine eſt.* Et iterum. *Quia anima carnis in ſanguine eſt.* Vbi Hebræa: *Quia omnis anima carnis, ſanguis ſuus eſt.* Deut. XII. *Caue ne ſanguinem comedas: ſanguis enim pro anima eſt: & ideo non debes animam comedere cum carnibus.* Philo Iudæus, ita ſcribit in hanc ſententiam, cum de victimis loquitur. *Sanguis autem circum altare funditur, quia circulus figura eſt perfectiſsima, ne huius libationis exſors ſit vlla pars animæ. Nam animam quodammodo libare videmur ſanguine.*

Geneſ. 9. *Leuit. 17.* *Deuter. 12.* *Philo Iud.*

Hinc illud Iſaiæ. LIII. lucem accipit. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum.* Hoc eſt, ſi ſanguinem ſuum fuderit, ſi ſeminauerit cruorem, cruorem etiam largiſsimum metet, vberrimum capiet ex ea ſemẽte prouentum. Scilicet ingentem Martyrum copiam. Nonne vbi in Horto ſanguinis guttas effudit, hac illum Angelus commemoratione, vt ſcripſit B. Chryſoſtomus confirmabat? quemadmodum agricolam, qui ſemina condit in terram, in poſterum ſe ex ea ſemente, quam tunc facere incipiebat, & facturus erat in monte non ita multo poſt, vberrimos lætiſsimoſque fructus eſſe relaturum. Quod & ipſe dixerat cum dixit. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſin autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Hinc enim innumeræ Martyrum laurus, purpureis diffuſæ ramis exiſtunt, hinc oliuæ confeſſorum, palmæ virginum, cæteræque felices Diuorum arbores, purpureis è Chriſti pectore imbribus irrigatæ ſuccreſcunt, ipſæ etiam purpuratæ.

Iſaiæ. 53. lux allata. *Chriſti ſanguis quaſi ſementis Martyrum.*

Sed venit mihi nunc in mentem purpuream animam aliter à quibuſdam dici: nempe ſubitam mortem, & vno

Purpuream animam vt a'ij interpretentur.

ictu comparatam. Sic apud Homerum eos omnes, qui luculenta plaga impoſita cecidiſſent, morte purpurea ſublatos reperiri. *Purpurea arripuit mors illum, duraq; parca.* Id vero natum ex eo, ſcribit Pierius, ex Euſtathio, & Æliano. Quod infectores aiunt, Purpuram piſcem vno ictu collidi: ſecus enim liquorem illum per totum corpus confundi, nec colligi poſſe. Deinde Mare purpureum dictum putant quaſi profundum, quod purpura non niſi in imo pelago reperiatur, à quibus ſtat Apollonij interpres, qui *Porphyresken*, hoc eſt, Purpuraſcere, profundum eſſe interpretatur. Sed ego vt de Purpurea anima nihil muto,

Mare purpureum.

ita etiam addo, longe mihi probabilius videri, mare purpureum dici, quaſi igneo nigrore collucens, quanquam & turbatum & fluctuans, ventiſque vehementius agitatum ſignificare poſsit, ſi ad Græcæ vocis vim, & poteſtatem ſpectemus. Sed cum ita agitatur ventis, & intumeſcit, nigrum videtur. Ita Virgil.

Virgilius explicatus.

Fluctuſq; atros Aquilone ſecabat.

Vbi multa præclarè, vt ſolet Philoſophatur Hieronymus Mercurialis lib. III. Variar. cap. XIII. atque ita dictos putat, quia aquæ exaſperatæ ventis nigrorem præ ſe ferunt.

Fluctus atri quid ex ſententia Hieron. Merc.

Enim vero in libro de coloribus ita ſcriptum eſt. Similiter autem & aqua nigra apparet, quando aſperata fit veluti in maris æſtu. Nam ob ſuperficiei aſperitatem, cum pauci radij incidant, ac lumen diuellatur, quod vmbroſum eſt, nigrum videtur. Exaſperatur autem Aquilonibus. Æneid. III.

Virgilius.

Et glacialis hyems, aquilonibus aſperat vndas.

Et apud Homer. Iliad. IX. Nigras eiectat pontus arenas in tempeſtate, & ſæpe apud Heſiodum in eadem nigrum dicitur. Tametſi ego fluctus atros aliter accipiam, & ſæuos interpreter, ac periculoſos, feros, infauſtos, mali ominis, quemadmodum infames ſcopulos dixit Horatius naufragijs infeſtos, & malè audientes. Atrum enim pro infauſto, pro infami, pro diro, veteres vſurpabant. Vnde & dies atri, & ſoles nigri, &

Atri fluctus periculoſi, et infauſti.

id

id genus ſexcenta de quibus diximus ad illud Horatij, Hic niger eſt, &c. Quare ita cenſeo. Mare purpureum fieri tempeſtate, atque etiam videri interdum ſine illa, maximè ſi Sol ab ſit. Nam ſi adſit, & ab eo collucet, vt ait Cicero, & albeſcit, & vibrat. Purpureum autem intelligo, nigrore quodam nitido collucens. Purpuream autem mortem etiam ſi dicat Homerus eam, quæ fit luculento vulnere illata, non reſpicere illum ad genus mortis, vt ſcripſit Pierius, ſed ad cruorem effuſum. Nuſquam enim reperio ſubitam mortem appellari purpuream, niſi animus cum ſanguine fluat: tametſi vt appellari poſsit, non ſit incongrua ratio, quam ex more interficiendæ purpuræ Pierius petijt. Rectius purpuream effudiſſe animam, aut purpuream mortem obijſſe dicetur, qui ex ſanguinis fluxione deceſſerit, quo mortis genere Senecam aiunt à Nerone ſublatum. Clemens autem Alex. lib. II. Pædagog. cap. X. Purpuream mortem dixit, quæ purpuratos oppreſsit inter aurum, & purpuram, pretioſaſque veſtes. Adluſit nimirum ad Theocriti ſapientis dictum, qui cum epiſtolam audiſſet, qua purpuram à Chijs Alexander exigebat, illud Homeri legiſſe fertur. *Purpureum mare.*

Purpurea hunc mors cepit.

Auctor Athenæus lib. XII. cap. XVIII.

(†)

CAPVT. IX.

RISVM BENE SPERARE IVBENTIS argumentum. Beneuolentiæ, bonæ ſpei, ſummiſsionis, & grati animi ſignum. In pueris bonæ indolis documentum. Geneſis & Iobus illuſtrati. Virgilius Egloga. IIII. explicatus.

Riſus cuius rei ſymbolũ,

VEREOR Ne dum de riſu dicere aggredior, ipſe etiam ridiculus videar, vti viſus eſt Politiano Seruius, in enarratione loci Virgiliani, de quo pauca ſub finem. Habet autem hoc riſus parentum erga filios, aut alioqui præſtantiorum hominum erga inferiores, vt ſit annuentis Symbolum, comitatis, affabilitatis, & beneuolentiæ ſignum, bonæ ſpei, ac bene ſperare iubẽtis egregium documentum. Vt perinde ſit ridere liberis parentes, ac eis bene velle, ac bene ſperare iubere. Ita apud Homerum Pallada Iuppiter diffidentem confirmat Iliados. VIII.

Bonæ ſpei.

Cui talia verba locutæ
Iuppiter arridens: animo mea filia forti
Eſto, inquit, confide: feres quæcunque petiſti.

Hom. Iliad, 8.

Quem certè imitatus Virgilius Æneid. I. vbi Venerem de Ænea laborantem induxit: Iouem ita loquentem facit, ac bene ſperare iubentem.

Virg. 1. Æneid.

Olli ſubridens hominum ſator atque deorum,
Vultu quo Cælum, tempeſtateſque ſerenat,
Oſcula libabit natæ: dehinc talia fatur.
Parce metu Cytherea. &c.

Et apud eundem Æneid. V. Niſum Æneas eodem modo bene ſperarre iubet, de præmiorum præſtantia diffidẽtẽ.

Et Æneidos 5.

Riſit Pater Optimus olli,
Et Clypeum efferri iuſsit Dydimaonis artes,

Neptun

Neptuni Sacro Danais de poſte refixum:
Hoc iuuenem egregium præſtanti munere donat.

Eccleſiaſtici cap. 13.

Sed illuſtre illud ex Sacris litteris teſtimonium Eccleſiaſtici. XIII. cum Sapiens de potentiorum loquens ingenio, & moribus aduerſus tenuiores: *Et ſubridens*, inquit, *ſpem dabit, narrans tibi bona, & dicet: quid opus eſt tibi?* Ecce riſum ſpei bonæ Symbolum, & paulo poſt. *Et ſubridens interrogabit te de abſconſis tuis.* Ecce affabilitatis & beneuolentiæ documentum: quemadmodum & apud Iobum cap. XXIX. *Cum ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terra.* Ideſt, cum illos comiter affabiliterque accipiebam, præ admiratione vix ſibi perſuadere poterant, eam me rationem illorum ducere, qui tam longe illos dignitate ſuperarem. Idque cauſæ erat, cur lux vultus mei non caderet in terram; hoc eſt, cur illi non parui ducerent hilaritatem vultus mei, quòd quo ſuperior eram, eo me hilarius, & ſummiſſius aduerſus eos gerebam. Scitum autem eſt lucem, aut lumen, aut illuminationem vultus, idem valere in ſacris litteris, quod in Latinis hilaritas & letitia.

Riſus affabilitatis etiam documẽtum.

Iob. cap. 29.

Geneſ. 17. locus explica.

Sed bene ſperantis ſignum eſſe videtur riſus Gen. XVII. *Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit in corde ſuo.* Ideſt, bonæ ſpei plenus ex animo lætatus eſt. Quin & Saræ etiam riſum Ambroſius, indicium futuri myſterij magis, quam incredulitatis fuiſſe argumentum arbitratur. *Riſit enim,* inquit, *adhuc neſciens quid rideret, quod publicam eſſet in Iſaac paritura lætitiam.* Ecce, bonæ ſpei conceptæ Symbolũ riſus habetur Ambroſio. Sed longè aliter Auguſtinus atque Gregorius. Iam verò quod Sara dixit Geneſ. XXI. cum ſpem filij ſibi promiſſi completam ſignificauit. *Riſum fecit mihi Dominus.* Quid aliud eſt, quã dicere, perfecit, ac dedit mihi Dominus id, ad cuius promiſſionẽ ego riſi. Alias autẽ riſus tenuioris aduerſus honeſtiorẽ, ſummiſſionis, lętitiæ, grati animi, et beneuolentis indicium eſt, modo lenis & cũ oris modeſtia cõiunctus. Huc ſpectat locus ille Virg. de quo tãta in explicando varietas inter auctores, atque contentio.

B. Ambroſ.

Geneſis. 21.

Riſus grati animi ſummiſſionis &c Symbolum.

Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem:
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes,
Incipe parue puer, cui non riſere parentes,
Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata cubili eſt.

Virg. Egloga 4. explicatus. Quæritur enim hortetur ne puerum vt ad parentes rideat; an vero parentes, vt ad puerum. Politianus Quinctiliano aſſentitur, & ſubſcribit etiam Germanus Guellius. Qui ita legebat: Qui non riſere, parentes *&c.* Perinde ac diceret: O parentes, hunc ex ijs, qui non riſere, nec Deus menſa, nec Dea dignata cubili eſt. Sed hoc ab alijs differt Scaliger (tametſi Quinctilianum aliter interpretetur, ac reliqui) quod putat, parentes, accuſandi caſum eſſe, & Poetam hortari puerum, vt ad matrem rideat, ſiue ad parentum aſpectum, non contra, vt illi parentes. Cui conſonat illud *Catullus.* Catulli in Hymenæis.

Torquatus volo paruulus
Matris è gremio ſuæ
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad patrem
Semihiante labello.

Martialis. Cui non abſimile illud Martialis ab eodem correctum.

Te cito ridebit peregrinus Clodia partus,
Romanam ducat quam magis eſſe nurum.

Agelaſti qui Qui enim non ridebant ad parentes, ij tota vita putabantur Agelaſti, vt Græci dicunt: & qui nolunt ſe paulo liberius inuitare, ij genium ſuum defraudare dicuntur.

Geniales dies Vnde Geniales dies ij ſunt, quibus curantur corpora lautius, hilaritati ſeruitur, indulgemus Genio, & in omni lepore, & humanitate verſamur.

Apta ſanè quæ hactenus dicta ſunt, ſed ego veterem *i. loci explicatio.* lectionem teneri ac defendi poſſe arbitror, & explicari etiam cum lepore. Hortatur enim puerum vt riſu parentibus blandiatur, & matri præſertim cui decem menſes longa tulerunt faſtidia. Quaſi dicat: Incipe parue puer matri blandiri, & ex proximis ſuperiorum menſium faſtidijs atque moleſtijs hilaritate ipſa vultus tui

ad riſum etiam, hilaritatemque traducere. Enim vero tua intereſt: nam ſi cui non riſere parentes, hoc eſt, cui ſe beneuolos, & faciles in ſuſcipiendo, atque tollendo non præbuerunt; eos nec Genius menſa, nec Iuno dignata cubili eſt. Ideſt, ſatis miſeri tota vita fuère; nihil à parentibus accepere, quibus vitam iucundè ac ſuauiter ſuſtentarent. Eos enim qui parentibus grati non accidiſſent, nō tollere, ſed exponere ſolebant; vt alibi diximus. Habet autem hoc riſus parentum erga filios, vt ſit amoris indicium: vt perinde ſit ridere liberis parentes, ac eis bene velle, ab bene ſperare iubere. In pueris vero riſus bonæ indolis argumentum. Apud Homerum Iliad. VI. & puer ad patrem Hectora, & pater ad puerum rident.

Ridere bene velle.

Riſus in pueris bonæ indolis argumētum.

Homerus.

Vna ſequebatur nutrix, puerumque gerebat
In gremio Hectoriden tenerum, blandumque alacremque,
Feſtiuumque oculis, ridentem mollia, vultu
Sidereo.
Huic pater arridens tacitos defixit ocellos
In puero. Boni autem ominis eſſe docuit Seruius hoc loco; tametſi ſub initium Eglogæ infelicitatis dicat fuiſſe portentum. *Sicut enim,* inquit, *maiores natu ſermone, ita infantes riſu ſe indicant agnoſcere. Ergo hoc dicit, incipe parentibus arridere, vt & ipſi tibi arrideant.* Sub ortum autem riſiſſe alium Præter Zoroaſtrem, de quo Plinius; nuſquam legi. At is felicißimus, & celebratißimus omnibus ſæculis habitus eſt.

Item boni ominis.

Iam vero ſi aliter explicentur hi verſus, & riſus non ad puerum, ſed ad parentes referatur, ita vt ipſi tantum ſint qui rideant, neſcio an aptius explicentur. Potuit enim hortari Virgilius puerum, vt riſu parentes agnoſceret, hoc eſt, ex riſu; ita vt ſit hæc ſententia. Incipe parue puer, qui tibi ſint à natura dati parentes agnoſcere; atque illos eſſe intelliges, qui tibi arriſerint. Ridet autem nunc primum tibi mater exactis iam decem menſium faſtidijs; quæ iam præ gaudio tui ſuſcepti

3 loci explicatio.

præteritarum non meminit moleſtiarum. Incipe igitur parue puer, ridentes illos, hoc eſt tibi beneuolos, ac tollere velle vultus hilaritate indicantes agnoſcere: nam id beneficium neque omnibus præſtant liberis, & quibus non præſtant, eos vero, nec Deus menſa, nec Dea dignatur cubili: hoc eſt, parentum imperio exponuntur: nec ab ijs victum quotidianum, aut domeſticam ſuppelectilem accipiunt: neque in vitæ ciuilis ſtatu aliquo collocantur.

Diana Orſiloche. Huc etiam ſpectat quod de Diana Orſiloche. (Ita enim à Tauricis nominatam ſcribit Ammianus lib. *XXII.*) Goropius ſcripſit Origin. lib. VIII, qui pro Cimbrica vocem arrogat, & Dianam ita nominatam dicit, cum inuocaretur ſubſidio futura parturientibus, vt parentes viſa prole riderent: quod perinde eſt, ac ſi peterent fœtum in lucem ſine periculo edi. Nam dum vterus geritur, dum partus vrget, dolori locus eſt, non riſui: at poſt editum fœtum, tum vero riſus, letitia, gaudium exiſtit. *Mulier enim cum parit, triſtitiam habet, cum peperit non meminit preſſuræ propter gaudium.* *Orſiloche quid.* Orſilache autem vox, ex illius ſententia, nihil aliud eſt, quàm ſiquis dicat, Prolem video & rideo: vel ad formulam hortantis, Prolem vide, ac ride. Quod ſi ſcribatur *Orſiloche*, tum nihil ſignificare aliud quàm, Prolem videns riſit. Itaque ſiue Orſilache dicas, in idem fere recidit: nam eo nomine ſignificatur, Dianam ſic tueri puerperam, vt prolem ſaluam edat, & eam parentes læto riſu & amplectantur & oſculentur. Quare ex riſu puer incipiet parentes agnoſcere, vt dicebamus.

Goropij ſententia de riſu. Sed ille alio detorquet. Ait enim videri fuiſſe, in Sybillinis carminibus, puerum quidem parentibus arriſurum: parentes tamen non riſuros, ob diuerſas calamitates, & poſtremo etiam ob infame & ſeruile genus mortis, quam in cruce ſubiturus eſſet. Nam Sybillæ non de Salonino cui hæc Seruius tribuit: ſed de Chriſto locutæ. Hæc ille. Sed ſi hæc ita ſint, non apte cadunt cum his quæ ſuperius dixit. Nulla enim ad parentum riſum adluſio, in eo carmine.

Incipe

Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem,

Si non parentes, ſed ipſe riſurus ſit: quare veriſimilius mihi videtur hoc ad parentum riſum referri oportere: quanquam fiat de riſu in Sybillino carmine mentio. Quis enim neget Chriſtum Ieſum recens natum parentes ſuos incredibili gaudio compleuiſſe? Tametſi illa de cruciatibus, morteque perferenda pulſaret animum cogitatio: quæ tantiſper contraheret, dum *Riſus ad parentes pot⁹, quam ad pue rum referendus.* *Chriſtus natus gaudio pa rentes compleuit.*

Vultu quo nubes, tempeſtateſq́ ſerenat,

triſtitiæ nebulam diſsiparet, exhilararet ora, atque animos diuina quadam ſuauitate mulceret. Quod autem ad Dianam Orſilochen reſpexiſſe poetam arbitratur, quæ prole edita parentes ad riſum hilaritatemque traducit, confirmari videtur ex his quæ proximè dicit.

Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,
Caſta faue lucina: tuus iam regnat Apollo.

Lucina quippe tum maxime eſt, cum parturientibus adeſt, & fœtus in lucem ſuſcipit exeuntes. Dixi de riſu, faxit Deus ne ridicule. De Dijs vero Natalitijs, ſatis à me dictum eſt vbi de die Natali.

CAPVT. X.

TITVLI IN CELLIS ET FRONTIBVS meretricum; quæ etiam traductæ, cum loci, ſtipis, elogijq́ prædicatione. Seruorum ſtigmata, & initiatorum. Tertullianus, Hieremias, Ezechiel, Ioannes in Apocalip. illuſtrati. Deniq́ de titulis rerum venalium, & monumentorum elogijs apud Hebræos pauca delibata.

DIXI De elogiorum antiquo more in VI. Singularium libro, non ingratum faciam ſi de meretricijs titulis verbū addidero: quod ad Sacrarum conducere poſsit intelligentiā, litterarum: cellas quippe ſcortorum nomine inſcribi ſolitas Tertullianus docet inprimis, in lib. de pudicitia, *Vbi proponetur liberalitas iſta? Sub ipſis libidinum ianuis, ſub ipſis libidinum titulis.* Iuuenal. de Meſſalina in lupanar eunte.

Tituli in cellis meretricum.

Iuuenalis.

Tum nuda papillis
Conſtitit auratis titulum mentita Lyciſcæ.

Nomen mutatum à meretricibus.

Nam & nomen ſimul cum pudore exuebant, quod Parergon, X. Alciatus obſeruauit ex Plauto.

Namq́. hodie earum mutarentur nomina,
Facerentq́ indignum genere, quæſtum corpore.

Seneca Cont. 1.

Martialis.

Item Seneca in Controuer. I. non ſemel. *Meretrix vocata es, in communi loco ſtetiſti, ſuperpoſitus eſt cellæ tuæ titulus.* Deinde etiam. *Educta es in lupanar, accepiſti locum, pretium conſtitutum eſt: titulus inſcriptus eſt.* Quo etiam ſpectat Martial. qui puerorum & feminarum meritoriarum cellis inſcribi titulos docet.

Intraſti quoties inſcriptæ limina cellæ:
TVIA *Seu puer arriſit, ſiue puella tibi.*

Nam vterque ſexus impunè proſtabat. Facit ab hoc ritu Petron. Arb. apud quem ille Aſcyltum quærens & ab anicula

per

per fraudem deductus ad fornicem. *Video, inquit, quaſdam inter titulos, nudaſq; meretrices furtim conſpatiantes.* Quamquam aliàs, *Inter vitulos*, legitur. Tertullianum huc refero; cuius hæc ſunt. *Ipſa etiam proſtibula publicæ libidinis hoſtiæ in ſcena proferuntur, plus miſeræ in præſentia feminarum, quibus ſolis latebant, perq; omnis ætatis, omnis dignitatis ora transducuntur: locus, ſtipes, elogium, etiam quibus opus non eſt prædicatur.* Elogium ſiue pro commendatione & præconio aliquo publico, ſiue pro meretricij tituli prædicatione accipies, ſiue ad Elogiorum morem referes, quæ in parietibus, ſiue ad ianuas, laudationis ergo inſcribi ſolebant, vt proximè diximus. Quanquam ad titulum potius videatur ſpectaſſe Tertullianus, qui totidem pene cum Seneca verbis, atque eodem prorſus ordine ſcribit. *Hic*, enim ſupra, *Accepiſti locum, pretium conſtitutum eſt, titulus inſcriptus eſt.* At hic, *Locus, ſtipes, elogium prædicatur.*

Tertulianus. *Meretrices traductæ cũ elogio.*

Non ſolum verò titulum inſcriptum, ſed meretricis etiam in fronte pependiſſe ſcribit Durantius Variar. lib. I. cap. II. fretus Senecæ auctoritate, cuius hæc ſunt in eadem Controuerſia. I. *Nomen tuum pependit in fronte, pretia ſtupri accepiſti, & manus quæ Dijs datura erat ſacra, capturas tulit.* Et ſunt etiam qui putent ad hunc morem adluſiſſe Prophetam Hieremiam cap. III. cum dixit: *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.* Sed ego longe ſecus opinabar nã nomẽ nõ in meretricis pependit fronte, ſed cellæ. Frontem enim domus, antri, montis, exercitus, veteres dixiſſe, vulgare eſt. Neque ad inſcriptionem Propheta, ſed ad impudentiam ſpectat, de qua Ezechiel. III. *Domus Iſrael attrita fronte eſt.* Sed videtur ex hoc more dictum ab Ioanne Euangeliſt. Apocalyp. XVII. cum inſignem illam meretricem deſcriberet. *Et in fronte eius nomen ſcriptum, Myſterium: Babylon, mater fornicationum, & abominationum terræ.* Babylonis autem nomine Romam intelligi, docet ex Sanctorum patrũ auctoritate Doctiſsimus atque grauiſsimus auctor è noſtris Franciſcus Ribara in

Titulus etiã in fronte. *Hieremiæ 3. lux facta.* *Ezech. 3.* *Apoc. 17. locus explicatus.*

 Commen-

Commentarijs ad cap. XIIII. Apocal. Quod ſi de Roma ſermo eſt, veriſimile eſt eum in deſcribenda meretrice ad ritus illorum meretricios reſpexiſſe.

Nomē in virorum frontibus inſcriptū

Sed dicat aliquis in virorum etiam frontibus nomen inſcriptum legi in eadem, haud raro: nam capite. III. *Et ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei, nouæ Hieruſalem*. Et cap. XIIII. *Et cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis.* At hæc, ad ſeruorum morem ſpectant, qui picti titulis atque notis quibus aut nomen, aut pretium, aut Dominus explicantur. Crebra eius rei mentio, apud Clementem Alexand. III. Pædag. Tertull. in lib. de Pallio. Arbit. ſæpiſsimè: nam & venalitium titulis pictum Trimalcio habebat, & illi in naui ad inſtar ſeruorum ſe ſe comparantes, noto epigrammate inſcribuntur in frõte. Et in legibus iureconſulti non ſemel. Itaque cum ibidem, qui nam illi ſint indicatur; ita ſcribitur. *Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo, & agno.*

Tituli ſeruorum in frontibus.

Apud Hebræos autem qui ad idola transierant, idem mos fuiſſe videtur Philo enim in libro 1. de Monarchia, ita ſcribit: *Non deſſunt tamen quidam prolapſi eo inſaniæ, vt ne receptum quidem ad pœnitentiam ſibi reliquum faciant, ad cultum ſimulacrorum præcipites, confirmantes eam ſeruitutem literis, non in chartula ſcriptis, vt mos eſt mancipiorum, ſed inuſtis in corpus ferro ignito, ne deleri queant. Nam hæ non obſcurantur vllo tempore.* Quem ad morem Paulus: *Ego autem ſtigmata Domini mei in corpore meo porto.* Nempe cuius ſeruitutem profitear præ me ferens.

Tituli ad memoriam poſteritatis apud Heb. 2. Reg. 18.

Atque vt definiam Moneo apud Hebræos etiam in more poſitum, vt ædes, & alia eiuſmodi Dominorum titulis, ad memoriam, poſteritatis, inſcriberentur. II. Reg. XVIII. *Porro Abſalon erexerat ſibi cum adhuc viueret titulum, qui eſt in valle Regis. Dixerat enim, non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei: vocauitque titulum nomine ſuo, & appellatur manus Abſalon vſque in hanc diem.* Marmoream putat Ioſephus ſtatuam: nominis

inſcriptione

inſcriptione notatam; tituli vocabulum indicat, de quo diximus in ſermonibus Natalitijs, alij vero pulcrum magnificumque eadem inſcriptione inſignitum. Pſal. etiam XLVIII. *Tabernacula eorum in progenie, & progenie: vocauerunt nomina ſua in terris ſuis.* Ideſt ædificijs, villis, poſſeſsionibusque terrenis nominis ſui titulos indiderunt, vt illud ad æternitatis memoriam permanaret. Peruulgatum autem eſt proſcriptis rebus titulos affigi. Cicero. III. Officiorum. *Sic tu cum ædes proſcribas, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter vitia vendas.* Seneca lib. IIII. de Benef. capite XII. *Spondeo pro iudicato, & ſuſpenſum amici bonis libellum deijcio.*

Pſal 48. lux

Cicero.

CAPVT. XI.

CALENDÆ IANVARIÆ maximè feſtæ, & celebres. Splendida in his conuiuia, choreæ per vrbem ductæ cum cantu. Ianuæ feſta fronde, & lampadibus coronatæ. Magiſtratus munera, priuati ſuas artes auſpicati; merces ambitioſè ad Ianuas expoſitæ. Manumiſsiones factæ. Fauſtæ inuicem precationes &c.

EX MVLTIS, Quæ de Calendis Ianuarijs inter legendum mihi notaui, nonnulla cōferam in hoc caput. Ac primum vulgare illud de conuiuijs, choreiſque publicis, quæ à chriſtianis etiam vſurpata, Antiſiodorenſe Concilium Damnauit. Can. I. *Siquis Calend. Ianuar. ritu paganorum colere, vel aliquid plus noui fecerit propter nouum annum; aut menſas cum lampadibus, & epulis in domibus præparare; aut per vicos, & plateas cantores, & choros ducere præſumſerit; anathema ſit.* De feſto per vrbem ornatu, etiam apud Chriſtianos. B. Chryſoſtomus Homilia de Calend. Tomo. V. *Dici ergo tales in admira-*

D. Aug. Epiſt. 64. ad Aurel. Epiſ.
B. Chryſoſt. Orat. in Kalend.

Feſtus per vrbē ornatus.
B. Chriſoſt.

tione habere, & magnam ex illis voluptatem capere, & lucernas in foro accendere, & coronis admodum redimire, puerilis cuiuſdam amentiæ eſt. Nec in foro ſolum, ſed per vrbem. Ibidem. *Hac lux hanc adfert compenſationem, non vt domus tuæ fores ſertis coronentur.*

Auſpicia magiſtratuum. De auſpicijs magiſtratuum res nota. Ideo enim dies ille auſpicalis dictus. Panegyriſtes. *Illum tamen primum conſulatus tui auſpicalem diem præterire nullo modo poſſum: quo tu ſolus omnium conſecutus es, vt quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum eſſe videbatur, tunc primum potuerit ſufficere peragendis; vnoque ſol curriculo, & officia te Conſulis inchoantem videret, & Imperatoris implentem.*

Panegyriſtes.

Auſpicari quid. Auſpicari autem intelligo, non inire tantum, ſed aliquid ex munere delibare: & leues aliquas & tranſlatitias cauſas, (quod vidit optimè Lipſius in Tacitum) dicis gratia propoſitas audire. Sueton. in Nerone. *Auſpicatus eſt, & iurisdictionem Præfectus vrbi, Sacro Latinarum, celeberrimis patronis, non tranſlatitias, vt aſſolet, & breues, ſed maximas, pluri masque poſtulationes certatim ingerentibus, quamquã interdictum à Claudio eſſet.*

Suetonius.

Auſpicia opificum. De auſpicio opificum Ouidius in Faſtis.

Ouidius.

Tempora commiſſi naſcentia rebus agendis
Totus ab auſpicio ne foret annus iners.
Quiſque ſuas artes ob idem delibat agendo.
Nec plus quam ſolitum teſtificatur opus.

Factum ita cenſeo, vt opera ſua ſinguli ad oſtentationem, certatim pro foribus exponerent. Docet Chryſoſt. vbi ſupra. *Læta cum primis ciuitas fuit, & ſplendidè coronabatur; & forũ quaſi elegans, ſumtuoſaque mulier ambitioſè hodie exornabatur, & auro, indumentis pretioſis, calceis, & reliquis eius generis veſtiebatur, ſingulis in officina ſua opificij ſui venditatione, eiuſdem artificij ſocios antecellere ſtudentibus.* Atque hoc apud Chriſtianos ex gentilitio ritu; quèm quod ad choreas, & alia eiuſmodi pertinet, ſupra ſublatum vidimus ab Concilio Antiſiodorenſi c. I. quòd ad feſtum vrbis ornatum ſpectat, vetitum etiam docet Martinus Bracharen. ex Græcorum Synodis Collectan. cap. LXXIII.

B. Chryſoſt.

De aliarum auſpicijs Seneca Epiſtola LXXXIII. *Ille tantus Pſycrolutes, qui Calendis Ianuarijs in Euripum ſaltabam, qui anno nouo quemadmodum legere, ſcribere, dicere aliquid, ſic auſpicabar &c.* De hoc more Dio Caſsius libro LVII. qui de Tiberio ſic ſcribit. *Fuit & alia cauſa cur ijs Calendis extra vrbem eſſet, nempe ne hominibus anni auſpicio, & feſto die occupatis negotium præberet; neve ſtrenas ab ijs acciperet.* *Seneca.* *Dio Caſſ.*

Sed Goropius, vt eſt hominis ingenium Symbolicum, hoc etiam indicaſſe dicit lib. IIII. Orig. ab Iapeto poſteros ſuos moneri non Deum tantum manibus admotis orandum eſſe: ſed omnem quoque hominis felicitatem ab labore: contra, omnem miſeriam ab otio proficiſci. Venio iam ad manumiſsiones, quæ ipſo etiam die factæ, quoniam initium conſulatus. Iunius enim Brutus primus Romanorum Conſul, & Romanæ libertatis aſſertor Vindicium Vindeliorum ſeruum ob deteƈtam proditionem manumiſit. Plutarch. in libro De ſera Numinis vindicta. Caſsiodor. libro VI. Variarum, in formula Conſulat. Ammianus Marcell. lib. XXII. optimè Claudianus Poeta in IIII. Honorij Conſulatu: *Manumiſſiones factæ.* *Claudianus.*

Aſpice mox lætum ſonuit clamore tribunal,
Te faſtos ineunte quater, ſolemnia ludit
Omnia libertas: deductum vindice morem
Lex celebrat. Famuluſque iugo laxatus herili
Ducitur: & grato remeat ſecurior ictu.
Triſtis conditio pulſata fronte recedit,
In ciuem rubuère genæ, tergoque remouit
Verbera, promiſsi felix iniuria voti.

Fauſta præterea omnia inuicem precari ſolebant; qui etiam ritus ad nos manauit; qui per eos dies proſpera nobis omnia comprecamur. Ouidius libro. I. Faſtorum ad Ianum: *Fauſtæ inuicē precation.* *Ouid. 1 Faſtorum.*

Aut cur leta tuis dicuntur verba Calendis,
Et damus alternas accipimuſque preces?

Quem etiam ad morem ſpectat lib. IIII. de Ponto. Eleg. IIII. *Et 4. de Pōto.*

Hæc vbi facundo ſua vox hilarauerit ore:
Vtq; ſolet, tulerit proſpera verba dies.

Leta autem, & proſpera verba, eadem ſunt, quæ alibi diximus BONA, & bene ominantia. Plinius lib. XXVIII. cap. II. *Cur enim primum anni incipientis diem letis precationibus inuicem fauſtum ominamur?* Varro de eadem re. *Calend.* inquit, *Ianuar. & Natal antiqui obſeruabant, ne mala omina audirent, & veſtes veteres nouis mutabant: eodem die mulieres annulum ſeruis, ſicut viri Saturnalibus, dabant: & quiſq; ſuas pro bono omine artes exercebat.*

Plinius lib. 28. cap. 2.

Huc etiam ſpectauit Ouidius in Ibin, cum poſt Diras quibus illum deuouerat, dixit:

Hæc tibi Natali facito, Ianiq; calendis
Non mentituro quilibet ore legat.

Ideſt, has tibi diras pro fauſtis precationibus imprecetur, vt malis ominibus, & vitam & annum exordiaris. Nam & boni ominis cauſa ſtrenæ datæ & acceptæ: quas vulgo dicunt, *Aguinaldos*. Feſtus. *Strenam vocamus, quæ datur die religioſo ominis boni gratia, à numero quo ſignificatur alterum tertiumq; venturum ſimilis commodi: veluti Trenam, præpoſita S, littera, vt in loco, & lite ſolebant antiqui.* Initijs enim rerum omnium ineſſe omina putabantur: quod docet Ouid. lib. I. Faſt. & illuſtrat exemplis. Quærenti enim cur leta verba bonaſque preces inter ſe darent, acciperentque, Ianus reſpondet.

Strenæ datæ

Feſtus.

Initijs omina putabant ineſſe.

Ouidius.

Omina principijs, inquit, ineſſe ſolent.
Ad primam vocem timidas aduertimus aures,
Et primum viſam conſulit augur auem.

Natum inde, vt vulgò prouerbio celebretur,

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

B. Maxim. Huc ſpectat B. Maximus in Increpatione de Calen. Ianuarijs, vbi auſpiciorum ominiſque captandi rationem agnoſcas. *Nouum annum Ianuarias appellant Calendas, cum vetuſto ſemper errore, & horrore ſordeſcant. Auſpicia etiam vaniſsimi colligere ſe dicunt: ac ſtatum vitæ ſuæ inanibus indicijs æſtimantes, per incerta auium ferarumque*

ſigna imminentis anni futura rimantur: cum vtiq; apud Deum ſolum ſit notitia futurorum. De eadem ſuperſtitione B. Chryſoſtomus loquitur in Oratione de Calen. Tomo V. & quidem de Chriſtianis loquitur; quos impietatis arguit; *Quod qui hoc faciunt, dies obſeruant, & augurijs addicuntur: & putant ſi nouilunium menſis huius cum voluptate & letitia degant, reliquum ſe annum ſic tranſacturos.* Atque ad hunc morem Prudentius. *B. Chryſoſt.*

Prudentius.

Iano etiam celebri de menſe litatur
Auſpicijs, epuliſq; ſacris: quas inueterato,
Heu miſeri, ſub honore agitant, & gaudia ducunt
Feſta kalendarum.

Sed vt leta & iucunda omnia procurata, ita nihil triſte publicè priuatimque Calen. Ianuarijs factum: adeo vt narret Plutarchus in Mario, punitum illo die ſeruum, impendentium malorum maximum fuiſſe præſagium. *Progreſſuſq; Marius Calen. ipſis Ianuarijs, initio anni Sextum quendam Licinium de ſaxo iecit, quod & illis, & vrbi impendentium malorum maximum viſum præſagium.* De ſtrenis datis acceptiſque multa apud auctores mentio, maxime iureconſultos: quamquam apud Suetonium ſæpe, atque Dionē. Quare nihil attingam. Tiberium certe cum ſæuitiæ tum etiam impietatis arguit Suetonius cap. XVI. quod ne Calend. quidem Ianuar. à puniendo abſtinuiſſet. *Nullus à pœna hominum ceſſauit dies, ne religioſus quidem & Sacer. Animaduerſum in quoſdam ineunte anno nouo.*

Nihil triſte factum neq; publicè neq; priuatim. *Plutarchus.* *Suetonius.*

CAPVT. XII.

HORÆ VNDE DICTÆ. VARIÆ NOMInis acceptiones. Portarum Cæli cuſtodes ab Homero factæ, & quare. Locus ex Ioannis cap. XII. illuſtratus.

Horæ vnde dictæ.

Horæ Cæli cuſtodes.

Homerus. 5. Illiad.

LIBET Etiam pauca quædam de Horæ vocabulo delibare; Plato enim inprimis horas dicit in Cratylo Attica, priſcaque voce appellatas. *Dia tu Horizin*, quia finiunt hyemis, & æſtatis tempora, & flatus, & eos fructus, qui gignuntur è terra. Quam etiam ob cauſam, arbitror, cuſtodes portarum Cæli horas à veteribus factas, quaſi ſint quæ tempora moderentur, è cæli motu pêdentia. Ita Homer. lib. V. Iliad. De Iunone.

Vrget equos, curruq́. volans dat lora ſecundo,
Donec ad aſtriferi portas peruenit Olympi,
Quas Horæ ſeruant celeres, &c.
His magni peragenda data eſt cuſtodia Cæli,
Altera vt emittat pluuias, & nubila terris,
Altera vt eripiat, rurſuſq́ ſub aſtra reducat.

Et lib. 8.

Et lib. VIII. totidem pene verbis:

Poſtquam portarum ad limina ventum eſt
Quæ ſeruant horæ, toto notiſſima Cælo,
Sponte patuere fores, ſonitumq́ dedere
Ingentem, his omnis commiſſa eſt cura duabus,
Siderei Cæli: nigrantes altera nubes
Rebus vt inducat, renocatas illa reducat.

Hora à pulcritudine.

Hora Suidæ maturitatis rerum omnium tẽpus.

Videtur etiam hora dici à pulcritudine. *Horæos* enim formoſum pulcrumque ſignificat: vnde & Latinis Iuuentutis Dea dicta eſt, & Quirini vxor. Suidas autem horam dicit hoc temporis punctum ſignificare, in quo omnia conſiſtunt, & ſunt in ſummo, & quaſi in maturitate perfecta.

Heſiodus

Heſiodus enim in Theogonia Themidis filias facit, & maturitatis auctores. *Heſiodus.*

> *Poſtea duxit ſplendidam Themin, quæ peperit horas,*
> *Eunomiamq́, Dicenq́, & Irenem florentem:*
> *Quæ opera matura faciunt mortalibus hominibus.*

Et Galenus lib. II. de alimentorum facultatibus, ſcribit Græcos, *Horam*, appellare eam anni partem, & tempus in cuius medio caniculam exoriri contingit. Hinc *Horæus*, fructus dicunt tempeſtiuè collectos, atque maturos. *Galenus.*

Ex his igitur non inſulſè explices illud Ioan. cap. XIII. *Sciens Ieſus quia venit hora eius*, &c. Horam quippe appellat tempus illud, in quo ſuæ virtutis, & magnitudinis animi in ferendis doloribus, in cruciatibus ſuſtinendis, tolerandiſque opprobrijs ſingularia dedit documenta. Venit itaque hora: idest, tempus illud, in quo veram & germanam ſuæ pulcritudinis ſpeciem mortalibus ſpectandam propoſuit: & qui erat ſplendor Patris, portans omnia verbo virtutis ſuæ, conſummauit omnia. Et qui erat ſpecioſus forma præ filijs hominum, ideſt, verè vir inter viros, imperator vnus inter imperatores, accinctus gladio ſuper femur, ſpecie ipſa ſua vultuque horribili hoſtes debellauit, intendit proſpere, proceſsit, atque regnauit. *Regnauit, autem, à ligno Deus.* Inibi vero. *Vidimus eum & non erat in eo ſpecies neq; decor, & quaſi abſconditus vultus eius: vnde nec reputauimus* [illegible] tempus hoc ſiue hora, qua dignitas oris, & pulcritudo corporis obſcuratur, animi virtutem atque potentiam oſtendit qua omnem terrarum orbem ſibi ſubegit; fugauit Dæmonem, mortem ſuperauit, ac ſeſe, cælo, & terræ ſpectabilem præ omnibus hominibus atque angelis præbuit. Ex quo hanc eſſe veram Chriſti pulcritudinem facile intelligas: vt alias vberius explicaui.

B. Ioannes cap. 13. explicatus.

Hora Chriſti quæ.

Rectè igitur. *Venit hora eius.* Ideſt, ver eius, & quaſi maturitas eius opportuniſsima. An quia hic ille vere Beatus vir per antonomaſiam, qui à Regio Pſalte ſimilis arbori

Hora eius, ideſt ver, & quaſi maturitas.

arbori canitur, quæ ſemper virens, ſemperque florens coctos iam amoris vi fructus redemtionis humanæ ferre cepit, & maximè tempeſtiuos: *Flores, quippe, apparuerant in terra noſtra.* quod vidit acute nobilis concionator. F. Antonius Aluarez, cum cæcis oculi, greſſus claudis, ſalus ægris, vita mortuis dabantur. At nunc, fructus capitur prætioſiſsimi ſanguinis, fructus beatæ vitæ, fructus redemtionis æternæ. Ver igitur mortis ſuæ tempus appellat. An quia, vt eſt amoris eius eximia vis, quod amarum eſt, vt aiebat ille, mel facit? et laudes ducit ſuſceptas pro hominibus contumelias, delicias in doloribus, in tormentis accipit voluptatem? Sæuam

Paſsionis hyems cur Chriſto pro vere. itaque hyemem paſsionis ſuæ, qua tam ſæua in illum tempeſtas concitata eſt, vt demerſerit; non hyemem, ſed verſuum appellat; quia *Deliciæ eius eſſe cum filijs hominum.* Ideſt perinde cum eo agi, ac ſi in eadem eſſet damnationis

Prouerb. 8. cauſa, qua cæteri hominum. *Regalo es ſuyo ſer tratado, como lo auian de ſer los culpados.* Ij enim filij hominum, qui

Filij hominũ qui. loquuntur, & faciunt opera hominum. Faciunt à nobis LXX. interpretes, qui vbi noſtra legunt in Pſalmo. CXVII.

Pſal. 117. *Circundederunt me ſicut apes:* illi, *Sicut apes fauum.* nempe cum mel ingerunt. At qui fel illi porrectum ſcimus: ſed amor ita illum affecerat, vt etiam amara, dulcia viderentur. Hæc igitur hora verè cuſtos eſt, ianuæ Cæli; quia per Chriſti cruciatus, & mortem, nobis ſunt Cælorum ianuæ patefactæ. Et mortales ab inferis excitati. Et miror, ve

Horæ mortales ab inferis excitant. teres hanc etiam Horis vim attribuiſſe, Adonidem ab inferis reuocaſſe ſcribunt. Theocrytus enim ſic.

Theocrytus.

Qualem tibi Adonidem ex perenni Acheronte
Menſe duodecimo reduxerunt mollipedes Horæ:
Tardiſsimæ ex Dijs horæ, charæ tamen exoptatæ
Veniunt omnibus hominibus ſemper aliquid ferentes.

Iam vero cum alibi dicitur. *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum,* Hoc dicitur: Nacti eſtis tempus & occaſsionem optatam, cum in me opprimendo vires profundetis. Hiſpanè ſic. *En que aueys de hazer vueſtras*

tros poderios, y tirar la barra lo ſumo, o todo lo de potencia.

CAPVT. XIII.

MAVSOLEA HEBRÆIS in vſu. Inſigne illud quod Simon parentibus poſuit, ad inſtar eorum, quæ apud gentes. De armis ſuſpenſis & nauibus inſculptis.

LEGEBAT Aliquis inter doctos viros caput XIII. lib. I. Machabeorum, vbi de ſepulcro, quod Simon Parentibus fratribuſque conſtruxit, ita ſcribitur. *Et ædificauit Simon ſuper Sepulcrum patris ſui, & fratrum ſuorum ædificium altum viſu, lapide polito retro, & ante: & ſtatuit ſeptem pyramidas vnam contra vnam patri & matri, & quatuor fratribus: & his circumpoſuit columnas magnas: & ſuper columnas arma ad memoriam æternam: & iuxta arma naues ſculptas, quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare.* (*Machab. lib. 1. cap. 13.*) Quæ cum legiſſet, dubitare alter primùm, tactum ne id ſ... ſuæ gentis ritu, an ex aliarum exemplo? Deinde quamobrem naues inſculptæ Sepulcro? Nam de armis ſuſpenſis aut etiam inſculptis, communis eſt ritus. Tum ego, quod ad morem inquam gentis attinet, res eſt non dubia. Scimus enim Sepulcrum Dauid multis cum loculis, in quibus ingens pecuniarum vis recondita, magnificentiſsimè ædificatum. (*Mauſolea apud Hebræos.*) Legas apud Ioſephum lib. Antiq. Iudaic. VII. capite vltim. in fine; & lib. XVI. capite XV. Coniecturam etiam facit Daniel qui princeps à Dario Conſtitutus, Mauſoleum ſumtuoſiſsimum extruxit, in quo Perſarum, Medorum, & Parthorum Reges ſepeliũtur. Eius autem cura Hebræis Sacerdotibus data eſt. Auctor Ioſephus lib. X. capite. XIIII.

Quamquam trophæa apud Hebræos reperiantur quemadmodum apud gentes. Teſtes ipſi apud Ioſephum lib. XV. cap. X. nam cum Herodes Theatrum, & in eo Cæſaris imagines & trophæa gentium, quas bellando ille deuicerat, collocaſſet; Hebræis indignè ferentibus perſuadere conabatur nihil in ea re ineſſe piaculi. At illi putantes imagines eſſe armis obſitas, quas nunquam toleraſſent, vno ore clamabãt, dicentes, *Licet omnia exiſtimemus tolerabilia, tamen hominum imagines, vel trophæa, non eſſe patrium in ciuitatem admitti profitemur.* Sed hoc verum de eiuſmodi trophæis: nam de alijs, id eſt, de hoſtium ſpolijs vel ſuſpenſis in templo vel etiam in ſepulcris, non item.

Et certè huius etiam Mauſolei, quod Simon exſtruxit rationem expoſuit idem Ioſephus lib. XIII. cap. IX. *Simon ingens Mauſoleum fabricans patri ſuo fratribuſque, ſepulturam ex albo, & polito lapide conſtruxit, opus mirabile, conſpicuumque faciens, cuius & porticus vndique columnis ſuſtentantibus ex vno lapide viſu mirabiles ſtatuit: insuper & pyramides ſeptem parentibus, vel vnicuique Germanorum ſingulas ſuperpoſuit magnitudine vel decore lucentes: quæ hactenus ſeruantur.* Quod autem

Nauiũ ſpolia in tropheis ac tẽplis. ad naues pertinet, quas Simon iuxta arma inſculpendas curauit; illud primum dico, vſitatum fuiſſe nauium ſpolia in trophæis aut templis, ad æternitatem memoriæ, collocari.

Virgilius Virg. lib. III. Georg. de Tropheo Auguſti.

Atque hic vndantem bello, magnumque fluentem
Nilum, ac nauali ſurgentes ære columnæ.

Seruius. Vbi Seruius ſcribit Auguſtum totius Ægypti victorem, ſuſtuliſſe de nauali roſtra ærea, quibus conflatis, quatuor effecit columnas, quæ poſtea à Domitiano in Capitolio ſunt locatæ.

Iuuenalis. Iuuenal. Satyr. X.

Bellorum exuuiæ truncis affixa trophæis,
Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens,
Et curtum temone iugum, victæque triremis
Aplustre, & ſummo triſtis captiuus in arcu.

Liuius. Liuius ab vrbe Condita lib. VIII. *Naues Antiatium partim in naualia Romæ ſubductæ, partim incenſæ, roſtriſque*

earum

earum ſuggeſtum in foro extructū adornari placuit: Roſtraque id templum appellatum. Goropius præterea libro III. Origin. ſcribit nauium fragmenta à Cyrenæis in Hammonis templo dicata. Id vero ad noſtrum morem refert, qui nauium ſpolia, quibus naufragium euaſimus, in templis ſuſpendimus. Quod ad ſepulcra ſpectat, hoc ſolum reperio apud Virgilium *Goropius.* *Virgil.*

At pius Æneas ingenti mole Sepulcrum
Impoſuit, ſuaque arma viro, remumque, tubamque.

Hoc autem ideo factum, quia in ſepulcris eas res incidi mos fuit, quibus ille inſignis habitus eſt, qui inibi ſitus. Itaque naues etiam inſculptas ſepulcris docet Philoſtrat. in Hiſtor. Tyanæi Apollonij. Verum quamobrem Simon parentum Sepulcro ſiue Mauſoleo naues inſculpſerit, non facilè conſtat. Sunt autem qui putent, eo naues inſculptas vt varios multiplicesque vitæ caſus, quos illi ſubierant maximè in bellis ſignificarent. Illos nauium ſimiles eſſe, qui in hoc vitæ ſalo varijs fortunæ caſibus, quaſi tempeſtatibus conflictati, in Sepulcrum tanquam in portum, poſt vitæ naufragium enataſſent. Quæ certè ſententia non humanis magis quàm ſacris litteris probari, & locupletari facile poteſt. *Sepulcra vt olim inſculpta.* *Cur naues inſculptæ.*

Obſcurum enim non eſt humanam vitam in noſtris externisq; litteris nauis ſymbolo ſignificari: & ſæculū iſtud non pauciores quàm mare motus habere: Mortē naufragiū eſſe, in Sepulcro portum ineſſe. Ideo enim rectè Andromacha apud Senecam in Troade, Actu. III.

Fata ſi miſeros iuuant,
Habes ſalutem: fata ſi vitā negant,
Habes Sepulcrum.

Perinde ac dicat, ſi vitæ naufragiū feceris, nō eſt cur animo ſuccūbas, cū ſepulcri habeas portū, quē inuehatis, periculorū omniū ac tēpeſtatū expertē. Arriſit B. Hieronymo Poetæ ſentētia: qui in vita S. Malchi. *Si iuuat,* inquit, *miſeros Dominus, habemus ſalutē: ſi deſpicit peccatores, habemus ſepulcrū.* Sed vnū audito Gregorium qui lib. VI. in Iob. cap. 18. *Poteſt,* inquit

per ſepulcrum non ſolum in hac vita noſtra contemplatio, ſed quies æternæ, & intimæ retributionis intelligi, in quam tanto verius quieſcitur, quanto in nobis corruptionis vita perfectius necatur. Ego vero ita cenſeo, quemadmodum arma ſiue ſpolia ad æternitatem memoriæ columnis Simon impoſuit, vt edita bello facinora poſteris teſtarentur, ita etiam naues inciſas, vt maritimarum vrbium ac gentium, quas prælijs fuderant, ſymbolum præ ſeferrent.

MARTINI DE ROA

EX SOCIETATE IESV, SINGVLARIVM, LOCORVM, AC RERVM,

LIBER QVINTVS.

ARGVMENTVM.

ANTIQVITATIS COGnitionem, cum ad humanas, tum maxime ad Sacras litteras intelligendas, omnino neceſſariam, oſtenditur ex Sacris Doctoribus. Id vero Martini, & Antonij, Iuliani, & Iuſtini congreſſu, & ſermonibus comprehendimus: quo rerum, & perſonarum varietas intentionem legentium remitteret, & occurreret ſacietati. Capitibus autem ſingulas Dialogi partes incluſimus, vt haberet lector, vbi iuſtis lectionis itineribus confectis, tanquam in opportuno diuerſorio conquieſceret. perſonas vero ipſas loquentes fecimus, vt communium illarum

vocum, *INQVAM*, & *INQVIT*, quæ faſtidium parit iteratio tolleretur.

CAPVT. I.

CONGRESSVS MARTINI, ET ANTONII, & quidam ad diſputationem aditus.

Adoleſcentium mores ad antiquam regulā exigebat Lydus, apud Plaut.

ANTONIVS. Ergo ne tandiu tu in palæſtra Martini ſedens & ſilens? ocioſus ne ſpectator in gymnaſium venis, non luctator egregius? ſiue ad leges olei reſpicis, ſiue ad conſuetudinem noſtram, vtrumque peccas: ſed vide quam non ſummo iure tecum agam, age aliquid, excuſaſti. *MARCELLVS.* Mitior tu profecto arbiter, quam ille, apud Plautum in Bachidibus, Lydus Piſtocleri pedagogus, qui adoleſcentum mores ad antiquam regulam ſeuerius exigebat.

Nego tibi, inquit, *annis viginti fuiſſe primis copiam,*
Digitum longe à pedagogo pedem vt efferres ex ædibus.
Ante ſolem exorientem niſi in palæſtram veneras,
Gymnaſij præfecto, haud mediocres pœnas penderes:
Idq, vbi obtigerat, hoc etiam ad malum arceſſebatur malum,
Et magiſter, & diſcipulus perhibebantur improbi.
Vbi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pila.
Saliendo ſe exercebant.

Pueri quibus olim exercerentur in Gymnaſio.

Nihil iniquius quam peccātis diſcipuli labem inferre magiſtro D. Efren in eā rē ſententia.

Ego vero qui poſſim? qui nec puluerem tetigi, nec ita ſum affectus vt poſſim. *ANT.* pulcrè excuſas; ſed iſthuc mox viderimus: nunc illud priſci peccatum ſæculi, quod video in noſtra tempora deriuatum. Quid enim iniquius quàm peccantis diſcipuli labem inferre magiſtro? *MAR.* Vulgi inſipientis hic error, Antoni, non opinio ſapientium. Laudabo Diuum Efren, vt cætera ſileam, qui in libro de vita ſpirituali, ita monet præceptores, de diſcipulorū erroribus laborantes, *Quod ſi ad magnam*, inquit, *malitiam deuenerit, in me-*

moriam

moriam tibi eum reuoca, qui ex Apoſtolo factus eſt proditor: & quis ita perfidus eſt, & iniquus, vt præceptori ruinæ ſuæ cauſam adſcribat, ac non potius improbæ ipſius diſcipuli voluntati? Hæc ille: tu verò quid me in arenam compellis, luctandi inprimis ignarum, & lãguenti præterea ſtomacho laborantem? *ANTON.* Næ tu egregius diſsimulator es Marcelle. Ego te non in arenam & oleum, ſed in Xiſtos, & ſermonem inuito. Scis enim primum genus in gymnaſijs conuerſantium fuiſſe Rhetoras, ac Philoſophos, reliquoſque muſarum amatores, ibi legere, colloqui, interſeque diſputare conſueuiſſe, vt illa Iuuenalis oſtendunt. Satyr. VII.

Rhetores ac Philoſophos verſari ſolitos in gymnaſio.

Sed vos ſæuas imponite leges,
Vt præceptori verborum regula conſtet,
Vt legat hiſtorias, auctores nouerit omnes,
Tanquam vngues, digitoſq; ſuos: vt forte rogatus
Dum petit aut Thermas, aut Phœbi Balnea, dicat
Nutricem Anchiſæ, nomen, patriamq; nouercæ.

Iuuenalis Satyr. VI.

MAR. Rectè mones: nã id opinor cauſæ fuit, cur ſub primã lucẽ pueri palæſtrã adirẽt, quo ſeorſum à viris exerceri poſſent, & reliquũ ſtudijs litterarũ tẽpus impẽdere. *ANT.* Accedit præterea auctoris locupletiſsimi teſtimonium, Galeni XIII. methodi, qui Theagenis cuiuſdam philoſophi Cynici, in Traiani gymnaſio quotidie publicè diſputantis mentionem facit. *MAR.* Non id quidem dubito: ſed ô tu bonus medicus, quis te Galenus, quis Hippocrates informauit? qui grauedini capitis, & languori ſtomachi lectione, & ſermone facias medicinam.

Pueri in Gymnaſium ibant matutini, & cur.

Galenus 13. methodi.

CAPVT. II.

LECTIONE ET DISPVtationibus caput, ſtomachumque iuuari, ex Hippocrate, Seneca, Plinio, Celſo, & alijs.

Lectionē in capitis dolore adhibuit Cælius Aur. in deſtillationibus Senec.

ANT. Delectione Teſtes habeo locupletiſsimos Cælium Aurelianum, & Senecam, quorum ille in curando capitis dolore, Lectionem adhiberi conſuluit; hic verò ad refrenandas quas patiebatur capitis deſtillationes, eandem in vſu habuiſſe ſcribit Epiſtola. XCVII. Iuuat præterea lectio cum pectoris intimas partes (quod vidit acutè Hieron. Mercurialis doctiſsimus Auctor, in Varijs de Arte Gymnaſtica) tum ſtomachum, cuius etiam vitia (vt Celſus ſcribit) corrigit: quandoquidem per ipſam pituitoſa excrementa ſuauiter attenuantur, abſumunturque, & calor natiuus citra vllam violentiam excitatur, & augetur. Agnouit hoc Plinius, qui cum voce atque ſtomacho laboraret, claram lectionem ſubſidio comparaſſe, auctor eſt illius nepos Epiſtolarum lib. IX. in penultima. Atque hæc de clara & vehementius explicata lectione: cæterum quæ ſegnior, & remiſsior eſt, ad eadem fermè conducit, niſi quòd leuius omnia præſtat. De ſermone cuncta fere ſimilia, ſiue contendas vocem, ſiue remittas. Pituitam verò à ſermone conſumi, uel ſputa indicant ex ore loquentium vbertim manantia, quæ partim à capite, partim à ſtomacho, à thorace partim exeuntia, cuncta iſta membra Sermonis beneficio recreari demoſtrant. *MAR.* Agis pulchrè medicum non medicus. Sed ego iſthæc mihi perſuadeam? Non, ſi me doceat Eſculapius: non, ſi ſit auctor Apollo. Niſi verò ita exiſtimas, in capitis dolore, cui cauſa grauedo, legendi, aut loquendi calore, deſtillationes mo-

Stomachi vitia lectio corrigit. Auctor. Plinius.

Sermonis eadem virtus, quæ lectionis

Vt iuuet caput lectio.

ueri,

ueri, ac fluere; ijs caput leuari; maxime ſi per narium atque oris feneſtras ſe ſe foras effundant. De ſtomacho nihil pugno, nam calore natiuo ea exercitatione excitato, neque ſuperfluus humor craſſeſcere, neque concreſcere, neque fæcis in morem ſubſidere poteſt ijs locis, quibus conficitur cibus. Ideo Celſus lib. I. cap. II. Primum huic exercitationi locum attribuit. *A N T.* Vincor Marcelle: non produco quæſtionem, ſed do illam medicis, quibus ſuus etiam in vrbe locus, & ſchola ad Eſquilias, multis imaginibus, atque marmoribus ornatiſsima, vt ex ruinis, & inſcriptis Romæ lapidibus obſeruauère nonnulli. Mihi ſatis eſt vt cauſam obtineam, habitum corporis, vt præclarè Socrates in Theæteto dicit, ab otio, & quiete corrumpi, ab exercitationibus, & motu conſeruari. Nam Eraſiſtrato & Aſclepiadi, ſecus ſentientibus, quid eſt cur aſſentiar? eorum ſententiam Hippocratis oraculo refutāte.

Vt ſtomachū & quare.

Suus medicus in vrbe locus ad diſputandum.

Corpus otio corrumpi ex Socrate & alijs,

M A R. Age ergo, quo ſpectat ingreſsio? *A N T.* Quo tandem, niſi vt te ad palæſtram ſermonis inuitem, & quoniam ſumus in gymnaſio, opportunis diſputationibus colluctemur? *M A R.* Viceras iam diu ſi prædixiſſes: nam id mihi in animo, ab elato è limine pede. *A N T O N.* Quin igitur incipis, & mecum iſta communicas, quæ per hos dies cogitabundus in animo verſas. *M A R.* Cornelium, & Octauium ad ſecundam à prandio expectabam, vt ſeneſceremus? *A N T.* Seneſceremus? hem, quid hoc verbi? Deus omem auertat, volo enim vobis Phœbi iuuentam, & florem iſtum, verque nitidum, vernantem ſemper, ſemperque virentem. *M A R.* Facetum ſane ac bellum hominem. Iacis obſcurè mihi iſtam hyemem vultus, & Autumnum ingenij, cum totus floreas, & vernes forma, indole, doctrina. Ego verò, neque maturari mihi ſenectutem cupio, aut vetuſtatem quaſi vino edentulo, vt eſt apud Plautum, irrigari, neque amicis tam cito ætatem deflореſcere: ſed vti de Scipione ac Lelio Cicero, repueraſcere ſolitos dixit, cum rus ex vrbe euolaſſent, & conchas & vmbilicos ad Caietam, atque

que Laurentum legerent, ita nos ſeneſcere velle cum ad euoluendam antiquitatem accederemus. Neſcire enim, vt aiebat in Oratore Cicero, quid ante quam natus ſis acciderit, hoc eſt ſemper eſſe puerum. Fecit hoc præcipuum ſenis Horatius in Arte, cum de eo loquens ita cecinit. *Laudator temporis acti*. Hanc ita Cornelius & Octauius tenent, vt nihil ſupra. *ANT*. Hui, ſi ante nominaſſes: eccum vtrumque. Satin ſalue Corneli? *COR*. Satis, cum vos ſaluos, & quod boni ominis eſt, letos, lubenteſque videmus. *OCTA*. Et quod peroptatò contingit, in gymnaſio, vbi ceſſare ſine dedecore non licet, niſi ei, qui prorſus omne decus abiecerit, pudorem exuerit. *MAR*. videris legiſſe animum vtriuſque: id enim nuper inter nos ego & Antonius. Sed quid potiſsimum? poſterioris ne ſæculi res, an prioris? *OCT*. Recentium memoriam nemo non tenet, veterum multi deſiderant: audeo dicere ipſas litteras ſine iſta cognitione, non litteras; neque iuris ciuilis ſcientiam, neque Philoſophiam, neque Theologiam quidquam eſſe, præter muta quædam & ignora Scientiarum ſimulacra, ſi deſit. *COR*. Latinæ orationis facultatem niſi ex Veterum ſcriptis comparari non poſſe, quis dubitet? Hæc vero intelligi ſine antiquitatis cognitione, non queunt.

Senis ingenium,

Litteras omnes ſine antiquitatis cognitione nihil penè eſſe.

(.?.)

CAPVT

CAPVT. III.

IVRIS CIVILIS SCIENtiam ex antiquitatis cognitione pendere. Quid ſit apud Iureconſultos, Munus edere: Quid, Leuato velo iudicare, ex Clemente Romano, & Beato Baſilio.

Iuris ciuilis ſcientiam antiquitate niti, & quare.

Budæus laudatus.

Locus ex L. Charidemus tract. de Pollic. ignoratus ab Accurſio et Bart. explicatus à Budæo.

ANT. Iuris autem & iuſtitiæ ſtudioſis maximè neceſſariam hanc partem eſſe, tam manifeſtum eſt, vt præſtantiſsimorum iuriſcōſultorū teſtimonia pigeat recitare. Quā multa in duodecim tabulis, in edictis, in legibus Imperatorum, quæ niſi lumine antiquitatis illuſtrentur, iaceant in obſcuro: & cæcos magiſtros, interpretes legum in errorem inducant. Vnus mihi inſtar ſit omnium Budæus, qui iuris non magis, quam antiquitatis conſultus cum eſſet, notis vetuſti ſæculi inuoluta iura explicauit, ab ijs etiam ignorata, quos iuris non interpretes, ſed auctores ætas poſterior iudicabat. COR. Quam multa Iuriſconſulti peccauerint, antiquitatis ignoratione decepti, ipſi viderint, qui iura tractant: modo non ſint in ijs, quas dicimus, litteris, plane rudes & peregrini. In Lege, Charidemus, Tract. de Pollicitat. Ita legitur: *Charidemus reſpondit ex Epiſtola, quam muneris edendi gratia abſens quis emiſit, compelli eum ad editionem non poſſe.* Quid hic Accurſius & Bartolus iuriſconſultorum ocelli? nihil prorſus vident: neque quid munus ſit, aut editio muneris, intelligunt. Munus enim hoc loco gladiatorum ſpectaculum ſignificat, quod olim magiſtratus quaſi honorem ſibi à Populo habitum remuneraturi, in Anphitheatris edebant. Plenæ teſtimoniorum hiſtoriæ. Vidit etiam Budæus in ſuis ad Pandectas annotationibus: ſed illud de ratione iudicandi ſublato velo, cuius in legibus mentio, quid ſit, videre nonnulli: ſed quare, non item.

Locus ex l. pennlt. Cod. de naufragijs explicatus.

Honorius enim Imperator l. Penul. C. de Naufragijs lib. II. *De ſubmerſis*, inquit, *nauibus decernimus, vt leuato velo, iſtæ cauſæ cognoſcantur.* Accurſius & Platea in legem, & Alciatus De verbor. ſignificat. Leuato velo interpretantur, ſummatim, quaſi deplano: & Collector adagiorum ſubſcribit: nemo autem omnium velum reuelat, nemo quid ſit leuare velum exponit, neque prouerbij reddit Originem. Ea autem huiuſmodi.

Prouerb. Leuato velo iudicare, eius origo aperta, ex antiquo more de capite iudicandi.

Seruatum olim apud Romanos, vt qui de capite iudicaturi eſſent, velum ad deliberandum & ſcribendam ſententiam obducerent, & eo reducto de tabella recitarent. Quare cum ad grauiorum cauſarum cognitionem velum obduceretur, vt cum peritis iuris Prætor de ſententia cõſultaret, neque id in leuioribus cauſis facere conſueſſet, ſed de plano etiam è tribunali deſcendens, ſummatim cauſas cognoſceret, inde ductum, vt de plano, & leuato velo iudicare dicãtur, qui ſummatim, & nõ obſeruata agẽdi cõſuetudine, aut definita ratione, iudicaret. Narratur id feciſſe Lyſias Proconſul in Actis Martyrum, apud Baronium Cardin. Tomo II. & Clemens Rom. confirmat Apoſt. Inſtitut. lib. II. cap. LII. cum de gentium iudicijs loqueretur. *Ille vero*, inquit, *ſi fatetur ſe feciſſe quod queritur crimen, non ſtatim mittitur ad ſupplicium: imo pluribus diebus cum multa deliberatione, & interiecto velo inquiritur in eum.* Eadem ferme Beatus Baſilius Epiſtola LXXIX. ad Euſtathium: *Qui rerum*, inquit, *in hoc mundo potiuntur, quando facinoroſum aliquem morte ſunt adiudicaturi, cortinas obducunt, & expertiſsimos quoſque ad cauſæ tractationem aduocant.* Lipſius aliter interpretatur in Tacitum lib. XIII. & leuato velo, putat idem eſſe, quod palam, omnibus admiſsis. Nam vela olim prætenta imperatorum foribus, vti apud nos Principum virorum cubiculis: Suet. in Claudio cap. X. *Prorepſit ad ſolarium proximum, interq; foribus prætenta vela ſe abdidit.* Seneca Epiſt. XVIII. *Non crepuit ſubinde oſtium, non allenabatur velum.* Idem apud Lampridium in Eligabalo, & Alexandro reperias. Sed hæc vberius lib. II. Vbi de veſtitu veteri iudicantium.

Baronius Cardin.

Clemens Roman.

B. Baſilius.

Lipſius.

Suetonius.

Et

Et vero, Antonj, hac in cauſa Iuriſconſulti, maxime qui recentiore memoria floruerunt, ſecundum te litem dabunt: ſed Theologi, & quidam præterea faſtidioſe Chriſtiani te ex iure manu conſertum in iudicium adducent, & tecum agent iniuriarum, quod externorum gregem inuitis in ædes obtrudas; qui falcem in alienas meſſes immittant. *ANT.* At ego meliori ſtatu cauſam eſſe meam non optarim, quam vt quibus ij mihi accuſatoribus crimen intenderint, ijſdem ipſe refellam. *MAR.* Sane quidem, Antoni, nam illis (denuntio iam nunc) res non erit cum Græcorum, Romanorum ve gymnaſio, neque cum Athenarum Areopago, neque cum Ægyptiorum ſchola, aut Perſarum, neque cum Poëtarum fabulis atque externorum hiſtorijs, aut veterum monumentis Philoſophorum: ciuilibus armis, & domeſtico ſunt Marte vincendi.

CAPVT. IIII.

DE HVMANÆ SAPIENTIÆ NECESSArio vſu, B. Baſilij, & Gregorij Nazianzeni ſententia.

ANT. Externorum ſine numero teſtis, ſed ij facile refutantur: nam vt ſuum cuique pulchrum, ita hominem in ſua cauſa teſtimonium dicere, ſuſpicioſum. Producamus igitur noſtros, & cuiuſmodi lege iubentur, honeſtos inprimis, & qui neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ cauſa ducantur. An non eiuſmodi Baſilius Eccleſiæ lumen pariter atque columen? is igitur Homil. de legend. lib. Gentilium, tum & Poëtis & Oratoribus, & quibuſuis alijs docuiſſet vtendum: *Veluti plantis, inquit, quibus propria virtus eſt fructu pulcherrimo ſcatere, folia nihilominus* *B. Baſilij teſtimoniũ.*

ramis coniuncta quendam ferunt ornatum: ſic & anima cui præcellens quidem veritas fructus eſt, non ab re tamen exteriore ſapientia circundatur, ſicut folijs quibuſdam, vmbram fructui, ac aſpectum non intempeſtiuum præbentibus. Dicitur enim & Moſes ille, cuius eſt in ſapientia nomen apud omnes homines maximum, Ægyptiorum diſciplinis mentem exercitatus, ita ad eius, qui eſt, contemplationem proceſſiſſe, ſimiliter autem & in ſequentibus temporibus, Danielem Babylone Chaldæorum ſapientiam dicunt didiciſſe, tunc denique Diuinas attigiſſe doctrinas.

Moſes Ægyptiorũ diſciplinis inſtructus.

Daniel Chaldæorum literas didicit.

Facit à Baſilio doctiſsimus æquè atque ſanctiſsimus auctor Gregorius Nazianzenus, qui Baſilium ipſum in funere laudans: *Illud*, inquit, *inter omnes ſanæ mentis homines conſtare arbitror: eruditionem inter humana bona primarium locum tenere: non de hac noſtrate ſolum ac nobiliore loquor, quæ contemto omni ſermonis lepore atque ornamento, ſalutem vnam, earumque rerum, quæ ratione atq; animo intelliguntur, pulchritudinem arctiſsime complectitur: ſed etiam de externa, quam pleriq; Chriſtiani prauo quodam iudicio; vt inſidioſam ac periculoſam, & procul à Deo auertentem repudiant.* Et paulo poſt: *Quamobrem non idcirco contemnenda eſt eruditio, quod ita quibuſdam videatur, quin potius inſulſi & præpoſteri habendi ſunt, qui hoc exiſtimant, omneſq; ſui ſimiles eſſe optarint, vt priuata eorum ignorantia communis ignorantionis tenebris obtegatur, nec quiſquam ipſorum inſcitiam prodat & coarguat.*

Eruditio inter humana bona primũ locum tenet.

Inſulſi habẽdi qui eruditionem negligunt.

Quid? non ne funeſta illa generis humani fax furiarum tædis accenſa Iulianus, non tam Imperator, quam euerſor Imperij, eo ſpectabat, cum Chriſtianos Græcorum ſapientiam edicto vetabat attingere, & Græcari ſuum eſſe dicebat, barbariem noſtram, vt illud etiam robur Chriſtianis auferret? Auctorem habeo quem proxime laudaui Gregorium, prima in Iulianum. *Atq; vtinam*, inquit, *mihi amiciſque meis politioris litteraturæ robur adſit, quod primum poſt id, quod principem locum tenet, amplexatus ſum atque amplexor: hoc eſt, poſt diuinam. Vnde*

Iulian' Chriſtianos vetabat Græcorum ſapientiam attingere.

igitur

igitur hoc tibi in mentem venit, homo omnium leuiſſime, & in explebiliſſime, vt ſermonis, & doctrinæ humanitatis ſtudiis Chriſtianis auferres? vnde, & qua ex cauſa? Quis Mercurius Logius vt ipſe dixeris, hoc tibi in mentem induxit? qui Corybantes peruerſi & inuidi Dæmones, &c. Vides quam acriter in hæreticum inuehatur. COR. video atque hoc amplius: facere illos abſurde, qui iſtam ſapientiam Chriſtianis faſtidioſius exprobrant, cum eius ignorationem exprobrare potius debuiſſent. Sed hi vt opinor in eam partem potius peccant vt neſciant, quam vt improbent. Sed homine imperito, vt aiebat Comicus, nihil quidquam iniuſtius; qui niſi quod ipſe facit, nihil probat. Sed ijs ego cum Euripide reſponderem, qui poſtulante Athenis populo, vt ex tragedia quæ tunc agebatur, ſententiam aut tolleret, aut mutaret, progreſſus in ſcenam dixit, ſe vt populum doceret, non vt ab eo diſceret, tragedias ſolere componere. Eruditis verò dicam quod frigenti ad populum diſcipulo dixit tibicem Antigenidas, Mihi cane, & Muſis.

D. Gregor. Naz. in Iulianum inuehitur.

Abſurdè faciunt, qui externam ſapientiã Chriſtianis exprobrant.

Euripidis acutè dictum, & liberè.

Antigenidæ opportune dictum.

CAPVT. V.

AMBROSII, HIERONYMI, CHRYſoſtomi, Auguſtini & aliorum in eadem cauſa teſtimonium.

OCT. Præclare tu iſta Corneli, ſed audiamus ſi placet Ambroſium, non fide minore quam dignitate Doctorem, pro ſe ipſo in eadem cauſa dicentem. *Qui cum in fide*, inquit lib. III. de fide, *nihil quod vituperare poſſet inuenerit, aliquid in ſermone reprehendit, agnoſcat, non ſolum ſententias, ſed etiam verſiculos*

Ambroſij teſtimonium.

Poetarum ſcipturis inſertos diuinis. Nam & Gygantes & vallem Titanum prophetici ſermonis ſeries non refugit: & Iſaias Sirenas, & filias paſſerum dixit: & Hieremias de Babylone memorauit quod habitabunt in ea filiæ Sirenum; vt oſtenderet Babylonis, hoc eſt, confuſionis ſæcularis illecebras, venuſtis laſciuiæ fabulis comparandas. Laudat Paulus, vt Hieronymus in Iouinianum dixit, Poetas: Epimenidem, aut Calimachum, Aratum, & Menandrum

Poetæ quos laudat in Epiſtola Pau.

Quod ſi aliquis contradicit, exponat, (inquit Hieronim. ad Gal. III. *quomodo de communi opinione non ſit ſumtum vallis Titanorum in libris Regum, & Sirenæ & Ænocentauri in Iſaia, Arcturus; & Orion, & Pleiadas in Iob, & cætera his ſimilia, quæ vtique vocabula gentilium fabularum, & cauſas & originem habent. Quis autem neſciat.* (Loquitur idem Hieronymus in libro de Optimo genere interpret.) *in Moyſis, & Prophetarum voluminibus quædam aßumpta ex Gentilium libris, & Salomonem ex Philoſophis Tyri, & nonnulla propoſuiße, & aliqua reſpondiſſe? Vnde in exordio Prouerb. commonet, vt intelligamus ſermones prudentiæ, verſutiasque verborum, Parabolasque, & obſcurum ſermonem, dicta ſapientum, & ænigmata, quæ propriè dialecticorum, & Philoſophorum.* Hæc ille, quæ eadem Chryſoſtomus in Epiſtolam ad Titum, Homilia. III. Et ſermone præterea XXI. in illud Epheſ. VI. *Nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina:* Non tantum in ſcripturis diuinis, ſed in Græcorum etiam, & Philoſophorum doctrina docet erudiendos.

Hieronimus

B. Chryſoſt.

Auguſtinus Non præteribo Auguſtinum, vt ſanctitatis, ita doctrinæ luce omnia colluſtrantem, quem ego vnum ab his, qui ſecus opinantur, tractari vellem; vt ſaperent, non alieno malo, vt eſt in Prouerbio, ſed tan multo & tan magno bono doctrinæ. Multa hic in II. de Doctrina Chriſtiana: ſed libabo perpauca. *Hiſtoria* (inquit capite XXVIII.) *plurimum nos adiuuat ad ſanctos libros intelligendos, etiam ſi præter Eccleſiam puerili eruditione diſcatur.* Cap. autem IIII. *Philoſophi autem* (inquit) *qui vocantur, ſi qua forte vera*

vera & fidei noſtræ accomoda dixerunt, maximè Platonici, non ſolum formidanda non ſunt, ſed ab eis etiam tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum vendicanda. Deinde eruditionem iſtam auro, argento, & veſti comparat, quam ab Ægyptijs Dei populus extulit. *Ac non ne,* inquit, *aſpicimus, quanto auro & argento & veſte ſuffarcinatus exierit Ægypto Cyprianus Doctor ſuauiſsimus & martyr beatiſsimus? Quanto Lactātius, quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? vt de viuis taceam, quanto innumerabiles Græci? Quod prior ipſe fideliſsimus Dei famulus Moyſes fecerat, de quo ſcriptum eſt, quod eruditus fuerit omni ſapientia Ægyptiorum.* Quippe non Ægyptijs modo, ſed etiam Græcis, Aſsirijs, Chaldæiſque litteris eruditum fuiſſe, docet Philo Iudæus, lib. 1. de vita Moſis.

Humana ſapientia auro argentoq́, & veſti Ægyptiorum comparatur ab Auguſtino.

Dies nos prius quam ſermo deficiat. Quid enim iudicem obruamus potius teſtibus, quam doceamus? Quid Ioſephum, Philonem, quem Hebræum Platonem appellabat antiquitas, quid Originem, Bedam, Iuſtinum, Martyrem, Clementem Alexandrinum, Euſebium Cæſarienſem, Arnobium, Tertullianum, alioſque commemorem? quorum eruditio tantam rebus etiam ſacris lucem attulit, quanta ſi caruiſſet Eccleſia, magno certè caruiſſet tum præſidio, tum etiam ornamento. Quamquam quid eſt, cur ita exiſtimemus, nos à Poetis, Philoſophis ve Græcis, Ægyptijs, externiſque alijs litteris ſapientiam mutuari, non vero quaſi noſtrā & in alieno ſolo repertam iudicio recuperatorio vindicare?

Viri ex noſtris eruditione preſtātes.

(.·.·.)

CAPVT. VI.

PHILOSOPHOS VETERES ac Poetas multa ex noſtris litteris accepiſſe. Platonem à Hieremia Propheta noſtras litteras edoctum, Ambroſius & Auguſtinus exiſtimant. Solis currum ex Heliæ curru traductum. Auctores Beda, & Chryſoſtomus.

COR. Præclare tu Octaui, nam & Diuus Gregorius Nazianzenus Oratione. I. in Iulianum, Ægyptiorum & Phœnicum, & Græcorum eruditionem noſtram eſſe cõfirmat: & ſtat ab eo Hieronymus in illud Amos. V. Et iuſtitiam in terra poſuit. *Ego,* (inquit) *puto ex hoc loco etiam Gentilem Poetam furatum fuiſſe, qui de ruſticorum ſimplicitate & beatitudine differens intulit:*

Greg. Nazianzen. *Hieronymus*

Extrema per illos
Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit.

Beatus vero Auguſtinus XXVIII. cap. lib. II. de Doctrina Chriſtiana: *Nonne* (inquit) *memoratus Epiſcopus* (de Ambroſio loquitur) *conſiderata hiſtoria gentium, cum Platonem reperiſſet Hieremiæ Prophetæ temporibus profectum fuiſſe in Ægyptum, vbi tum ille Propheta erat, probabilius eſſe oſtendit, quod Plato potius noſtris litteris per Hieremiam imbutus ſit, vt illa potuiſſet docere, vel ſcribere, quæ iure laudantur.* O C T A V. Perinde atque obſcurum ſit veteres Poetas, ignoratione veri deceptos, ſacras Hiſtorias in ſuas fabulas tranſtuliſſe.

Platonẽ Hieremiæ tẽporibus in Ægypto fuiſſe, & ab eo videri didiciſſe quæ ſcripſit.

Id adeo verum, vt dixerit Tertullianus in Apologet. Philoſophos veteres inſtrumentum vetus interuertiſſe, & in ſuas ſententias adulteraſſe. Sed audi tandem aliquando Ioſephum libro .I. contra Apionem. *Pytagoras igitur Samius, cum ſit antiquus quidem ætate, ſapientia*

vero, & Diuina pietate Philoſophos omnes excellens, non ſolum quæ noſtra ſunt agnouiſſe manifeſtus eſt, ſed etiam æmulatus ea ex multis apparet. Et quidem Hermippus libro. I. de Pythagora, cum quædam eius dogmata retuliſſet; *Hæc autem*, inquit, *agebat, & dicebat Iudæorum, & Thracum opiniones imitatus ac transferens in ſe ipſum. Dicitur enim verè, quod ille vir multas Iudæorum leges in ſuam tranſtulit Philoſophiam. Fuit autem etiam per ciuitates non ignota gens noſtra: & multi iam mores ad quaſdam tranſierunt, & æmulatione digni à nonnullis habebantur. Quod manifeſtat Theophraſtus in his, quæ ſcripſit de legibus. Ait enim, quia prohibent Tyriorum leges, & peregrino ſacramento iurare: inter quæ ſacramenta cum quibuſdam alijs etiam iuſiurandum, quod Corban appellatur, enumerat: apud nullos autem hoc inuenitur iuramentum, niſi apud Iudæos; quod interpretatur ex Hebraica lingua, Donum Dei.*

Loquatur venerabilis Beda libro de XXX. quæſtionibus, quæſt. XXVIII. *Solent* (inquit) *Gentiles pingere, & facere ſimulachrum ſolis, vt puerum inberbem in curru ponentes. Equos eidem quaſi curru in Cælum potente ſubiungunt. Cui præterea pueri aptant imaginem, quod ſol quotidie nouo ortu natus non ſeneſcat: vt autem eidem currum, & equos tribuant de miraculo ſumptum eſt Heliæ, qui curru, equiſque igneis ſumptus eſt in Cælum, quod Ioannes Conſtantinopolitanus annumat, Græci enim Helios Sol dicitur, ſicut Sedulius cecinit de aſcenſu Heliæ.*

Solis effigies & vnde.

Solis equi, et currus ex Heliæ Hiſtoria Ioan. Conſtantinopol.

Quam bene fulminei prælucens ſemita Cæli
Conuenit Heliæ, merito qui & nomine fulgens
Hac ope dignus erat: nam ſi ſermonis Achiui
Vna per accentum mutetur littera, Sol eſt.

Solis et Heliæ nominũ cognatio apud Græcos.

Audientes Græci ab Iſraelitis quos diuinas habere litteras fama prodebat, prædicari quod Helias igneo curru, & equis ſit igneis ad Paradyſum, non ad cæleſtia translatus, vel certe hoc ipſum inter alia depictum in pariete videntes, crediderunt vicinia decepti nominibus ſolis, hic tranſitum per Cælos eſſe deſignatum, & miraculum diui-

diuinitus factum commutauerunt in argumentum erroris. Hæc illc: quæ mutuatus certe videtur à Beato Chryſoſtomo, qui trecentos & amplius ante ipſum annos, eadem ſcripſit. Nam Homilia de aſcenſu Heliæ. *Hinc*, inquit, *poetas, atq; pictores, in figuranda ſolis imagine exempla credo duo ſumpſiſſe. Qui curru, atquè equis fulgentibus ipſe rutilans, atquè radians, & fluctu Oceani ſublenatus inter prærnptos montium ſcopulos euadens, quaſi ad cæleſtia videtur aſcendere, in ſimilitudinem luminis eius inductus. Sol enim Græco ſermone Helios appellatur. Vnde Helias vere Helios; quoniam curru, atquè equis fulgentibus igne de Oceani fluctu, ideſt, de mundi commotione, per montium ſcopulos, ideſt, per magnorum laborum difficultates progrediens, ad cæleſtia deuectus aſcendit:* Sed ne ſingula conſecter Tertullianum tantum, audite in Apologetico, qui in hanc ſententiam pulcrè. *Hoc nihil proficit veritas præſtructa Diuinæ litteraturæ, quo facile credam theſaurum eam fuiſſe poſteriori cuiq; ſapientiæ. Et ſi non onus tamen voluminis temperarem, etiam excurrerem in hanc quoq; probationem. Quis poetarum, quis ſophiſtarum, qui non omnino de Prophetarum fonte potauerit? Inde igitur Philoſophi ſitim ingenij ſui rigauerunt, vt quæ de noſtris habent, ea nos comparent illis,* &c. *Et homines gloriæ, vt diximus, & eloquentiæ ſolius libidinoſi, ſi quid in ſanctis ſcripturis offenderunt, digeſtis ex inproſtituto curioſitatis ad propria verterunt, neq; ſatis credentes diuina eſſe, quo minus interpollarent: neq; ſatis intelligentes, vt adhuc tum ſub nubilo etiam ipſis Iudæis obumbrata, quorum propria videbantur. Nam & ſi qua ſimplicitas erat veritatis, eo magis ſcrupuloſitas humana fidem aſpernata mutabat: per quod incertum miſcuerunt etiam quod inuenerant certum.* Quis igitur dubitare audeat, quin fabulas illi ſuas ex veritate traduxerint?

B. Chryſoſt.

Tertullianus

(§.)

CAPVT.

CAPVT. XII.

DEVCALIONIS FABVLAM EX NOEI *diluuio deriuatam: Bachi ex alijs oraculis ſacris. Eliſios campos ſinè fortunatas inſulas ex Paradiſo. Scyllæ, ac Niſi commentum ex Samſonis hiſtoria.*

MAR. Et Iuſtinus Martyr Apologia I. pro Chriſtianis, Deucalionis docet fabulam ex Noëi duluuio deriuatam. Lucianus autem in Dea Syria, veniſſe ait ad Deucalionē eluuionis tempore aues, beſtiaſquè omnes: & quæcumquè ſacra narrat hyſtoria, in fabulam conuertuntur. *Deucalion,* inquit, *ſolus hominum relictus in ſecundam videlicet generationem, prudentiæ ſimul, & pietatis gratia. Seruatus autem fuit hoc pacto: arcam quandam magnam, quam ipſe habebat, impoſitis in eam & liberis, & vxore ſua conſcendit. Cæterum cum ipſe ingrederetur, venerunt eodem & apri, & equi, & leonum genera, & ſerpentes, aliaquè quæcumquè tellure paſcuntur bina ex vnoquoque genere cuncta.* Hæc Lucianus: at Ioſephus in Antiquit. libris Hieronymum Ægyptium, & Nicolaum Damaſcenum auctores Ethnicos pro diluuio laudat.

Lucianus.

Ex veritate in fabulam conuerſa à Luciano in Dea Syria.

Ioſephus, Hyer. Ægyptius, & Nicol. Damaſcenus.

Quæ verò de Bacho veteres commenti ſunt, ea ex ſacrarum deſumta oraculis litterarum, idem qui ſupra Iuſtinus Mart. oſtendit Apolog. II. *Veteres*, inquit, *his prophetijs auditis confinxerunt Bachum ex Ioue natum vites inueniſſe, vinum attribuendo eius myſterijs: ipſum vero poſtquam conceptus eſt, cælum aſcendiſſe: nempe quia didicerunt ex Moyſe, qui eos anteceſsit. Non deficiet ſceptrum de domo Iacob*: & quæ ſequuntur: Nam de Iano, quem vere Noeum fuiſſe vulgatum etiam eſt: nihil attingam. De cæteris, auctores habeo complures, & Ambroſium præſertim Epiſt. lib. II. epiſt. VII. &

Bachi fabulæ ex ſacris oraculis. Iuſtin. Mart.

Ianus vere Noe.

Tt Clemen-

Clementem Alexandrinũ in Stromatis,qui affirment Veteres Poetas, ac Græcos præſertim, quæcumque pulcra habeant, à noſtris litteris tranſtuliſſe. An non ex Moſaycis libris Paradiſum accepiſſe Veteres, prodit Nazianzenus in laudatione Baſilij? quamquam appellationem illi aliam indiderunt. Nam & Elyſios campos, & fortunatas, ac beatorum inſulas appellarunt. Elyſius enim quaſi, *Alyſios kæ apoliſios tes kolaſeos*, Quod à pœna ſoluat, quod ſi Samſonis imaginem, alienam depereuntis feminam, ſucciſos capillos, amiſſam fortitudinem, ac libertatem intueri velis, vbi te ad Scillæ, ac Niſi parentis fabellam retuleris, non ouum tam ouo ſimile dixeris, quam alteram alteri narrationem. Scylla enim purpureum capillum, in quo totius regni fatum ſitum putabatur, parenti Niſo reſecuit, & hoſti, quem ſibi coniugem, inuito patre, parabat, per fraudem obtulit. Cætera ex Ouidio, & alijs. Herculis autem labores, vires, & ærumnas, ex Samſonis hiſtoria Poetæ Veteres depinxere. Nam eadem tempeſtate vixerunt: vt ſcribit Geneb. lib. I. Chronolog. Hunc autem, ob admirabilem fortitudinem putatum dicit Herculem Auguſtinus. XVIII. lib. de ciuitate Dei c. XIX.

Paradiſus veteribus Eliſij campi. ſiue fortunatæ inſulæ

Scillæ ac Niſi fabula ex Samſonis hiſtoria, qui verus Hercules

CAPVT

CAPVT. VIII.

TANTAM INTER SENtentias etiam, ac Verba interdum Ethnicorum Theologorum & Sacras litteras ſimilitudinem, vt facile appareat ex noſtris litteris acceptas. Ouidij locus. l. Metam. ex Gen. cap. XVIII. expreſſus. Dies extremi iudicij prædictus à Sophocle, & Philemone.

TANTA porrò inter nonnullas diuinæ Scripturæ hiſtorias (vt ſcribit Doctiſsimus pariter, atque grauiſsimus auctor Benedictus Pereira in Geneſim) atque inter quaſdam priſcorum poetarum fabulas ſimilitudo eſt, vt facile, aſſentiar, eorum, quæ in ſacra Scriptura continentur, non pauca fuiſſe nota veteribus illis Ethnicorum Theologis, ac ſapientibus, vel ex ſacrorum librorum lectione, vel antiqua traditione, famaque, aut fortaſſe ex Doctrina Chaldæorum, & Ægyptiorum, quibus propter diutinam apud eos commorationem multa Iudaicæ diſciplinæ non ſolum pernotuerunt, verum etiam adhæſerunt. Ouidius lib. I. Metam. Iouem in cæleſti Deorum conſeſſu querentem inducit, omnia eſſe in terris ſcelerum plena. Quibus autē verbis Moyſes, Deum hoc loco, de gente Sodomorum loquutum eſſe narrat cum Abraham, iiſdem penè Iuppiter apud Poetam loquitur.

Benedict. Pereira, in cap. 18. Geneſeos

Ouid. locus 1 Met. expreſſus ex Gen. cap. 18.

Contigerat noſtras infamia temporis aures,
Quam cupiens falſam ſummo delabor Olympo,
Et Deus humana luſtro ſub imagine terras.

Sacræ autē litteræ ſic: *Dixit itaque Dominus clamor Sodomorū, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcendam & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere complerint: an nō eſt ita, vt ſciā.* Heſiodꝰ. quē Diuinū appellāt, trāſtuliſſe multa videtur. In Oper. & Die.

Nec vnquam iuſtos inter homines fames verſatur,
Neque noxa.

Pſaltes vero noſter Pſal. 3ſ. *Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.* Hic etiam Pſalmo II. *Et nunc Reges intelligite; erudimini qui iudicatis terram.* Ille vero:

O Reges, conſiderate etiam ipſi
Iuſtitiam hanc, &c.

Item Pſal. LXXI. *Adhæſit anima mea poſt te.* Heſiodus vero:

Non amplius reſpectans ad coætaneos, ſed in opere
Animum habens.

Theocrytus adhuc expreſsius:

Operi inſuper animam affixam habui.

In noſtris, per terram lacte & melle manantem, rerum omnium abundantiam explicamus: audi Poetas, & Principem in primis Virg. Egloga. III.

Mella fluant illis, ferat rubus aſper amomum
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Ouidius I. Metamorph.

Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.
Flauaque de viridi ſtillabant ilice mella.

Sed puto ſi hæc perſequar, non minora me volumina cõfecturum, quam ſunt ab illis edita, dequibus ſermo eſt. Quid? nonne multa etiam ex fidei noſtræ myſterijs, apud Poetas reperias? Audi Sophoclem, à quo extremi iudicij dies prædictus eſt in hunc modum.

Erit enim, erit illud ſæculorum tempus,
Cum plenum ignis theſaurum laxabit
Igneus æther: paſtuquè flamma
Omnia, & terreſtria, & ſublimia
Comburet inſaniens. Vbi deinde deſierint omnia,
Nuſquam erit fluctuum omnis gurges;
Eritque terra ſedibus deſerta, nec amplius
Volucrum genus portabit, dum ardebit.
Nam ad inferos duas ſemitas exiſtimamus
Vnam iuſtorum, alteram iniuſtorum

His

His autem plane conſonant illa Philemonis, quibus Deum omnium Dominum, omnia cernentem, omnia que iudicantem ſcripſit:

Philemonis De extremo iudicio ſententia.

Putas ne tu mortuos ô Nicoſtrate,
Omnibus delitijs in vita potitos,
Terra ita tectum iri, vt deinceps in omne tempus
Effugerint, numen tanquam latuerint?
Eſt æquitatis oculus, qui omnia videt:
Si enim iuſtus, & impius eadem conditione futuri ſunt,
I, rape, furare, frauda, miſce.
Errare noli: eſt apud Inferos iudicium,
Quod faciet Deus omnium Dominus,
Cuius nomen formidabile ne nominare quidem auſim

Animaduertit hoc ipſum B. Aug. qui lib. II. de ciuitate Dei, cap. XXVII. vnam quandam apud Virgilium ſententiam ex Euangelio Chriſti expreſſam admiratur. Sed hæc & multa eiuſmodi, volutanti libros tam ſunt ad manum, vt non videantur pluribus perſequenda: præter quam quod à nobis multis in locis, pro vt occaſsio tulerit, oſtendentur. Locupletandi autem huius loci materiam ſuppeditabit Eugubinus de peremni Philoſophia. Theodoretus de curanda Græcorum affectione: quam eò minus mirabitur, qui animaduerterit Phœnices, Ægyptios, Chaldæos, à quibus Græci etiam didicerunt, Hebræis præceptoribus didiciſſe: Anaxagoram, Pythagoram, Platonem ab Ægyptijs, Hebræisquè Theologis, Orphæum etiam, Muſeum, Linum Poetam, aliosque complures, ijſdem Doctoribus Diuinam ſapientiam percepiſſe.

D. Auguſt. ſententiã ex Euangelio apud Virg. reperit.

Theod. lib. 1 de Princip. Eug. lib. 7. de Perẽ. c. 9.

CAPVT. IX.

HEBRÆOS A GENTIbus multa etiam accepiſſe. Multa ex ſacris litteris carmine conſcripta, quæ ſine Poeſeos cognitione aptè explicari non queunt. Reſponſio ad obiecta.

ANT. Quamquam negari omnino nõ poteſt, quin Hebræi multa etiam ab Ægyptiorũ moribus cũ quib9 400. ipſos annos verſati ſunt, aut etiã ab Aſsyrijs & Chald. quorũ in ſeruitute ſatis diu fuerunt, ſiue etiam à Græcis, quorum diſciplinis interdum, tametſi non palam, erudiebantur (vt Ioſephus ſcripſit Antiq. libro XX. cap. vlt. & lib. II. contra Apionem) in ſuos mores traduxiſſe, vti ſupra diximus de Romanis. Sed exempla tametſi multa & perſpicua ſunt, ea vt ſe dederint exponentur. Hanc tantum non prætereo coniecturam, Abrahamum cum ab Aſsyrijs, ſiue Chaldæis originem duceret, non eſſe abſurdum exiſtimare, multa ex ſuis, ſed mutata in melius, poſteris tradidiſſe.

Hebræi Græcis litteris erudiebantur interdum

Abrahamus multa ex ſuis poſteris tradidit.

OCT. Probo certè argumento, ſed quid ſacris litteris cum Poetis? Quærunt hoc ſatis multi, quæſituri fortaſſe pauciores, ſi aut quæ à nobis ſunt explicata ſuperius calluiſſent: aut innumera in ſacris, Poetarum more, & ſpiritu dicta, animaduertiſſent. Doctas B. Petrus fabulas appellauit, hoc eſt, Doctrinæ, eruditioniſque plenas. Quid? non ne Iobus ille illuſtriſsimum ſanctitatis exemplar, maximam partem eorum, quæ ſcripſit, Heroicis, vt auctor eſt in eius prologo Hieronymus, verſibus comprehendit? Non ne Hieremiam grauiſsimum, ac ſeueriſsimum Vatem Nænias hoc eſt, funebre carmen, in obitum Ioſiæ Regis edidiſſe, ſacræ docent hiſtoriæ lib. II. Paralipomenon. cap. XXXV. quas à canendi artificibus iuſsit, vt aptatæ ad nablia canerentur.

B. Petr, Doctas appellat fabulas.

nerentur. Præterea quas ille verſibus lamentationes in cluſit, Hieroſolyma per Nabuchodonoſorem extincta: nec puerorum in fornace Babylonica, aut Regij Pſaltis doctrinæ totius notis inſignem Poeſim commemorabo. Hoc tantum dicam, quanto ſint externæ noſtris litteris adiumento, etiam ornamento, vel illud oſtendere, quod illarum ignoratione, noſtræ à pleriſque ſæpè inſulsè, præpoſterè interdum, aut ſaltem infeliciter explicantur.

Multa de ſacris litteris carmine cõſcripta, quæ ſine Poeſeos cognitione inſulſè explicantur.

COR. Videris timide dicere noſtris litteris externas eſſe ornamẽto. Nõ tecũ ſed cũ Baſilio res illis erit, qui religionem inducant. Is enim in eo, quem ſupra laudauimus de legen. lib. Gentil: *Quamobrem*, inquit, *ſi noſtrorum ſermonum ac Gentilium nulla eſt conuenientia, nobis illorum valde conferet noticia: ſin minus, eos ſaltem ſimul conferendo, differentiam diſcere licebit, cum ad melioris optionem atque delectum non parum comparatio faciet, & inferiora ſæpe collata, ſint potioribus ornamento.* Denique, vt definiam, quàm multa apud Chryſoſtomum, Dionyſium Areopag, Petrum Chryſologum, Gregorium, Ambroſium, Nyſſenum, Cyprianũ, Cyrillum, aliosque Eccleſiæ Patres, atque adeo apud ipſum Petrum Apoſtolum, & vetus etiam teſtamentum reperias, quæ niſi Gymnaſia, niſi palæſtras, earumque leges noueris, perinde intelligas atque cæcus videt. Ea non eſt in animo nobis perſequi, ſunt enim longioris ſermonis, quam inſtituta poſtulat ratio breuitatis. De his Petrus Faber Agoniſticon libris, & maxime in III.

Externas litteras noſtris eſſe ornamẽto. Baſil.

Innumera in ſacris Doct. tam Græcis, quam Latinis, in Paulo, atq; adeo in veteri teſtam. quæ e x Gymnaſio et palæſtra petuntur.

(.?.)

CAPVT. X.

ERVDITIO TIMOREM, imperitia confidentiam gignit, contra imperitorum opinionem. Reſponſio ad Hæreticorum obiecta.

MART. Sed quid vos ad illa vulgi? Eiuſmodi qui ſint litteris inſtructiſsimi, eoſdem eſſe confidentiſsimos, & audere ſupra mēſuram. *ANT.* Imò nullus eſt hominum confidentior imperito: nam vti periculi ignoratio vel imprudentiam fouet, vel parit contemtum, ita barbaries, & inſcitia, aut gignit licentiā, aut parit audaciam. Audi Hieronymum in regula monachorum: *Eruditio*, inquit, *timorem creat, imperitia confidentiam*. Lucianus autem in Nigrino, ſiue de Philoſophorum moribus, illud Thucididis laudat in hanc ſententiam: *Imperitia audaces, res autem cogitata, atque conſiderata timidos facit.* Enim vero qui hoc ſunt ingenio, ideſt, parum culto, et nulla anti quitatis cognitione limato, ijs vero quæcumque offendunt noua, rara, inaudita videntur: non quia re ipſa ſint, ſed quia ipſi non viderint. Eò fit, vt vix negociationem litterarum ingreſsi, aut Doctrinæ ad cenam inuitati, iam ſaturatos ſe, vt aiebat Apoſtolus ad Corinth. & factos eſſe diuites putent. Sed ſane, *Puerilis eſt ingenij* (de Chryſoſtomi ſententia in eum locum Apoſtoli) *mox à principio omnia ſe percepiſſe arbitrari, & nondum ipſis contactis initijs, ac ſi finem attigerint ſuperbire.* Contra vero, nemo timidius, ac verecundius loquitur, quam qui multa callet, ac plura diligentius inueſtigat. Quare ad Hæreticorum properemus obiecta.

Nullus confidentior imperito.

Lucianus ex Thucydide.

Imperitis omnia noua, & rara, & inaudita.

Puerilis eſt ingenij, omnia ſe percepiſſe arbitrari. Chryſoſ. in cap. 4. Epiſt. ad Corinth.

Obijciunt enim illud Deuteronomij. XII. *Caue ne imiteris*

imiteris gentes, & requiras cæremonias eorum. At ij ignorant ſapientiam Dei attingere à fine vſque ad finē fortiter, & diſponere omnia ſuauiter. Itaque prouiſum diuinitus eſt, vt multa in humanos mores inducerentur, quæ ad Diuinorum fidem myſteriorum faciles credentibus aditus compararet: maximè inter gentes, è quibus Eccleſia conſtruenda. Tā multa igitur illius veſtigia inter omnes gentes Deus imprimi voluit, vt à myſterijs accipiendis cur abhorrerēt, cauſam nullam haberent, ſed antiquiſsimis etiam Gentiū moribus, quos ipſi pro Diuinis colerent, naturæ deniq; ipſius conſenſu conuincerentur. Addo etiam ex Iuſtino Martyre, Clemente, Tertulliano, & Euſebio, Dæmonē cum ex oraculis & figuris futuros diuinaret Eccleſiæ ritus huiuſmodi, illos imitari ambitioſè voluiſſe, cùm ad dignitatem immerito vſurpandam, tum ad mortales in fraudem, per religionis ſimilitudinem, inducendos. Iam vero cum veræ fidei cultoribus lege illa cauetur, ne Gentium ſe moribus oblinant; eos intelligi oportet, qui cum Chriſtiana profeſsione pugnent; non illos, qui, vt aiebat Beatus Auguſtinus ab Octauio ſupra laudatus, ſunt ab illis tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribꝰ repetēdi.

Hæreticorū ad ea quæ dicta ſunt obiectum & eius reſpōſum

Iuſt. Mart. Clemen. Tertul. Euſeb.

V CAPVT

CAPVT XI

MEDENDI ARTEM antiquitatis cognitione niti. Poetæ qui, & Medici. Vmbræ, & Muſcæ olim in conuiuijs. Gorrones, qui Hiſpanis & vnde dicti. Concluſio Sermonis.

ANT. De his plura fortaſſe quam putauimus, tametſi opportuna, vt opinor. Verum vt ita ſe res habeat, in Iuris, ſacrorumque ſcientia, in Medendi Arte, qui obtineas. An tu Medicis hoc quoque onus imponas, vt antiquitati ſtudeant, & humanioribus litteris imbuantur? *MAR.* Sane. Quam multa enim in Palæſtra, in Gymnaſio, in Arena, in Xiſtis, in Thermis, in Balneis, in vnguentis, in agris, in vrbibus, in arboribus, atque plantis, in herbis, & floribus, in lapidibus, in ſolo, in Cælo, & ſingulis fere orbis partibus, ad tuendam valetudinem, & curanda corpora neceſſaria continentur? quæ Philoſophorum, & Poetarum, & aliorum ſcriptorum libris explicantur: quos, niſi qui his ſit tinctus litteris, intelligere nemo poſsit. Laudat ſæpe Galenus Andromachum, Eudemum, Damocratem, alioſque Medicos nobiliſsimos, qui de Arte multa verſibus conſcripſerunt. Numero in his Orpheum, Muſæum, Homerum, Hæſiodum, auctore ipſo Galeno, Plinio, Pauſania, Plutarcho: ac ſi Seruio credimus, ſiue Donato, Virgilium, aliosque complures: quos multæ vir eruditionis Tiraquellus capite XXXI. de Nobilitate, commemorat: neque libet hominem compilare. Mihi vel hoc vnum ſatis eſt, vt intelligam nullam penè cognitionem, ſi hæc deſideretur, eſſe perfectam: quòd quicumque omnibus ferè artibus, aut olim excelluerunt, aut etiam nunc excellunt

Ad medendi artem cur antiquitatis cognitio neceſſaria.

Poetæ qui. Simul et Medici.

Tiraquellus.

cellunt hac veſte, hoc auro, & argento ſcripta ſua diligentius exornarunt. Nominarem certe complures, ſi ignorarentur. Sed heus vos, videtis vt inclinet in noctem dies? vt Sol præcipitet, ac nos ex communi lege naturæ, corpora vt curemus, admoneat? Quando igitur nihil huic ſermoni deeſſe videtur, & reliqua Martinus in ſuis Singularibus locis perſequitur, condicite mihi, quoniam id temporis eſt, ad cenam. C O R N E L. Nihil verò neceſſe eſt inuitare: nam ego vt ſum gnauiter impudens, niſi haberem quem vmbra ſectarer, involarem huc Muſca, vbi cenam ſubodoratus eſſem.

M A R T I N V S. Tu vero Corneli à Plauti, vt opinor, Pœnulo venis, qui ſic loqueris; apud *Muſca quid.* quem ille adoleſcens liberum quæritabat hoſpitium à Muſcis, id eſt, ab arbitris: in quo, ne Muſcæ quidem eſſent arbitri. Sed quid ſit cur te Muſcam dicas non video. Quippe importuniſsimum animal, & moleſtiſsimum, vt ſcripſit Homerus, & Plautus in Mercatore. Tu vero non importunus aduentor, ſed opportuniſsimus veniſti ſocius, & conuiua. Sed amabo te Corneli, quid illud de vmbra? *C O R N.* Ita ne aſsiduus in Plutarcho es, & fugit te hoc verbum? Nam veteres, qui inuocati venirent, & hoſpites darentur *Vmbræ qui.* ab hoſpite, eos illi vmbras dicebant. Plutarchus in *Plutarch.* Sympoſio. VII. *Quæſitum, inquit, eſt quando mos cæperit, vt ad cenam venirent, vocati non ab eo, qui præbet conuiuium, ſed ab aliquo eorum, qui invitati ſunt: Vmbras vocant, qui hoc pacto veniunt. Videbatur autem Socrates auctor, qui Ariſtodemo perſuaſit, vt non inuitatus ſecum iret in Agathonis conuiuium. Et quidem ridicule euenit Ariſtodemo, vt Socrate in via ſubſiſtente, ipſe prior ingrederetur, nimirum vmbra corpus præcurrens, quod à tergo lumen habet.* Atq; hinc opinor apud nos eiuſmodi homines, qui ſe ſe inuocati inſinuant, *Sombras, Moſcones*, & *Gorrones* etiam, quaſi

Sombras Hiſpanis, et Gorrones dici, qui vmbræ & Muſcæ, atque eius rei cauſa & origo.

vmbrones dictos, & *Meter gorra*, quaſi vmbram mittere; niſi dicas à verbo immoror, quaſi Morones, quod morentur, & maneant in conuiuio: quod vero ſimilius puto: nam verbum Hiſpanum *Engorrar*, ideſt, *detenerſe*, ab immorādo ductum quis non videt? Quamquam aliam etiam huiuſce vocis originem eſſe poſſit, mihi venit in mentem: nam quia qui inuocati veniunt in conuiuium, ij nimirum pudibundi etiam accedunt, & pudorem vt tegant, aut diſsimulent, pileum ad frontem, oculoſque demittunt; ideo dicuntur, *Meter gorra*. Quaſi pileum demittere, vt proximè dixi.

Paraſit. Antiphani, & Clementi Alexand. muſca, & quare

Sed de Muſcis, memini apud Antiphanem muſcam appellati paraſitum: quod & Clemens Alexandrinus oſtendit lib. II. Pædagogi, cap. I.

Eiuſmodi enim nugæ hominum prætérquam quod ſunt ingenioſè impudentes, etiam ſunt importunè moleſti.

(?)

[illegible]

Digitized by Google



INDEX

CAPITVM CVM APPENDICIBVS ETIAM QVORVNDAM LOCORVM, QVAE AVT IN MARgine, aut in aduerſarijs deliteſcentia, operarum oculos fugerunt, aut etiam meos.

QVAE LIBRO PRIMO.

CAPVT. I.

CRVX *Vere ſignum belliců, vt ad gentes maxime conſcribendas ſublatum, ita Romani ad inſtar ſigni, inſtructum cum Imperatoris imagine, & titulo. Nec noua illis ſigni adoratio, qui ſua pro numinibus coluerint. Cruentum, quia pugnæ ſignum.*

CAPVT. II.

Crux vere ſignum Coccineum: eius effecta. Coccineum, quia pro hominibus, & contra Dæmones. Solicitudinis Symbolum. Veſtes olim Coccineæ in bello. Spreta virtus pro ſupplicio contemtoribus eſt. Chriſti ſanguis quaſi ebibit maculas, & ſanguinem peccatorum. Loci aliquot ex Zacharia. Habacuc. Pſal. Apocalypſ. illuſtrati.

CAPVT. III.

Signi Coccinei vſus ex Rahab facto Ioſue. II. translatus ad gentes: ex his ad Chriſtianos etiam deriuatus. Signů ſublatů bonæ ſpei ſymbolů ita etiã Crux. Manꝰ olim in ſignis extẽta, curꝰ ad id adluſů ſæpe in ſacris litteris: ex his plures loci illuſtrati.

CAPVT. IIII.

Manum conſerendi, atque inijciendi mos in iudicijs, non apud Romanos ſolum, ſed etiam apud Hebræos vſurpatus. Loci aliquot ex lib. Iob, & ex Prouerbijs aptius explicati.

CAPVT. V.

Oleum ferre in auriculam apud Martialem, quid? & vnde ſumptũ? videri ex ſacris litteris. In his inſidioſa verba oleo cõparata, & cur. Mos vngendi ante cenam etiam apud Hebræos. Ex Pſalmis, & Math. VI. loci aliquot illuſtrati.

CAPVT. VI.

Explicata vocis, Propter, vis & poteſtas in ſacris externiſque litteris. Populeti noſtri locus vindicatus à nota, & per occaſionem alij ex ſacris illuſtrati.

CAPVT. VII.

Varia verbi, ſuſcipio, vis & poteſtas in ſacris: ſed eadem, quæ in externis litteris. Perſij locus, & ex eo multi ex Pſalmis, & vnus Lucæ. I. diligentius expenſi, atque illuſtrati. Fatui cur ſuibus comparentur Prouerb. II.

CAPVT. VIII.

De meliore nota commendare quid ſit apud Ciceronem. Tituli, ſiue notæ dolijs olim impreſſæ. Catullus explicatus. B. Pauli loci Duo curſim perſtricti, & illuſtrati.

CAPVT. IX.

Bona verba, Bonus dies, Bona omnia dicere, Boni dij, Benedicere, & ſimilia. Dei nomen liberalitatis eſſe. Multa ex ſacris litteris illuſtrata. Prouerb. XIIII. Math. XX. maxime de Benedicẽdi verbo apud Iob, & alios.

CAPVT. X.

Verba bona apud Zachariam, & apud Regium Pſaltem Verbum bonũ. Proximi verſus explicati; Quæ olim præfandi ratio in principum cõgreſſu.

CAPVT. XI.

Bonos viros pro conſanguineis, malos pro extraneis habendos. Extranei qui in ſacris litteris. Parentum in liberis ſimilitudo in felicitate ponebatur. Ex ſacris litteris quædam explicata.

CAPVT. XII.

Alienus. Alienari, Alienatio, quid apud externos, & noſtros auctores. Ouidij locus, & deinde Pſaltes, Iobus, Iſai. Hieremias. Paul. probe explicati.

CAPVT. XIII.

Laus pro virtute, laudari pro confirmari, præſertim in ſacris. Virgilij locus explicatus, & deinde ex Pſal. & Iſaia aliquot explicati.

CAPVT. XIIII.

Solem apud ſacros externoſq́; ſcriptores amicitiæ Symbolum, & quare. Græcorum Poetarum plures ſententias ex noſtris litteris ſumptas totidẽ verbis. Locus Cicer. de amicitia, et

ex

ex eo alij Iudic. V. Eccleſiaſtici, Cãt. Zachar. &c. explicati.

CAPVT. XV.

Oculum pro re cariſsima, & præſtantiſsima apud externos, ſed ſummum ex ſacris. Iob loci duo explicati. Oculum Pontificiæ dignitatis Symbolum, oſtenditur ex ſacris litteris, et Doctoribus.

CAPVT. XVI.

Magni dies, Magniq; menſes ab ortu Chriſti mundo procedere cœperunt: ij vero, qui ſint Magni, maximique vox quid ſignificet. Deus cur dicatur Optim. Max. et alia eiusmodi ex Virg. loco Egloga. IV.

CAPVT. XVII.

Magnum in malam partem acceptũ pro graui, duro, et moleſto. Extremi iudicij dies cur magnus appelletur? Prophetæ plures explicati.

CAPVT. I.

Animam geſtare, aut ponere in manibus, quid. communis Græcis, Hebr. Hiſpaniſque Phraſis. B. Iobo. Dauid, & alijs lux allata.

QVÆ LIBRO II.

CAPVT. I.

Difficile quid apud ſacros Æthnicos q; ſcriptores. Virg. locus, et ex eo Eccleſiaſt. alter. Et ex Sap. 2. c. explicatus, et collatus cũ eo alter Eſdræ mirificè cõſonans ex aduerſo. Flores aeris ſiue temporis dici terreſtria. Cæleſtium vel flores ipſos fructus eſſe honoris, & commodi.

CAPVT. II.

Malignum, et malignitas quid? colles maligni apud Virg. locus ex Pſal. XXXVI. & IV. Eſdræ, cap. III. & ex Canonica Ioannis cap. V. Baruc. I. illuſtrati.

CAPVT. III.

Ferrea vox apud Virg. ex Homero, Sophocle, atque Euripide. Sed ab his ærea vt a Lucretio ænea. Romanorũ regnũ cur ferro, cõparetur Daniel. 7 Ærea æternitatem ſignificare, vt in ſerpente Moſsis. Veteres ære vſſos pro ferro.

CAPVT. IV.

Mors ferrea, Somnus ferreus. Virg. locus in. X. explicatus alıter. atq; ab Adriano Turnebo. Noctis, Somni, Mortis Simulacrum Olympiæ. hos duos Germanos ab illa fratres, & alia eiuſmodi.

CAPVT. V.

Virga ferrea. Pſal. II. triplex loci expoſitio. quatuor proximi verſus explicati Sceptrum doctrinæ Symbolum apud Græcos, atque etiam apud Hebræos.

CAPVT. VI.

Ferrea, quæ inflexibilia. Beati Auguſtini ſententia vberius explicata. Confringere, & comminuere, quid? Superioris verſus ſecũda pars ſtudioſe tractata: alij deinde loci ex Pſal. et Canticis illuſtrati.

Cor & pectus ferreum Mortis. Ferrea tecta Inferorum. Doctrinæ vis Euangelicæ: quæ lacti ſimilis. Saltantes cum rota figuli comparati. Horatio, Senecæ, alijſque lux facta.

APPENDIX.

Vbi de poteſtate Verbi *Confringo*, hoc addi velim ex I. Reg. XXIIII. *Et confregit Dauid viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos, vt conſurgerent in Saul.* LXX. *Perſuaſit.* Ghald. *Quietos reddidit.* Vrgebatur enim ab illis in Saulis necem; quos oratione ſua mitigauit.

CAPVT. VII.

VESTES Olim ſterni ſolitas prætereuntibus Imperatoribus, vti Chriſto Domino Hieroſolimam ineunti. Eius moris veſtigia apud Hebræos atque etiam Agarenos. Exēpla quædam ex recentiore memoria.

CAPVT. VIII.

Dijs etiam hic honos habitus. Ouidij locus, & Virgilij alter, aliter atque ab Adriano Turnebo explicatus. Veſtes Deorum ſimulacris ad pedes & genua oblatæ. Denique hunc honorem Chriſto habitum, manifeſtam eſſe Diuinitatis eius, atque imperij confeſſionem.

CAPVT. IX.

DE Veſtibus Deorum ſimulacris oblatis vberior diſputatio. Hebræorum, gentiumque communis in eo ritus. Veſtimenta pignerata quid. Vinum damnatorum, Amos II. Germana & planè cohærens Prophetæ ex antiquorum moribus, & vocū poteſtate explicatio. Toga & pallium meretricum nota apud Romanos. Verſicolores veſtes meretricum. Locus 4. Reg. 23. maximè illuſtratus. Menſuræ luci, & B. Virginis quæ. Aſtaroth, ſiue Aſtartes Venus Hebræis culta. Supplicationes & ſupplicia quid.

CAPVT. X.

Quem in finem ſuper veſtimentis pigneratis in templo accubuerint. De ea re varij gentium mores explicati. Verſionum huius loci concordia, & expoſitio, ex Hebræorum, aliarumque nationum ritibus conſtituta, & ſacrarum humanarumque litterarū teſtimonijs confirmata. Velamina, tentoria, & vmbracula in conuiuijs. Veſtes verſicolores meretricum, & alia eiuſmodi.

APPENDIX

Dixi ſtupra inter aras admiſſa: docet Tertullianus in Apolog. cap. XV. *Ceterum ſi adijciam quæ non minus conſcientiæ recognoſcūt, in templis adulteria componi, inter aras lenocinia tractari, in ipſis plerumque æditvorum, & Sacerdotum tabernaculis, ſub iiſdem vittis, & à*

picibus,

picibus, et purpuris, thure fragrante libidinem expungi.

Dixi etiã gentiũ ritu ũbracula ſiue tabernacula ex frõdib9, veſtibuſque comparata in tẽplis ad conuiuia celebranda. Iuuat coniecturam B. Gregorius Papa, qui Epiſtol. LXXI. ad Mellitum Abbatem lib. 9. cũ de gentibus ad fidem conuerſis ageret, ita ſcribit. *Et quia boues ſolent in ſacrificio multos occidere, debet his etiam ſolemnitas immutari, vt die Dedicationis vel natalitio Sãctorum martyrum, quorum illic reliquiæ ponuntur, tabernacula ſibi circa eaſdem Eccleſias, quæ ex fanis commutatæ ſunt, de ramis arborum faciant, & religioſis conuiuijs ſolemnitatem celebrent.*

CAPVT. XI

MOS antiquus de arborum ramis ad iannas, ad templa, ad ſimulacra, & ſigna in bello, per vrbem, in nuptijs, in Sacris publicis & priuatis, in rebus letis. Feſta frons, vittata tẽpla. Virgilius, Ouidius, Statius explicati. Vim fontes in pompis.

CAPVT. XII.

IDEM mos in aduentu Principũ, in triumphis, Hebræis, Gentibuſque communis: in Sacris vſurpatum etiam à Chriſtianis. Naues in victoria ramis coronatæ, ouilia, caſæ, ædificia publica. Virgilius, Propertius, & Plutarchus illuſtrati. Laurus perpetua ad iannas Imperatorũ.

CAPVT. XIII

CHRISTI Diuinitatem, & regnũ ex ſubſtratis ſibi ramis aduerſus Hebræos oſtendi. Hoſanna quid. Baronij Cardinalis de ramorum, et veſtium ſignificatione ſententia. Syriæ, Moſopotamiæ, Lybiæ, atque Ciliciæ mos de ramis prælatis in Principum aduentu.

APPENDIX.

Cenſui Veteri etiam exemplo factum, vt Chriſtum Hebræi Hieroſolimis cum ramis exceperint. Prætcrlapſum tamen eſt Ioſephi teſtimonium, qui Alexandrum Regem ita ſcribit exceptum, & ex oraculo certe Diuino. Nam cum Iudæi valde ſibi illi9 ex aduẽtu metuerẽt, Iaddus Princeps Sacerdotũ Sacra Deo propitiando fecit. *Obdormienti verò,* inquit Ioſephus, *Deus præcepit, vt confideret, ſertiſque ciuitatem ornaret, protinuſque portas aperiret, & alios quidem cũ veſte alba, ipſum autem & reliquos Sacerdotes cum legitimis ſtolis iuſsit occurrere.*

Quin & M. Agrippa Cai Imp. auus cum Hieroſolimam veniſſet, Herode regnarte, auo ſcilicet Agrippæ Regis Iudæorũ, & templum donis cumulaſſet,

vrbe diſceſsit: diſcedentem ciues cum ramis deducunt, flores in eum ac frondes Romano, aut alieno more iacientes. Philo De legat. ad Caium. *Laudato Herode, ipſe viciſim laudatus plurimum, ad mare deductus eſt, proſequentibus non vnius ciuitatis populis, & flore, frondeque illum ob pietatis admirationem aſpergentibus.* Quod cum ſub Chriſti ortum, factum videatur, non opinor, ineptè dicam, Hebræos iam inde à Pompeij imperio (ſub quo ſui eſſe deſiere) penes Romanos, eorum mores, aut neceſsitate ductos, aut etiam adſentatione, imbibiſſe.

CAPVT. XIIII.

LVCERNÆ Apud Hebræos ad ianuas, ſiue ad feneſtras, in letitia publica, & in ſacris ferijs. Prælatæ in nuptijs, et in excipiendis Regibus. Perſius explicatus, Hieremias. 25. illuſtratus.

CAPVT. XV.

LVCERNARVM Vſus apud externos in ſacris ad ianuas, in letitia publica, etiam intra ædes, ad menſas. cultus earum in feſtis. Deorum ſimulacra ãte fores, Minerua lucernarum præſes. Iuuenalis, & Tibullus explicati.

APPENDIX.

OSTENDI Principes cum luminibus deductos: vide etiã priuatos homines apud Xiphilinum in Heligabalo, qui Aurelium Zoticum ſtupri ſocium Romam reduxit: *Romam maxima pompa perductus eſt, quanta nõ venit Augarus Seueri, aut Teridates Neronis temporibus; deſignatuſque cubicularius, ante quam videretur, Lucernis quampluribus relucẽtibus, ingreſſus eſt in palatium.* Qui mos etiam nũ apud Sinas, in feſtis, in publicaque letitia: vt ſcribit Mapheus lib. VI. Hiſtoriar. Indicarum, vbi cum de anni noui, Natalitiorumque dierum celebritate narraret, *Parietes*, inquit, *forniceſque viridi frõde, micantibus roſis, & pretioſo periſtromate veſtiuntur. Fragrant odoramentis ac floribus viæ; accenſis funalibus, ac laternis Arbores, pergulæ, feneſtræ collucent:* &c. Vbi animaduertas, licet, lumina etiã ad arbores. Vide præterea Appendicem ad cap. I. lib. III.

CAPVT. XVI.

IDEM Mos à Chriſtianis vſurpatus in peruigilijs, & in Natalibus Martyrum; in deducendis Imperatoribus, atque etiam viris principibus, Romanis, Hebræis, Siris, Cilicibus, alijſque communis. Lucernæ Sacerdotum ac Regum inſigne.

CAPVT. XVII.

Lucerna

Lucerna Regni Symbolum maximè in ſacris, Ioannes cur & quomodo lucerna? Lampas ignea Geneſ. XV. curatæ rei ſignum. Ignis Deum præit. Ex ſacris loci aliquot illuſtrati.

CAPVT. XVIII.

Lucerna in ſacris pro letitia, & voluptate, pro pretioſiſsimis quibuſque rebus, & ſumma felicitate. Ex Prouerb. loci aliquot explicati. Oculi fures animi; eorum magnus Dominatus in corda.

CAPVT. XIX.

Lucernæ olim partim penſiles, partim etiam varijs ſimulacris impoſitæ. Eæ ad ſacras arbores, ad quas coronæ quoque, vittæ, & vnguenta. Item ad lenonias ædes, ad turres, et aras in pompis.

CAPVT. XX.

Vanus priſci Chriſtianorum ſeculi ſuperſtitio in accendendis lucernis ad imponenda pueris nomina, & eius origo. Lucerna vitæ Symbolum. B. Chryſoſtomo lux.

CAPVT. XXI.

Parabolæ Virginum continens ac probabilis ex ritu veteri explicatio. Lampadum legitimus numerus Græcis, Romanis, Hebræis, quis. Prælatæ à pueris, feminiſque. Cena nuptialis in ſponſi domo data.

CAPVT. XXII.

Loci, qui ex Sacris litteris ad hunc ritum nuptialem explicantur. Canticor. I. & Pſal. XVIII. lux facta. Vbera ſponſi quid. Lac Doctrinæ Symbolum. Sol cur ſponſi ſimilis, aurora ſponſæ? Prælucet his lucifer, illa curru vehitur, vt olim ſponſæ. Sideris choros ducunt, vt puellæ in nuptijs.

CAPVT XXIII.

Quæ nam lucernæ illæ ſeruorum expectantium Dominum reuertentem à nuptijs Lucæ XXII. ſponſus ne ille an conuiua. Mos antiquus de præcinctu ſeruorum miniſtrantium. Ingenui diſcincti accumbunt, niſi milites. Item de conuiuis à cena deducendis Domum cum lucernis. Mos ruſſeas faſciolas geſtandi. Filij, & amici ſponſi, ijdem qui ſerui, qui olim familiares dicti. Athenis qui Magiſtratus oculi appellati.

APPENDIX.

Familiares ſponſi eoſdem fuiſſe qui ſeruos, confirmat Iön Chius in Laerte apud Athenæum lib. VI. cap. vlt. *Iön verò Chius in Laerte ſeruum dixit de familiari: Hei mihi, familiaris Domum celer claudito, ne quis vir intret. Quod autem familiaris is eſt, qui in domo verſatur, etiam ſi ſit liber, patet.*

CAPVT. XXIIII.

SIMILIS Saturnalium mos ab Hebræis in ſeruorum curatione vſurpatus. Eorum varia genera & munera

ra. Explicati loci ex Lucæ, cap.12

APPENDIX.

DOMINOS Interdum ſeruis miniſtraſſe compertũ eſt: addo etiam Sponſum in nuptijs. Athenæus lib. V. cap. III. *Omnis præterea conuiuarum congregatio, ſui ipſius cauſam in Deorum honorẽ referebat:* &c. *Neque ſeruus vllus admittebatur, qui miniſtraret: ſed liberorum virorum pueri vinum infundunt, veluti Menelai filius, & ſponſus, qui in ipſis nuptijs aderat.*

QVAE LIBRO. II.

CAPVT. I.

IN Vnguentorum vſu quid Hebræis cum alijs nationibus cõmune. Vnguentis ſparſa pauimenta in ſacris nuptialibuſque pompis, per vias domoſque. Item parietes, theatra, coronæ, & Veſtes, capita, pedes, pectuſque: veſtigia, etiam & ſoleæ. Odores item incenſi. Ex Pſalmis, et Cãticis nonnulla illuſtrata.

APPENDIX.

Ioſephus lib. VII. De bello Iudaico, cap. XXII. de Veſpaſiani reditu in vrbem, poſt euerſim Hieroſolimam, ita ſcribit: *Tota ciuitas veluti templum erat, ſertis odoribuſque plena.* Xiphilinus præterea in Seuero, de eius aduentu: *Nam vrbe tota floribus & laureis coronata, ornataque varijs veſtibus, in magno ſplendore luminum, & ſuffimentorum, populus acclamabat albatus,* &c. Nõ diſſimilis apud Sinas etiã nũ mos, de quo noſter Mapheus lib. VI. Hiſtoriar. Indicar. *Fragrant odoramentis ac floribus viæ.* &c. Addes etiam illud Suetonij in Nerone, cap. XXXI. *Cenationes laqueatæ tabulis eburneis verſatilibus, vt flores ex fiſtulis, & vnguenta deſuper ſpargerentur.*

Deinde in Appẽdice hui9 cap. vbi de Hebræorũ more in veſtib9 & pauimẽtis etiã inungendis diximus; adde illud Prouer. VII. cum meretrix ad iuuenem: *Aſperſi cubile meum myrrha & Aloe, & Cinnamomo.* Quæ verba Clemens Romanus Apoſtolicar. Conſtitut. cap. VII ita refert; *Cubile meum croco ſparſi, & domum meam Cinnamomo.* Quo etiam ſpectant illa Canti. V. vbi Sponſa in Sponſi aduentu myrrham ſpargit, aliaque vnguenta, cum fores aperit dilecto ſuo. *Manus meæ ſtillauerũt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſsima.* Hebræa: *Manus meæ ſtillauerunt myrrhã, & digiti mei myrrhã tranſeuntẽ per cardines peſuli*

peſuli.

CAPVT. II.

VIATOR Quid in ſacris litteris. Prouerb. locus ex cap. VI. & 24. illuſtrius explicatus, vbi cur egeſtas viatori, et viro armato comparetur, ſubtilius exquiritur. Malum quid.

CAPVT. III.

PVLCRVM Dici quod Optimum Maximumque eſt in ſuo genere. Pulcritudinem in Rege commẽdari. Speciosus forma præ filijs hominum, cur à Danide Chriſtus dicatur. Pſal. 44. Virgilij locus explicatus, & alia eiuſmodi,

CAPVT. IIII.

PVLCRVM pro forti, deforme pro imbelli & fracto à Veteribus vſurpari, & quare. Virorum pulcritudinem in fortitudine ineſſe, vtrãque in ſacris humaniſque litteris ſæpe coniungi, & in omni fere idiomate, vno eodemque vocabulo ſignificari. Deut. 33. & Ezech. 32. loci explicati.

CAPVT. V.

IN Specie, & pulcritudine ſponſi virtutem eius, atque potentiam ſignificari. Pſal. 44. Aliquot deinde verſus explicati. Deus cur ſæpe dicatur Rex Regum, & Dominus Dominantium. Cur prælia, gladius? animi magnitudo in nuptiali carmine? Multa denique & varia ex ſacris litteris explicata.

CAPVT. VI.

DE veſtitu, habituque iudicum apud Veteres Romanos, Hebræos, aliaſque nationes. Mutatus in cauſa capitis, & quomodo. Virgilij, & Valerij Maximi loci ſinguli explicati diligentius, vberiuſq; tractati. Ex quibus lux ad alterum. Iob. 29.

CAPVT. VII.

REGVM Apud Hebræos, aliaſq; nationes præcipuũ munus fuiſſe iudicare. Cultus Regius apud Hebræos quis? Græci, Romanique magiſtratus coronati iudicant, Iob, locus difficilis ex cap. 29. diligenter expenſus. Iſaias duobus locis explicatus. Sapientiæ vnus illuſtratus.

CAPVT. VIII

IVSTITIA, & iudicium quid hoc loco Iobi, in aliiſque ſignificent. Cydaris Regum, & purpura quid oſtẽdant. Amictus Sardius, & Iris Apoc. 4. cuius rei Symbolum. Extremi iudicij multa ſigna ad ſimilitudinem eorum, quæ fiebant in hominum iudicijs vſurpata. Cur ille dies magnus appelletur.

CAPVT. IX.

Indigniſsimus Babyloniorum mos in exponendis ad ædem Veneris puellis aduenarum libidini tranſeuntiũ. Notatus Baruch. 6. & Herodoti libro. 1. ſed neuter hactenus explicatus. Hierem. 3. & Pſal. 117. loci ſinguli expoſiti. Zonam ſoluere, funem dirumpere, quid.

Vulgati lectio defenſa, & illuſtrata: aliæ quoque probatæ, & explicatæ.

CAPVT. X.

PROXIMI loci Baruch tertia, atque etiam quarta & continens ex Vulgati lectione interpretatio. Funiculus in ſacris pro cubili, pro lecto, & tabernaculo. Pſal. 138. et Hierem. 9. locus explicatus. Oſsium oliuarum, ac ſurfurum combuſtio; funiculorum etiam obligatio & dirruptio, ex arcanis gentium ſacris deriuata. Veneficiorum ritus, & formulæ aliquot.

CAPVT. XI.

MERCES olim Veneri vt meretrici data; meretriciæ ſtipes eidem oblatæ. Donaria de tēplis ſublata & reddita meretricibus. Sacris litteris Deuteronomij 23. Michee. 1. Ezechielis 16. lux allata.

CAPVT. XII.

EXPLICATA Deuteronomij lex de mercede proſtibuli non accipiēda in templum. De ea re Philonis egregie Philoſophanti ſententia. Exoletorum, meretricumque vectigal in ærarium inlatum; apud Græcos etiā ex canibus: quod reiectum ab tēplo Hebræorum; vti meretricum poſtea ab Romanorum ærario. Vitula impudicitiæ Symbolum. Hoſeas explicatus. Meretrices ſummoueri ſolitæ.

CAPVT. XIII.

NOMEN in ſacris externiſq; litteris pro poſteritate, domo, & familia ſumi? Nomē Domini pro Chriſto. Martialis locus, & ex eo Pſaltes, Iſaias, Ioannes, aliique ex ſacris pluribus locis explicati.

CAPVT. XIIII

CIRRI, ſiue Cincinni pueris olim, & feminis, maxime Cynedis: & mācipijs in ornatu. in alijs non ornamenta, ſed crimina; teſtes libidinis, et infamiæ nota. Chriſtianis olim minime permiſſa, damnata ab Ethnicis.

CAPVT. XV.

CINEDICÆ Saltationis, vulgo Carabanda, origo à theatro, publico turpitudinis domicilio. priſco etiā ſæculo damnata. Mos antiquus cū cantu, & ſaltatione prælium ineūdi, Hebræis, gentilusque communis

QVAE EX LIBRO IIII.

CAPVT. I.

HOMERI locus, ex quo origo ſermonis de ritu ſupplicandi. Procūbere quid. Barbam prehendere, genua tangere, geſtus ſupplicantium.

CAPVT. II.

LOCVS ex Pſalmo 71. & Threnorum 3. ex iſto ritu explicatus. Agarenos hunc morem ab Hebræis ad ſe deriuaſſe vero ſimile eſſe. humum verrere, procumbere in cineres ſupplicantium geſtus: qui etiam in placandis Dijs olim adhibitus. ſupplices ſuſcipere Regium, vt aſpernari ſceleſtum

tum. Multa ex ſacris litteris illuſtrata.

CAPVT. III.

PVLVERIS cōſperſio non in luctu tantum, ſed in ſupplicando etiā vſurpata apud varias gentes. Genua, & plantas Dijs æque atque hominibus tangi à ſupplicibus, arma interdum, atque veſtigia, & quare. Dextera, barba, genua cuius rei ſymbolum. Adorare quid? Dextras cur ſalutantes deoſculemur, Iſaias et Iobus explicati.

CAPVT. IIII.

MOS tangendi, atque etiam deoſculandi genua in poſteria ſæcula deriuatus. De ei9 rei ſignificatione Goropij Vecani ſententia diligentius expenſa. Femur in iure iurando tangere quid.

CAPVT. V.

OLIVÆ ramum aut lauri ſupplicum inſigne, ſiue Dijs, ſiue hominibus ſupplicarent. Coronam ſeruitutis æque, atque imperij notam eſſe. Laneam vittam ſupplicum velamētum, & quare.

CAPVT. VI.

ZACHARIÆ locus valde difficilis ex cap. 14. & ex Pſalmis, 51. & 127. & ex Oſſeæ cap. 14. ex Iudith. 9. & 2. Reg. 6. explicati. Chriſtus cur in oliuarum monte tan frequens? Oliua in Sacris modeſtiæ, ſummiſſionis, ac fidei exemplum.

CAPVT. VII

PVRPVREVM quid? Lumē Coma, Capilli, Mare, Dies, Olympus, olores purpurei. Ebur antiquū quid? Hierem. Thren. 4. locus explicatus. Sponſus candidus, & rubicūdus Cant. 1. vt intelligi debeat. Virg. aliorumque Poetarum loci aliquot illuſtrati.

CAPVT. VIII.

PVRPVREI criſtis iuuenes: Purpureus pennis apud Virgilium. Seruij reiecta ſententia. Criſtæ olim galearum in bello, veſteſque, & ſignū prælij committendi purpurea. Anima purpurea quid: anima & ſanguis pro eodem in ſacris externiſque litteris. Nahum Propheta explicatus. Mare purpureum, fluctus atri. Virgilius illuſtratus.

CAPVT VIIII.

RISVM bene ſperare iubentis argumentum Beneuolentiæ, Bonæ ſpei ſummiſſionis, & grati animi ſignū. in pueris bonæ indolis documentum. Geneſis, & Iobus illuſtrati. Virgilius Eglog. 4. explicatus.

CAPVT. X.

TITVLI in cellis, & frontibus meretricum: quæ etiam traductæ, cū loci, ſtipis, elogijque predicatione. Seruorum ſtigmata, & initiatorum. Tertullianus, Hieremias, Ezechiel, Ioannes in Apocalipſi illuſtrati. Denique de titulis rerum Venalium.

CAPVT. XI.

CALENDÆ Ianuariæ maxime feſtæ & celebres: Splendida in his cõuiuia. Choreæ per vrbem ductæ cũ cantu. Ianuæ feſta fronde, & lampadibus coronatæ. Magiſtratus munera, priuati ſuas artes auſpicati; merces ambitioſè ad ianuas expoſitæ, manumiſsiones factæ. Fauſtæ inuicem precationes.

CAPVT. XII.

HORÆ vnde dictæ. Variæ nominis acceptiones. Portarum cæli cuſtodes ab Homero factæ, & quare. Locus ex Ioan. cap. 12. illuſtratus.

CAPVT. XIII.

MAVSOLEA Hebræis in vſu. Inſigne illud quod Simon parentibus poſuit, ad inſtar eorum, quæ apud gẽtes, de armis ſuſpenſis, & nauibus inſculptis.

QVAE EX LIBRO V.

CAPVT. I.

CONGRESSVS Martini, & Antonij, & quidam ad diſputationem aditus.

CAPVT. II.

LECTIONE, & diſputationibus caput, Stomachumque iuuari, ex Hippocrate, Seneca, Plinio, Celſo, & alijs.

CAPVT. III.

IVRIS ciuilis ſcientiam ex ãtiquitatis cognitione pendere. Quid ſit apud Iureconſultos Munus edere; quid Leuato velo iudicare; ex Clemente Romano, & B. Baſilio.

CAPVT. IIII.

DE humanæ ſapientiæ neceſſario vſu, Beati Baſilij, & Gregorij Nazianzeni ſententia.

CAPVT. V.

AMBROSII, Hieronymi, Chryſoſtomi, Auguſtini, & aliorum in eadem cauſa teſtimonium.

CAPVT. VI.

PHILOSOPHOS Veteres, ac Poetas multa ex noſtris litteris accepiſſe. Platonem à Hieremia Propheta noſtras litteras edoctum, Ambroſ. & Auguſtinus exiſtimãt. Solis currum, ex Heliæ curru traductum. Auctores Beda, & Chryſoſtomus.

APPENDIX.

OSTENDI Philoſophos Veteres ac legumlatores, multa ex Hebræorum ad ſe legibus, & moribus tranſtuliſſe: docet hoc præterea Philo Iudæus in libro de iudice, qui cum de oculatorum fide teſtium ageret, *Quod*, inquit, *legis caput mihi videntur quidam è Græcis legiſlatoribus deſumpſiſſe ex ſacratiſsimis Moſis tabulis, interdixiſſeque, ne ex auditu feratur teſtimonium.* Et in libro, qui inſcribitur, Quod omnis

omnis probus liber, cũ Zenonis ſententiam retuliſſet, ſtatuẽtis non oportere malos viros cũ probis contendere; *Cæterum,* inquit, *illa Zenonis ſententia tanquã è fonte hauſta videtur ex Iudæorũ legibus; in quibus* &c.

CAPVT. VII.

DEVCALIONIS fabulam ex Noei diluuio deriuatam: Bachi ex alijs oraculis Sacris. Eliſios campos ſiue fortunatas inſulas ex Paradiſo. Scyllæ, ac Niſi commentum ex Samſonis hiſtoria.

CAPVT. VIII.

TANTAM inter ſententias etiã ac verba interdũ Ethnicorum Theologorum, & Sacras litteras ſimilitudinem, vt facile appareat, ex noſtris litteris acceptas. Ouidij locus. 1 Metam. ex Gen. cap. 18. expreſſus. Dies extremi iudicij prædictus, à Sophocle, & Philemone.

CAPVT. IX.

HEBRÆOS à gentibus multa etiã accepiſſe. Multa ex Sacris litteris carmine conſcripta, quæ ſine poeſeos cognitione apte explicari non queũt. Reſpõſio ad obiecta.

CAPVT. X.

ERVDITIO timorem. Imperitia confidentiam gignit, contra imperitorum opinionem. Reſpõſio ad Hæreticorum obiecta.

CAPVT. XI.

MEDENDI Artem antiquitatis cognitione niti. Poetæ qui, & Medici. Vmbræ, & Muſcæ olim in conuiuijs. Gorrones, qui Hiſpanis, & vnde dicti. Concluſio Sermonis.

יְהוָה

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE.

IN QVO, EA MAXIME INdicātur quæ ex profeſſo, aut curſim nouiter explicantur: nam pleraq; alia, quæ tametſi laudantur, nullam ab his ſcriptis lucem accipiunt, ea neque deſiderat lector, neque auctor oſtentat. Moneo tamen apponi breuiter in ſingulis, quid præſtetur: quæ vero nullam habeant notam, ea vel explicari curſim, vel aptè laudari.

EX LIBRO GENESIS.

9. *CARNEM Cum ſanguine non comedetis*, &c. Et multa ſimilia. Leuit. 17. & Deuteronomij. 12. 287.

17 *Cecidit Abraham coram* Deo, *& riſit in corde ſuo*. Explicatur nouiter: & diſputatur diligenter de Symbolo riſus: 291.

21 *Riſum fecit mihi Dominus.* ibidē

47 *Introduxit Ioſeph patrem ſuum ad Regem* &c. *qui benedicens illi, & interrogatus ab eo* &c. 42

Benedicto *Rege egreſſus eſt foras.* Explicantur & illuſtrantur Hiſpaniſmis. *ibidē*

EX LIBRO EXODI.

19. *Cunctus populus videbat voces & lampades* &c. Curſim explicatur. 145.

EX DEVTERONOMIO.

23. *Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui.* Nouiter & ex profeſſo. 121. *& deinceps.*

33. *Quaſi pulcritudo tauri pulcritudo illius, cornua Rhinocerotis cornua illius,* &c. Curſim, ſed nouiter. 186.

EX IOSVE.

2. *Appendit funiculum coccineum in feneſtra.* 13.

EX LIBRO IVDICVM.

5. *Qui autem diligunt te, ſicut Sol in ortu ſuo ſplendet, ita rutilent.* Curſim. 57.

9. *Nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & Dij vtuntur & homines.* Curſim. 278

12. *Quod cernens, poſui animam meam in manibus meis,* &c. Illuſtratur Hiſpaniſmo.. 72

14. *Si non araſſetis in vitula mea, non inueniſſetis propoſitionem meam.* Tractatur diligenter & nouiter de Vitulæ Symbolo. 228.

EX. II. REGVM.

2. *Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem.* Explicatur ex ritu veteri: 260.

14. *Cadens Ioab ſuper faciem ſuam in terram, adorauit, & be-*

nedixit

nedixit Regi. Illuſtratur Hiſp. 41.
Quærunt extinguere ſcintillam meam, vt non ſuperſit viro meo nomen, & reliquiæ ſuper terram. Nouiter. 131.
18. *Abſalon erexerat ſibi adhuc cum viueret titulum,* &c. 298.
19. *Ergo ne hodie interficietur vir in Iſrael? An ignoro me hodie factum Regem ſuper Iſrael.* Nouiter. 262.

EX III. REGVM.

21. *Benedixit Naboth Deum & Regem; quamobrem eduxerunt eum,* &c. Nouiter, & cum Hiſpaniſmo. 43.
Non extingues lucernam Iſrael. 144.

EX IIII. REGVM.

6. *Malleus, & ſecuris, & ferramentum non ſunt audita in domo cum ædificaretur.* 13.
9. *Et vnusquiſque tollens pallium ſuum, poſuerunt ſub pedibus eius,* &c: 102.
23. *Deſtruxit quoque ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quaſi domunculas luci.* Nouiter, & ex profeſſo. 109

EX LIBRO I. PARALIPOMENON.

16. *Omnes enim Dij populorum Idola.* 79.

EX LIBRO IIII. ESDRAE

3. *Vt daret ſemini Iacob legem, & generationi Iſrael diligentiam,* &c. *Veruntamen non abſtuliſti ab eis cor malignum, vt faceret in eis lex tua fructum.* Nouiter & cum Hiſpaniſmo, 77

10 *Tu ergo noli timere* &c. *Sed ingredere, & vide ſplendorem ædificij* &c. 74.

EX LIBRO ESTHER.

7 *Quod ille audiens illico obſtupuit*, &c. 11.

EX LIBRO IOB.

1. *Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis.* Nouiter & cum Hiſpan. 42.
1. *Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Nouiter & cum Hiſp. 19. 42
1. *Miſeremini mei ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Nouiter ex antiquo ritu. 19.
2. *Benedic Deo, & morere.* Nouiter & cum Hiſpan. 42.
9. *Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & ſpes illorum abominatio animæ.* Illuſtratur etiam Hiſpanismo. 64.
13. *Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam pono in manibus meis?* Ex profeſſo & nouiter, cum Hiſpanismis. 71.
17. *Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, & pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me.* Diligenter expenditur per integrum caput. Explicantur ex ritu Veteri verſiones, & illuſtrantur Hiſpaniſmis. 18.
17. *Prædam pollicetur ſocijs, & oculi filiorum eius deficient.* Illuſtrat. Hiſpan. 64.
19. *Spoliauit me gloria mea*, &c. 201.
20. *Nec eſt ſatiatus venter eius*, &c. 75.
29. *Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me quaſi veſtimento, & diademate iudicio meo.* Explicatur ex ritu Vetere iudicantiū. 201
29. *Cum ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei, non cadebat in terra.* 291.
31. *Nunquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus iniquitatem*

iniquitatem. Illuſtratur etiam Hiſpaniſmo. 50.
ibid. Si leuaui ſuper pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta ſuperiorem. Nouiter ex more veteri, & illuſtratur Hiſpaniſmo 21.
ibid. Et letatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo. Nouiter cum Hiſpaniſmo. 266.
ibid. Vt deſiderium meum audiat omnipotens, & librum ſcribat ipſe qui iudicat. 22.

EX PSALMIS.

2. *Reges eos in virga ferrea*. Ex profeſſo, & varie, cum luce Hiſpaniſmi. 85.
Et tanquam vas figuli confringes eos. Apta & noua explicatione diligentius & curioſius tractatur, ſatis ex profeſſo. 95.
Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta. Illuſtrat. Hiſpaniſmo. 92.
Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Illuſtratur Hiſpaniſmo. ibidem.
3. *Ecce parturit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Illuſtratur Hiſpaniſmo. 50.
8. *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem.* Curſim. 52.
9. *Parauit in iudicio thronum ſuum.* Curſim. 202.
14. *Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis?* Curſim. 79.
Prius quam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum, ſicut viuentes, ſic in ira abſorbuit eos. Explicatur etiam Hiſpaniſmo. 30
16. *De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitatem.* Diligenter & acute tractatur. 63.
17. *Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.* 83.
Quoniam tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis. Illuſtratur etiam Hiſpaniſmo. 146.
Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine. ibidem.

 Et

18. *Et ipſe tan. nam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Curio- ſè acnoui. 157.
Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. 51.
23. *Quare me dereliquiſti, longè à ſalute mea, verba delicto- rum meorum.* 53.
Tu autem in ſancto habitas laus Iſrael. Explicatur etiam Hiſpaniſmis. 53.
22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocabit.* Illuſtratur Hiſpaniſmis. 91.
22. *Impinguaſti in oleo caput meum; & calix meus inebrians præclarus eſt.* 26.
26. *Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſſumſit me.* Ex ritu veteri; Illuſt. Hiſpan. 34.
28. *Vox Domini in virtute; vox Domini in magnificentia; vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus Cedros Libani.* Diligenter excutitur, atque illuſtratur. 95.
31. *Firmabo ſuper te oculos meos.* 62.
92. *Exultatio mea, erue me à circundantibus me.* 52.
33. *In Domino laudabitur anima mea.* Nouiter. 53.
34. *Quaſi proximũ & quaſi fratrẽ noſtrum ſic complacebam.* 28.
Subſannauerunt me ſubſannatione: frenduerunt ſuper me dentibus ſuis. Curſim. 24.
35. *Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo, non eſt &c.* Aptè explicatur. 248.
36. *Noli æmulari in malignantibus; neque zelaueris facientes iniquitatem.* 79.
Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarum cito decident. Illuſtratur Hiſpi. ibidē.
40. *Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris &c.* Curſim. 45.
Humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter. 261.
Quare faciem tuam auertis. Ex ritu veteri. ibidē.
43. *In Deo laudabimur tota die.* 53.
44. *Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.* Illuſtratur Hiſpaniſmo. 44.

Lingua

44. *Lingua mea talamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Ex profeſſo & cum Hiſpaniſmo. 45.
Specioſus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis propterea benedixit te Deus in æternum 187.
Accingere gladio tuo ſuper femur tuum: potentiſſime ibid.
Specie tua, & pulcritudine tua intende, proſpere procede, & Regna. Nouiter & ex profeſſo cum ſuis Hiſpaniſmis. 190.
Adducentur Regi Virgines poſt eam &c. 153.
48. *Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis.* 299.
49. *Ignis in conſpectu eius exardeſcet.* Ex ritu veteri. 145.
Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. 34.
Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Illuſtratur etiam Hiſpaniſmo. 11.
50. *Docebo iniquos vias tuas; & impij ad te conuertentur.* 100.
51. *Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum* &c. Vſque ad *Ego autem ſicut oliua fructifera ſperaui in miſericordia Dei in æternum.* Nouiter, & cum Hiſpaniſmo, 277.
54. *Diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius. Molliti ſunt ſermones ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.* Illuſtratur etiam Hiſpaniſmo. 23.
57. *Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa.* 49.
Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas. ibidem.
Quæ non exaudiet vocem incantantium; & venefici incantantis ſapienter. Explicantur, & illuſtrantur Hiſpaniſmo. ibid.
65. *Date gloriam laudi eius.* Ideſt, magnificentiæ. 54.
71. *Coram illo procident æthiopes, & inimici eius terram lingent.* Explicatur etiam Hiſpaniſmo. 259.

71.*Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.* Nouiter & cum Hiſpan. 35.

72.*Verumtamen propter dolos poſuiſti eis; deiecisti eos dum alleuarentur, &c.* Magna pars Pſalmi Paraphraſi Latina & Hiſpana explicatur. 29.

77.*Narrantes laudes Domini, & virtutes eius.* Explicatur Hiſpaniſmo. 54.

Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulcritudinem eorum in manus inimici. 185.

78.*Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.* Explicatur etiam Hiſpan. 47.

Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt. Illuſtratur etiam Hiſpan. *ibidē.*

92.*Dominus regnauit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem.* 185.

94.*Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes Deos.* 66.

96.*Ignis ante ipſum præcedet.* 145.

104.*Laudamini in nomine ſancto eius.* Illuſtratur Hiſpan. 53.

105.*Et eleuabit manum ſuam ſuper eos, vt proſterneret eos in deſerto.* 16.

Et vt deijceret ſemen eorum in nationibus, & diſperderet eos in regionibus. Illuſtratur Hiſpan. *ibidē.*

106.*Suſcepit eos de via iniquitatis eorum, propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.* Explicatur Hiſpaniſmo. 30.

108.*Deus laudem meam ne tacueris.* Explicatur Hiſpan. 53.

Induit maledictionem ſicut veſtimentum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius. Explicatur Hiſpan. 25.

112.*Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem.* 260.

Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui. Explicatur ad ritum veterem. 260.

117.*Circundederunt me ſicut apes, &c.* 306.

Conſtituite diem ſolemnem in condenſis. 212.

118.*Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.* Illuſtratur etiam Hiſpaniſmo. 190.

118.*Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam.* Illuſtratur etiam Hiſpan. 100.
Anima mea in manibus meis ſemper, & legem tuam non ſum oblitus. Explicatur etiam Hiſpaniſmo. 72.
Fortitudo mea, & laus mea Dominus. 52.
Suſcipe ſeruum tuum in bonum, non calumnientur me ſuperbi. Explicatur, & illuſtratur Hiſpan. 35.
127.*Filij tui ſicut nouellæ oliuarũ in circuitu menſæ tuæ.* Nouiter & cum Hiſpaniſmo. 277.
132.*Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbã Aaron.* 267.
138.*Suſcepiſti me de vtero matris meæ.* Illuſtratur etiam Hiſpaniſmo. 34.
Semitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti. 212.
140.*Corripiat me iuſtus in miſericordia, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Tractatur diligenter, & illuſtratur Hiſpan. 25.
170.*Leua manus tuas in ſuperbias eorum.* Illuſtratur Hiſpaniſmo. 16.
Gloriati ſunt qui oderunt te &c. Poſuerunt ſigna ſua ſigna. Explicatur etiam Hiſpan. ibidẽ.

EX PROVERBIIS.

1. *Extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret.* Explicatur ad ritum veterem. 15.
5. *Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius.* 24.
Si te lactauerint peccatores. 157.
6. *Si ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti manũ tuam apud extraneum. Laqueatus enim es verbis oris tui, & captus ſermonibus proprijs.* Explicatur ex profeſſo, & illuſtratur Hiſpaniſmis. 20.
6.& 24.*Et veniet tibi quaſi viator egeſtas, & paupertas quaſi vir armatus. Si autem impiger fueris, veniet vt fons meſſis tua. &c.* Nouiter ex profeſſo. 177. & 179.

8. *Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum* . Nouiter cum Hiſpaniſmo. 306.
11. *Annulus aureus in naribus ſuis, mulier pulcra & fatua.* 33.
14. *Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat.* 31.
13. *Lucerna autem impiorum extinguetur.* 147.
16. *Vir iniquus lactat amicum ſuum , & ducit eum per viam non bonam.* 26.
21. *Exaltatio oculorum , dilatatio cordis , lucerna impiorum peccatum.* Explicatur, & illuſtratur Hiſpaniſmo. 146.
22. *Qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur* . Explicatur Hiſpaniſmo. 41.
Non facias violentiam pauperi , &c. *Quia indicabit Dominus cauſam eius , & configet eos , qui confixerunt animam eius* . Explicatur nouiter ad ritum veterem. 30.
Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas , & qui vades ſe offerunt pro debitis . Explicatur etiam Hiſpaniſmo. *ibidem.*
23. *Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa.* 147.
24. *Ne æmuleris impios, quoniam non habent futurorum ſpem mali.* Illuſtratur etiam Hiſpaniſmo. *ibidem.*
1. *Nunquid non perditio eſt iniquo , & alienatio operantibus iniquitatem ?* Explicatur etiam Hiſpaniſmo. 50.
Fortitudo & decor indumentum eius. 185.

EX LIBRO ECCLESIASTES.

1. *Cunctæ res difficiles ; non poteſt eas homo explicare ſermone.* 74.
Non ſatiatur oculus viſu , nec auris auditu adimpletur. Nouiter ex profeſſo, & cum Hiſpaniſmo. *ibid.*

EX CANTICIS.

1. *Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Tractatur nouiter ac diligenter. 173. & 175.
Trahe me poſt te: in odorem curremus vnguentorum tuorum. Identidem explicatur. *ibidem.* & 157.
Oleum effuſum nomen tuum. Tractatur æquè ac ſuperiora. *ibidē.*
Introduxit me Rex in cellaria ſua. Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum. Explicatur nouiter ex ritu nuptiali. 157.
Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol. 59.
4. *Sicut vitta coccinea labia tua.* Aptè explicatur. 14.
5. *Dilectus meus candidus, & rubicundus,* &c. *Caput eius aurum optimum, comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ ſicut coruus.* Explicatur aptè & illuſtratur. 283.
Electus ex millibus. Nouiter. 5. & 188.
Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. 174.

EX LIBRO SAPIENTIAE.

2. *Ambulauimus vias difficiles;* Nouiter & cum Hiſp. 75.
Venite coronemus nos roſis ante quam marceſcant, & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Non prætereat nos flos temporis. Curioſè explicatur, & illuſtratur Hiſpaniſmo. 76.
14. *Aut obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes,* 114.

EX LIBRO ECCLESIASTICI.

3. *Fili ſuſcipe ſenectam patris tui.* Explicatur etiam Hiſpaniſmo. 34.
6. *Pacifici ſint tibi multi, conſiliarius vnus è mille.* 56.

11. *Sicut enim eructant præcordia ſetentium, & ſicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueū, ſic & cor ſuperborum, & ſicut proſpector videns caſum proximi ſui*: Nouiter & ex profeſſo. 251.
11. *Eſt enim homo marcidus, & egens* &c. *& oculus Dei reſpexit illum in bono.* 62.
12. *Amicus verus medicamentum vitæ, & immortalitatis*; Locupletatur. 58.
13. *Pondus ſuper ſe tollit, qui honeſtiori ſe communicat.* Illuſtratur Hiſpaniſmis. 76.
13. *Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit.* 291.
17. *Et omnia opera illorum velut Sol in conſpectu Dei.* 57.
Et oculi eius ſine intermiſsione inſpicientes in eum. Illuſtratur Hiſpaniſmo. 57.
24. *Flores mei fructus honoris & honeſtatis.* Explicatur etiam Hiſpaniſmo. 76.

E X I S A I A.

2. *Et erit iuſtitia cingulum lumborū eius.* 202.
3. *Et erit pro zona funiculus.* 209.
9. *Et leuabit Dominus hoſtes Raſin ſuper eum. &c. in omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.* &c. 16.
11. *Et leuabit ſignum in nationes, & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ.* 15.
Qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur. 15.
Iudicabit in iuſtitia pauperes, &c. 205.
16. *Et præparabit in miſericordia ſolium &c.* 203.
30. *Et erit vobis iniquitas hæc ſicut interruptio cedens, & requiſita in muro excelſo.* 50.
48. *Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus &c.* 84.
7. *Sede in puluere &c.* Vbi alia eiuſmodi ex ritu veteri. 264.
49. *Leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignū meum.*

meum. Ex ritu veteri. 15.
Et erunt Reges nutritij tui &c. *Vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* 259.
52. *Excutere de puluere, conſurge,* &c. 34.
53 *Et nos putauimus eũ quaſi leproſum, & percuſum à Deo &c.* 48.
Si poſuerit pro peccato animam ſuam videbit ſemen longæuũ. 287.
56. *Dabo eis in Domo mea,* &c. *nomen melius à filijs, & filiabus.* 231.
57. *Et poſt oſtium & retro poſtem poſuiſti memoriale tuum.* &c. 119.
63. *Tu Domine Pater noſter, à ſeculo nomen tuum.* &c. 233.
68. *Propter nomen meum longe faciam furorem meum, & laude mea infrenabo te.* Expenditur nouiter ac diligenter, vt pleraque ex ſuperioribus. 54.

EX HIEREMIA.

1. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna,* &c. 95.
2. *Quomodo conuerſa es mihi in prauum vitis aliena.* Nouiter & cum Hiſpan. 50.
3. *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.* Nouiter. 297.
17. *Tu es laus mea, & diem hominis non deſideraui.* Nouiter & cum Hiſpaniſmo. 55.
20. *Quomodo confunditur fur, ſic confuſi ſunt.* 11.
25. *Et perdam ex eis vocem gaudij, & vocem letitiæ, vocem molæ, & lumen lucernæ.* Nouiter. 135.
Thren. 3. *Dabit in puluerem os ſuum, ſi forte ſit ſpes.* Ex ritu veteri. 259.
4. *Rubiendiores ebore antiquo, ſaphiro pulcriores,* &c. Diligenter expenditur. 282.

EX BARVCH.

1. *Et abiuimus vnuſquiſque in ſenſum cordis noſtri maligni, operari Dijs alienis, facientes mala ante oculos Dei noſtri.*

Explicatur aptè etiam Hiſpaniſmo. 78.
2. *Aperi oculos tuos & vide.* 62.
6. *Mulieres autem circundatæ funibus in vijs ſedent, ſuccendentes oſſa oliuarum. Cum autem aliqua ex ipſis attracta ab aliquo tranſeunte, dormierit cum eo, proximæ ſuæ exprobrat, quod digna non ſit habita, ſicut ipſa; neque funis eius diruptus ſit.* Tractatur ex profeſſo diligenter ac nouiter per ipſa duo capita. 207.
Coronas certè habent aureas. &c. 223.

EX EZECHIELE.

16. *Tranſiens vidi te conculcari in ſanguine tuo, & dixi tibi cum eſſes in ſanguine tuo, viue.* Ex ritu veteri. 34.
Et ſumens de veſtimentis tuis feciſti tibi excelſa hinc inde conſuta. &c. 108. & 213. & 118.
Ecce ego extendam manum meam, & auferam iuſtificationem tuam, & dabo te in animas odientium te filiarum Paleſtinarum. Nouiter. 35.
Feciſti tibi imagines maſculinas, &c. 223.
23. *Poſuerunt armillas in manibus eorum. &c.* 210. & 223.
32. *Quo pulchrior es, deſcende, & dormi cum incircumciſis.* Illuſtratur etiam Hiſpaniſmo. 186.
36. *Ecce ego extendam manum meam, vt gentes, quæ in circuitu veſtro ſunt, ipſæ confuſionem ſuam portent.* 16.

EX DANIELE.

2. *Et digitos pedum ex parte fictiles, &c.* 87.

EX OSSEA.

10. *Eſt in vitula docta diligere trituram.* Nouiter & ex profeſſo. 226.
14. *Ibunt rami eius, & erit quaſi oliua gloria eius, & odor eius vt Libanus.* 277.

EX AMOS.

1. *Super veſtimentis pigneratis accubuerunt iuxta omne altare, & vinum damnatorum bibebant, &c.* Tractatur ex profeſſo per multa capita. 106.

EX MICHEA.

1. *Et omnes mercedes eius comburentur, & omnia idola eius ponam in perditionem, quia de mercedibus meretricis congegata ſunt, & vſque ad mercedem meretricis reuertentur.* Tractatur ex profeſſo, ac diligenter. 221. *& deinceps.*

EX NAHVM.

1. *Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis,* 6. *&* 286.

EX HABACVB.

1. *Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniuſtitiam contra me?* Nouiter & aptè ad proxima. 11.

EX AGGEO.

1. *Deſideratus cunctis gentibus.* Curſim ac cum Hiſpaniſmo. 15

EX ZACHARIA.

1. *Loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria.* 44.
3. *Et oſtendit mihi Dominus Ieſum Sacerdotem magnum*

magnum &c. Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis. Explicatur diligenter ac nouiter. 10.
His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me. 59.
11. *Quia ecce ego leuo manum meam ſuper eos, & erunt prædæ his, qui ſeruiebant ſibi, & cognoſcetis &c.* Ex ritu veteri. 16.
15. *Egredietur Dominus & præliabitur contra gentes, & ſtabūt pedes eius ſuper montē oliuarum.* Diligēter ac nouiter. 274.

EX MALACHIA.

4. *Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius* Explicatur etiam Hiſpan. 58.

EX LIBRO I. MACHAB.

13. *Et ædificabit Simon ſepulcrum patris ſui*, &c. Vſque ad, *Et iuxta arma naues ſculptas*. Tractatur ex profeſſo. 307.

EX LIBRO II.

4. *At ille commendatus Regi*, Cuſim, & Hiſpane. 39.

EX MATHEI EVANGELIO.

5. *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum.* 64.
6. *Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans.* Explicatur ad ritum Hebræorum. 26.
20. *An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* Illuſtratur Hiſpaniſmo. 41.
25. *Simile eſt Regnum Cælorum decem Virginibus.* &c. Tractatur parabola ex profeſſo: vbi de ritu nuptiali Hebræorum. 152.

EX

EX B. LVCA.

1. *Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ.* Ex profeſſo, & cum Hiſpaniſmo. 34.
7. *Veni in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti,* &c. 27.
12. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. &c.* Ex profeſſo. 159.
Dico vobis quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere. &c. Ex profeſſo. 164.
Euge ſerue bone & fidelis, &c. *Intra in gaudium Domini tui.* 165.

EX EVANG. D. IOANNIS.

12. *Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* 4.
13. *Sciens Ieſus quia venit hora eius.* Nouiter. 305.
16. *Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Nouiter, & ex profeſſo. 131.

EX ACTIS APOSTOLORVM.

13. *Herodes autem veſtitus veſte Regia,* &c. 200.

EX EPISTOL. PAVL. AD ROMANOS.

3. *Iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat.* Explicatur etiam Hiſpaniſmo. 39.
5. *Commendat Deus caritatem ſuam in nobis &c.* Illuſtratur etiam Hiſpaniſmo. 38.
8. *Conformes fieri imagini filij eius.* 48.

AD EPHESIOS

4. *Ambulant in vanitate ſenſus ſui.* Explicatur Hiſpaniſmo. 50.

EX I. PETRI.

4. *Si exprobramini in nomine Chriſti, &c.* . 131.

EX APOCALYPSI.

1. *Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* 7.
3. *ſcribam ſuper eum nomen Dei mei.* 298.
14. *Habentes nomen eius, & nomẽ patris eius ſcriptũ in frõtibꝰ ſuis.* ibid.
17. *Et in fronte eius nomen ſcriptum myſterium &c.* Nouiter. 297.
17. *Et amictus erat veſte aſperſa ſanguine.* Nouiter ac diligẽter. 10.

INDEX

QVORVNDAM LOCORVM; QVI EX HVMANIORIBVS LITTERIS EXPLICANTVR.

EX CATVLLO.

Ad Manlium. *De meliore nota.* 37.
In quādā. *Ruborem ferreo canis exprimamus ore.* 101.

EX CICERONE.

1. De Orat. *Ex iure manu conſertum vocarent.* 17.
Lib. 7. Fam. Epiſt. 29. *De meliori nota commenda.* 37.

EX HOMERO.

Iliados. 1. *Procubuitque thoro genua amplexata ſiniſtra.* 256.

EX HESIODO.

In Theogonia. *Illic Dei Inferi in ulteriore parte ædes reſonanteis.* 94.

EX HERODOTO.

Lib. 1. *Ad templum Veneris ſedent nodis corolliſq́ tēpora reuinctæ.* 207.

EX HORATIO.

1. lib. Epiſt. ad Lollium. *Quæ ſe cōmendat tonſa cute.* 38.
Lib. 3. Ode 6. *Et fingitur artub9.* 97.
Lib. Ode 9. *Purpureis ales oloribus.* 281.

EX IVVENALE.

Sat. 9. *Tollis enim, & libris actorū ſpargere gaudes, &c.* 125.
Sat. 10. *Numinibus vota exaudita malignis.* 77.
Sat. 12. *Et matutinis operatur feſta lucernis.* 136.

EX MARTIALI.

Lib. 5. in Marullum. *Qui te ferre oleum dixit in auriculam.* 23.
Lib. 6. de filio Domitiani. *Naſcere Dardanio promiſſum nomē Iulo.* 231.
Lib. 8. de ludis Stellæ. *Quod ſpectatorē te tua laurus habet.* 144.

EX OVIDIO.

Lib. 1. Amor. Elegia 3. *Iniiciam dominas in mea iura manus.* Et 4. Faſtor. *Quem Venus inſecta &c.* 18.
Libro 2. Amor Elegia 5. *Aſſyrium femina tinxit ebur.* 282.
Libro 3. Amor. Elegia 12. *Præbuerant*

buerant latas veſte iacente vias. 105.
Lib. 1. *Faſtor. Proſpera lux oritur linguiſque animiſque fauete.* 39.
Libro. 4. Triſt. Eleg. 4. *Si vox infragilis.* 81.
Lib. 3. Triſt. Eleg. 3. *Sic medicant aliena locatum.* 49.
Lib. 1. Metamor. *Magna petis Phaeton.* 68.
In Epiſtola. *Didonis ad Æneam. Eſt mihi marmorea*, &c. *Appoſitæ frondes vellera & alba tegunt.* 120.

EX PERSIO.

Satyr. 5. *Teneros tu ſuſcipis annos.* 32.
Satyr. *At cum Herodis venere dies.* 133.

EX VTROQVE SENECA.

Epiſt. 96. *Accendere aliquem lucernas Sabbatis prohibeamus.* 139.
Controuer. 2. *In omnem motum corporis confringitur.* 97.
In Throade. Act. 3. *Fata ſi miſeros iuuant, Habes ſalutem*, &c. 309.
In Thyeſte, ſub initium. *Ornetur altum culmen*, &c. *Dignus aduentu tuo ſplendeſcat ignis.* 238.

EX TIBVLLO

Lib. 2. Eleg. 1. *Omnia ſint operata Deo.* 237.
Ibidem. *Curruumque ſequuntur Matris laſciuo ſidera fulua choro.* 158.
Lib. 3. Eleg. 4. *Me quondã Admeti niueas paviſſe iuuencas.* 127.

EX VIRGILIO.

Egloga. 4. *Et incipient magni procedere menſes.* 65.
Ibidem. *Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.* &c. 292.
Eglog. 5. *Amat bonus otia Daphnis.* 44.
Georgicorum lib. 2. *Difficiles primum terræ, colleſq; maligni.* 73. & 77. Vbi alij quoque ſimiles loci ex varijs auctoribus explicantur.
Ibidem. *Non mihi ſi lingua centum*, &c. *Ferrea vox.* Tractatur vberrimè & multitum Græci, tum Latini auctores explicantur, à Fol. 80. & deinceps.
Æneid. 1. *Quale manus addunt ebori decus.* 283.
Ibid. *Sunt hic ſua præmia laudi* 52.
Ibidem. *Crinibus Iliades paſſis peplumque ferebant.* 104.
Æneid. 2. *Feſta velamus fronde per vrbem.* 121.
Ibidem. *Tyrrhenique duces, & verſis Arcades armis.* 195.
Æneid. 3. *Tu mœnia magnis Magna para.* 67.
Æneid. 4. *Magniſque agitant ſub legibus orbem.* 67.

Ibidem.

Ibidem. *Velleribus niueis, & feſta frondè, &c.* 120.
Ibidem. *Ipſe ante alios pulcerrimus omnes Infert ſe ſocium Æneas.* 180.
Ibidem. *Haud illo ſegnior ibat Æneas, &c.* 183.
Æneid. 5. *Primam merui, qui laude coronam.* 52.
Æneid. 6. *Magnum ſi pectore poſſit, &c.* 68.
Æneid. 7. *Hoc Priami geſtamen erat, cum iura vocatis, &c.* 193.
Æneid. 10. *Purpureum pennis, &c.* 285.
Ibidem. *Quid tibi nunc, &c. pro laudibus iſtis.* 52.
Ibidem. *Iniecere manum Parcæ.* 18.
Æneid. 12. *Obſcœnæ volucres.* 40.
Ibidem. *Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro.* 282.

EX LEGE.

Penult. Cod. De naufragijs. *Leuato velo indicare.* 318.
Ex lege Charidemus. *Tract. De pollicit. Munus edere.* 317.

LECTOREM MONEO.

Cum hos, tum etiam alios ſcriptores ſacros, profanos, Poëtas, Hiſtoricos, Græcos, Latinos, Eccleſiæ Patres, pluribus locis explicatos, aut illuſtratos: qui in ſingulis paginis legentibus tam obuij ſunt, vt ſuperuacaneum videatur, velle omnes ſigillatim indicare.

INDEX.

RERVM, ET VERBORVM.

ABbaris Sagitta quid. 90.
Abbaris ſapientiæ doctor, & Abbarides quicũq; doctrina florerent, appellati. ibid.
Abire in ſenſum cordis, quid. 78.
Abrahamus multa ex ſuis poſteris tradidit. 332.
Accendimur ad pugnam iniuriæ monumentis ante oculos obiectis. Curioſe tractatur. à fol. 7.
Accubitum in templis ad epulas & Venerem delibandam. 115.
Actorum libri qui. 123.
Adoleſcentium mores ad antiquam regulam exigebat Lydus apud Plautum. 312.
Adorare quid. 266.
Adorandi ritus. ibid.
Adorata ſigna in bello. 3.
Adoratæ imagines imperatorum inſignis. 2.
Ædes quando ramis coronatæ apud Hebræos, aliaſque nationes. 122. & deinceps.
Ædium cultus in feſtis. 136.
Ægyptij arbores, pecora, & alia rubrica illinunt aduerſus incendium. 12.
Æneus ſerpens cuius rei ſymbolum in ſacris. 82.
Ænea caro apud Iob. 84. & 87.
Æquitas cauſæ animos facit. 12.
Æquitatem videre quid apud Regiũ Pſaltem. 63.
Aëris flores cuncta bona terreſtria. 76.
Ærea vox. 82.
Ærea æternitatis ſymbolum. ibidem.
Ærea frons Iſaiæ. 48. 84.

Ærea manus. 87.
Æreum limen. 94.
Æs inter metalla vocaliſsimum. 82.
Æs pro ferro vſurpatum. ibid.
Alexandri theſauri amici. 59.
Albi equi & rufi Apoc. 19. 10.
Alienus, alienari, alienatiò quid in humanis, ſacriſq; litteris. 40.
Aliena loqui. ibid.
Alienati ſunt peccatores. ibid.
Alieni filij qui. 47.
Alienum, id eſt, vitioſum atq; corruptum. 48.
Alienum pro incommodo, & noxio. ibid.
Alienata mens. 49.
Aliena vitis, infrugifera & ſtulta. 50.
Alieni peruerſi. 51.
Alienatiò operantibus iniquitatem. 50.
Ambulare vias difficiles. 75.
Amantium ingenium. 227.
Amarum ex dulci. 24.
Amicitiæ ſymbolum Sol. 56.
Amicitiæ veterrimæ probandæ, vt vina. 57.
Amicus vt Sol vnicus. 56.
Amicus aurum optimum, theſaurus ingens. ibid.
Amicorum fidelium laudes. ibid.
Amici idem ſemper animus. ibid.
Amicus nunquam ex animo iraſcitur. 56.
Amicus moleſtiarum allenamentum. 57.
Amicus nouus vinum nouum. ibid.
Amici cuſtodes amicorũ vigiles. ibid.
Amici reip. fulcrum. ibid.
Amici lux & duces amicorum. ibid.
Amicus verus medicamentum vitæ, & immortalitatis. 58.
Amici veri officia. ibid.
Amici multarum interdum origo calamitatum. 59.
Amici amicorum oculi. 60.
Amici verba medela commoda. 58.
Amici ſponſi, & familiares qui. 163. & in Appẽdice cap. 23. in indice.
Amici Regum purpurati; maximè iudices. 203.
Amici laudandi. 252. & quatenus laudandi. 253.
Amor amarus. 24. & 59.
Amor tyrannus dulcis. ibid.
Amoris natura, & ingenium. 59.
Amor tutatur amatos. 57.
Amor melle & felle fœcundiſsimus. 59.
Amor crudeliter ludit. ibid.
Amoris ſymbolum lac. 157.
Animam geſtare, aut ponere in manibus. 70. & 71.
Animam eſſe in manibus. 72.
Animi impiorum vt abſint à Diuina ſimilitudine. 48.
Antigenidæ opportunè dictum. 321.
Antiphanis paraſitus maſſa ferri. 87.
Antiphraſis Grammaticorum reijcitur. 42.
Apollo Charites & ſagittas geſtet quo ſymbolo. 59.

Apoſtoli

Apoſtoli oculi Chriſti. 61.
Apprehendere diſciplinam. 92.
Aragoniæ proceres veſtem mutant per Paraſceuem. 196.
Arbores lucernatæ, vnctæ, coronatæ, & vittatæ. 148. *& deinceps.*
Arguere, & ſtatuere contra faciem, apud Dauidem, quid. 11. *&* 12.
Arma & faſces in luctu verſa. 192.
Arma & veſtigia tangunt ſupplices. 265.
Aſpectus Chriſti cruci ſuffixi quid efficiat. 8.
Athanaſius cum luminibus, & vnguentorum profuſionibus ab Alexandrinis exceptus. 169.
Athenienſium Reges ſine corona inter alios indicant. 198.
Attétio quæ in ſacris neceſſaria. 39.
Atri fluctus apud Virg. 288.
Aurora ſponſæ ſimilis. 158.
Aurea gleba Euripidi Sol. 56.
Aurea, ideſt, pulcra. 281.
Auro cinctæ puellæ. 207.
Auſpicari quid. 300.
Auſpicia opificum, & Magiſtratuũ fiebant Calẽdis Ianuarijs. ibid.

B.

Babyloniorum mos execrandus in proſtituendis feminis ad ædem Veneris. 207.
Bachi & Solis cur idem numen à veteribus fictum. 56.
Bachi fabula ex oraculis ſacris. 327.
Bacho & Phœbo cur æterna iuuenta. 56.
Bachus curas adimit. ibid.
Barba virile decus. 267.
Barbam tangunt ſupplices, quo argumento. 257. *& deinceps.*
Baſiliſcus ſummi ſacerdotij ſymbolum. 61. *&* 62.
Bellum iniuſtè ſuſceptum frangit, atq; debilitat ſuſcipientem. 9.
Benedicendi quot modi in ſacris literis. 41.
Benedicere, ſalutare. 42.
Benedicere pro valedicere, & renunciare. ibid.
Benedicere in faciem, quid apud Iob. ibid.
Benedicere nunquam pro maledicere. 43.
Benignitas Iob in delitores. 22.
Bona verba quid. 40.
Bona omnia habere. ibid.
Bona Iuno, Bona Venus, &c. 40.
Bona dicere. 41.
Bona doti dicere. 42.
Bona verba in ſacris. 43.
Bona cæleſtia cor ſatiant. 74.
Bona terrena difficilia, nunquam ſedant. ibid.
Bona terrena vix cerni, vix audiri, nedum capi ſe ſinunt. ibid.
Bona terrena viæ difficiles, deſerta inacceſſibilia. 75.
Bona terrena flores aeris, ſiue temporis, & quare. 76.
Bona iuſtorum honorem pariter

ac commodum habent. ibid.
Bonæ preces. 40.
Boni Manes. ibid.
Boni viri pro cognatis habendi. 46.
Bonitatem facere. 79.
Bonum rectum. 44.
Bonus dies. ibid.
Bonus Iupiter, ſiue Optimus cur dictus. ibid.
Bonum in ſacris quid. 41.
Bonus oculus in eiſdem litteris, quid. ibid.

C.

CÆCI Invitia ruimus. 50.
Cælum æneum. 74.
Cænum ſuibus gratius olet, quam vnguentum. 33.
Calamo ſcribæ ſimilis lingua Regij Pſaltis, quare. 45.
Calēdæ Ianuariæ maximè olim feſtæ & celebres. 299.
Conuiuia in his, & feſtus per vrbem ornatus lucernarum, ac frondium. 299. & deinceps.
Manumiſsiones factæ. 301.
Fauſtæ inuicem precationes, ibid.
Strenæ datæ. 302.
Nihil triſte dictum, factum ve, publice, neque priuatim. ibid.
Neq. vindicatum in noxios. ibid.
Caligula meretricium vectigal exegit. 224.
Calumniatores vita indigni. 253.
Calūniatores inuidi cuiuſmodi. 251.
Calumniatorum ſupplicium. ibid.
Calumniatorum ingenium, & mores. 248. & deinceps.
Calūniatores hirudinū ſimiles. 249.
Item cucurbitularum medicabilium, Naptæ, Charadrij, & canum venaticorum. 250.
Candidus & rubicūdus ſponſus. 283.
Canis pretium à Dei templo reiectum. 228.
Canis pretium quid. 229.
Canis impudentiæ ſymbolum. 230.
Cantu prælia commiſſa. 243.
Cantus, qui in bello, cuiuſmodi. 244.
Capillus. Vide Cincinnus.
Capillus purpureus. 280.
Capilli Sponſi an nigri. ibid.
Carabandæ, vt vulgo dicitur, origo. 241.
Carbunculi color. 283.
Caro Chriſti cruenta gladius dæmonum. 10.
Cauſæ iniquitas frangit ac debilitat. 9. & deinceps.
Cauſæ æquitas animos facit. 12.
Celeuma quid. 244.
Cena nuptialis in ſponſi domo data. 155.
Cena ſeruis data miniſtrantibus dominis, interdū etiā Regibus. 164.
Chaldæi purpurati in prælijs. 6.

CHRISTVS.

CHriſtus in Cruce cur in omnes orbis terræ partes ſpectet. 5.

Chriſti

Chriſti ſanguis ebibit, atq; operit ſanguinem peccatorum. 7.
Chriſti ſanguis purpura Regia, qua ſui milites in prælium ornantur. 6.
Chriſtus cur Chlamidem coccineam induitur. 6. & 7.
Chriſtus in Cruce, tanquam imperator in ſigno. 3.
Chriſtus ſignum, & ſignifer. 4.
Chriſtus electus ex millibus. 5.
Chriſtus vere vexillatus. ibid.
Chriſtus lauit nos à peccatis in ſanguine ſuo. 7.
Chriſti conſpectus peccati odium gignit. 8.
Chriſti conſpectus ſolicitos nos reddit. ibid.
Chriſtus in Cruce Dæmonem exanimat. 9.
Chriſti paſsionem aſpirat Eccleſia. 14.
Chriſtus etiam hoſtes amicè & humaniter ſuſcipit. 15.
Chriſti caro cruenta Dæmonis gladius. 10.
Chriſti quæ arma in prælio contra Dæmones. ibid.
Chriſtus ſucepit nos, quid. 34. et 35.
Chriſtus vt nos ab vſuris redemit, explicatur. 35.
Chriſtus nos ingenuos fecit, & quod Hiſpanè dicitur, Hijoſdalgo. ibid.
Chriſti nomen quomodo noſtrũ. ibid.
Chriſtus pro nobis diſſoluit. 36.
Chriſtus quare languores noſtros tulerit. 37.
Chriſtus Rex per antonomaſiam. 45.
Chriſtus deſideratus omnibus. 55.
Chriſti ab ortu magni dies, magniq; menſes fluxère. 67.
Chriſti oculi Pontifices, & Apoſtoli. 61.
Chriſti corpus fideles. ibid.
Chriſti lex lacti ſimilis. 98.
Chriſti nomine petere, quid. 91.
Chriſti in nomine exprobrari. 232.
Chriſtus gentes ad ſe facilè ac ſuauiter adduxit. 95.
Chriſtus miro Dei conſilio cum ramis exceptus. 106. & 131.
Chriſtus Sponſam ſuam Eccleſiam ſuo ſibi ſanguine coemit. 191.
Chriſtianorum nomen honorabile coram Deo, quomodo intelligatur. 36.
Chriſtianæ diſciplinæ mirabilis virtus. 91.
Chryſoſtomus explicatus, 13.
Cinædi qui. 236.
Cinædicæ ſaltationis origo. 241.
Cincinnatorum vituperatio. 234. & deinceps.
Cincinnatulus Dæmon. 240.
In cincinnatulos Archeſilai dictum mordax. 236.
Cincinnati fugiendi. 240.
Cincinni puerorum geſtamen. 235.
Cincinni feminarum, & quidem puellarum. ibid.
Cincinni damnati in pueris. ibid.
Cincinni cinædorum nota. 236.

Cincinni ab Ethnicis damnati. 236, *& deinceps.*
Cincinni teſtes libidinis. 237.
Cincinni in fronte velut titulus meretricum. 238.
Cincinni ſemper in probro. ibid.
Cincinnos olim qui geſtabat, vix Chriſtianus habitus. ibid.
Cincinni olim ad terrorem in bello. 239.
Cincinni damnati ab Apoſtolis. ibid.
Cirrus, vide Cincinnus.
Claritudo ab ſtudijs. 33.
Coccinea tunica pugnæ ſignum. 4.
Coccinea vitta ſponſæ labia. 14.
Coccineæ olim veſtes in bello. 6.
Coccineus color tutos præſtare creditus. 12.
Coccineus color ſanguinis profuſionẽ minatur. ibid.
Coccineis vittis ornata templorum limina. 13.
Coccineus funiculus olim pueris de collo ſuſpenſus, ad auertendũ faſcinum. ibid.
Coccineum ſignum metum, & ſpem adfert. 12.
Color puniceus pugnæ ſignum. 4.
Color albus ludicri certaminis ſignum. ibid.
Color flauus bellum minatur, & cognationem habet cum ſanguine. 12.
Color coccineus cur tutos præſtare creditus. ibid.
Color purpureus. 279.
Color roſeus. 283.
Commendare quid. 38.
Commendat Deus caritatem ſuam in nobis. ibid.
Commendatus Regi. 39.
Comeſſationes & ſtupra ad aras. 113.
Coniunctiſſimus, qui optimus. 47.
Configere animam in ſacris litteris quid. 20.
Confringere, ideſt, facere vt exiliant. 96. & 97.
Confringere vas figuli. 95. & deinceps.
Confringere corpus. 98.
Conſtantinus Imp. Virgilii 4. Eglogam de Chriſti aduentu interpretatus eſt. 65.
Conſtantini Imperatoris labarum. 3.
Conſpectus Chriſti quid efficiat. 8.
Cor verbum eructat. 44.
Cor edere. 72.
Corona ſeruitus etiam nota. 272.
Coronæ conuiuales an apud Hebræos. 168.
Coronæ inunctæ. 170.
Corona victoriæ ſignum. 219.
Coronæ amantium quid. ibid.
Coronatæ arbores. 148.
Coronatæ fores in feſtis. 121.
Coronarum olim nullus apud Græcos vſus. 168.
Coronare quid. 177.
Coronatæ feminæ ad templum Veneris. 210.
Coronata etiam tentoria, ſiue diuerticula

ticula earum. ibid.
Coronamenta quid. 211.
Coronam qui ſoluit, amorem ſoluit. 218.
Coronati cur amare dicantur. ibid.
Coronam ſoluere quid. ibid.
Coronati oliua Dijs ſupplicant. 271.
Corpus ſine oculis Eccleſia ſine capite. 61.
Corpus Chriſti fideles. 61.
Crinis intonſus Baccho, & Phœbo. 56.
Criſtæ militum olim in bello purpureæ. 285.
Croco ſparſa humus in pompis. 169.

C R V X.

Crux ſignum bellicum maximè pro Gentibus conſcribendis. 2.
Crux Labaro ſimilis cum Imperatoris imagine & titulo. 2.
Crux verum Labarum à leuando labore dictum. 3.
Crux ſignum cruentum, quia pugnæ ſignum. ibid.
Crux ſignum cruentum quia pro nobis contra Dæmones. 3. & 9.
Crux ſignum coccineum in ſalutem credentibus. 6.
Crucis ſignum purpureum milites confirmat, deterret hoſtes. ibid.
Crux ſolicitudinis ſymbolum. 9.
Crux Chriſti omnes libidines, cupiditateſq; retundit. 8.
Crucis ſymbola quæ. 14.
Crux ſublata bonæ ſpei ſymbolū. 15.
Crux ineffabilis Charitatis opus. 9.
Cultus ædium in feſtis. 136.
Curæ mordent. 72.
Curſores, & emiſſarij qui. 178.
Cydaris Regum quid, & quo ſymbolo. 205. & 206.

D.

Daduchi pueri prælucentes. 162.
Dæmones ad cruentum Chriſti corpus contremiſcunt, & franguntur. 10.
Dæmonū gladius Chriſtus cruci ſuffixus. ibid.
Daniel. Chaldæorum litteras didicit. 320.
Decorum quid. 188.
Decorum quæ vnd; tenent, ea pulcra eſſe. ibid & 192.
Defigere manum Hebræis quid. 20.
Deformis pro imbelli. 184.
Dentes curarum ſymbolum. 71.
Deſiderare, & deſiderium, quid. 55.
Detractorum mores, & ingeniū. 25. & deinceps.
Deucalionis fabula ex Noei diluuio. 327.
Deuouebāt ſe olim imperatoribus. 45.

D E V S.

Deus à dando dictus. 41.
Deus laus hominum, ideſt, robur

atq; præſidium. 52.
Deus in ſancto habitat, ideſt, in loco munito, & inexpugnabili. 53.
Deus videt, & miſeretur. 62.
Deum, vt aperiat tantum oculos, & videat, cur propheta roget. ibid.
Deus cur Opt. Max. dicatur. 66.
Deus magnus per Antonomaſiã. ibid.
Deus verè pulcer. 192.
Dei ſymbolum lampas. 145.
Dei iuſtitia. 39.
Dei nomẽ liberalitatis & clemẽtiæ. 41.
Dei nomen cur Principibus, & patronis olim datum. ibid.
Dei reſpectus cur ſæpe poſtulatus. 62.
Dei montes, cedri, &c. cur. 70.
Deorum ſimulacra ad ianuas. 138.
Deorũ genua tangunt ſupplices. 264. & deinceps.
Deorum ſimulacra ex mercedibus meretricijs. 223.
Deorum veſtes inunctæ. 171.
Deo nihil difficile. 76.
Diana Orſiloche, quid. 294.
Dies hominis, quid. 55. & 70.
Dies magnus, pro calamitoſo. 68.
Dies extremi iudicij magnus; ideſt bonus, iuſtis inprimis, deinde etiam damnatis, & quare. 69.
Dies primi aduentus Domini cur etiam magnus. ibid.
Dies Domini magnus dicitur, quia Domini eſt. ibid.
Difficile quid. 73.
Difficiles terræ. 74.
Difficiles homines. ibid.
Difficiles viæ. 75.
Difficile nihil Deo. 76.
Difficile à peccatorum cæno emergimus. 54.
Difficultas pro inopia. 76.
Dij bonorum nomine gaudent. 40.
Dijs ſimillimi, optimi. 47.
Dij gentium Idola. 79.
Dij coronati infeſtis. 124.
Diligentiam dedit Deus generationi Iſrael, vt intelligi debeat. 79.
Diſciplinæ Chriſtianæ vis. 90.
Diſcipulorum labes inferre magiſtris, iniquum eſt. 312.
Diſpenſatoris inter ſeruos locus & munus. 165. & 166.
Diues quaſi Diuus. 40.
Diuerticula funibus diſtincta apud Herodotum, quid. 213. & 216.
Diuitiæ fugaces. 75.
Docti Solis, & ſtellarum ſimiles. 33.
Doctrinæ natura. 90.
Doctrina Euangelicæ mirabilis virtus. 98.
Dolor, atq; iracundia, duæ in prælio faces. 7.
Dolor mutis vocem expreſſit. 8.
Dolorem concipere quid. 50.
Doloſi hominis ingenium. 23.
Dolos iuxta impios Deus poſuit, vt capiantur incauti. 29.
Dolus bonus, & malus. ibid.
Doli ſub veri ſpecie. 23.
Domeſtici non aliunde quàm ex factis æſtimandi. 46.
Dominij quæ vis, & ratio. 19.

Domus.

Dormuncula luci in libris Regum, quid. 109.
Doti bona dicere. 42.
Dura quies apud Virgiliũ quid. 83.
Durum, & Duriter, quid. ibid.

E.

EBur antiquum. 281.
Ebur oſtro tinctum in delitijs olim habitum. 282.
Eboris antiqui color. ibid.
Eccleſia, ſine capite, corpus ſine oculis. 61.
Eccleſia iudicium petit à Chriſto. 63.
Eccleſiæ labia coccinea cur. 14.
Eccleſiæ oculi ſummi Pontifices. 61.
Effeminati & meretrices in templo verſabantur. 119.
Elephantus Regiæ potentiæ ſymbolum. 265.
Eliſij campi Paradiſus. 328.
Elogia meretricum. 297. Vide etiam Titulus meretricum.
Equi albi & ruſi Apocalip. 19. quid. 10.
Eructare verbum. 44.
Eructat verbum propriè cor. ibid.
Eruditio inter humana bona primum locum tenet. 320.
Eruditionem qui negligunt inſulſi & præpoſteri habendi. ibid.
Eruditionem Græcorum attingere Chriſtianos vetabat Iulianus. ibid.
Eruditione præſtantes viri de noſtris. 323.
Eruditio timorem creat, imperitia confidentiam. 334.
Eruditionis laus, vis, & neceſsitas oſtenſa ſæpe toto libro. 5.
Ex iure manu conſertum vocare. 17.
Excelſa, quid. 118.
Exponebantur olim infantes, etiam apud Hebræos. 34. & deinde.
Exprobrari in nomine Chriſti, quid ſit. 232.
Extranei pro improbis. 48.
Extraneus, peregrinus. 47.
Extraneus hoſtis. 48. & 59.
Exultare in Domino. 53.
Euangelij mira virtus. 98.
Euripidis acutè dictum, & liberè. 321.

F.

FAbella non inepta in calumniatores. 249.
Fabulæ complures poetarum ex noſtris litteris inuentæ. 327.
Facere bonitatem. 79.
Faces nuptiales Romanis, Græcis, Hebræis, quot. 154. & deinde.
Faces à pueris feminiſq́ prælatæ in nuptijs. 153.
Fauere linguis. 39.
Fauentia mentis, & corporis. 40.
Fauus diſtillans labia meretricis. 24.
Feminæ in templo veſtes initiatis atq; Idolis texebant. 109. & 110.
Feminæ olim ad templum Veneris proſtitutæ. 307. & deinde.

Feminæ ad templum Veneris cur coronatæ. 210.
Feminæ cirratæ. Vide Cincinnus.
Feminæ ſaltatrices. V. Cinædica ſaltatio.
Femur deoſculari, quid. 269.
Femur tangere, quid. 270.
Ferrea vox, Ferreum pectus, &c. 80. & 86.
Ferrea nox. 85.
Ferrea inflexibilia. 93.
Ferrea virga quid ſit. 85. & deinde.
Ferreus ſomnus. 83.
Ferreum limen. 86.
Ferreum pro ſolido. 87.
Ferreum inexpugnabile. ibid.
Ferreum quod nihil ab alijs detrimenti capit. ibid.
Ferreus animus, fortis. 93.
Ferreum cor Mortis. 94.
Ferri maſſa Antiphanis paraſitus. 87.
Ferrum cuius rei ſymbolum. 81.
Feſta frons. 120.
Feſtus ornatus. rami, & lucernæ Sæpius. lib 2.
Feſtum luminum apud Græcos. 134.
Fide iubere. 20.
Fideles Chriſti corpus, & membra. 61.
Filij alieni, qui. 47.
Filij mendaces. 48.
Filij hominum, qui. 188.
Filios parentum ſimiles habere in felicitate poſitum. 47.
Firmare oculos, quid. 62.
Flauus color cognationem habet cum ſanguine. 12.
Bellum minatur. 12.
Flores Dei fructus honoris & honeſtatis. 76.
Flores mundi flores aeris, ſiue temporis. ibid.
Flores, & coronæ in principes iactæ. 130.
Flores purpurei. 281.
Fluctus atri, quid. 288.
Folijs ſimile genus hominum. 132.
Frangere quid. 96.
Frangi artubus, quid. 97.
Frons ærea. 84.
Fugax vita mortalis. 75.
Fugaces diuitiæ. ibid.
Fulcrum Reip. amici. 57.
Fundus Optimus maximus quis. 66.
Funibus lecti, & tabernacula diſtenta, diſſolita. 115. & 213.
Funem dirumpi, quid Baruch 6. 13. & 218.
Funiculus coccineus Chriſti ſanguinis ſymbolum. 6.
Funiculus coccineus inter puerorum ornamenta. 13.
Funiculus coccineus ſalutis ſymbolum. 6.
Funiculus pro vili Zona. 219.
Funiculorum obligatio, & diruptio, ex ſacris magicis. 217.
Funiculi pro ſertis, atq; tabernaculis, in ſacris. 212. & 213.
Funiculi pro ſertis. 211.

Furfuram,

Furſurum, & oliuarum combuſtio in ſacris magicis. 217.

G.

Gaudium pro cena. 165.
Gentes cum cedris comparatæ. 96.
Gentes ad Chriſtum alacres & exultantes veniunt. 96. & 99.
Gentilium ex libris quædam i ſ. ſumpta à Moſe, & Prophetis. 322.
Gentilium libri quantum adiuuent ad ſacros intelligendos. ibidem, & per totum librum 5.
Genua recidere, quid. 97.
Genua tangere. 257.
Genua Dijs æquè atq; hominibus in ſupplicando tangi ſolita. 264.
Genua Deorum incerare. ibid.
Genua miſericordiæ dicata. ibid.
Genua cur tangant ſupplices. 265.
Genua flectere cuius rei ſymbolum. ibid.
Genua tangendi mos in poſteriora ſecula deriuatus. 268.
Geſtare animam in manibus. 70.
Gladius potens in prælio Dæmonum Chriſti cruenta caro. 10.
Glorioſa quæ infert Dominus ſuper nos. 54.
Gorrones Hiſpanis, qui Latinis vmbræ. 338.
Gymnaſia quæ exercitationes pueris præſciberent. 312.

H.

Habitare in ſancto, quid. 53.
Hæreticorũ obiecti a cõtra eruditionis humanæ ſtudiũ diluta. 335.
Haſtæ olim pro Dijs. 86.
Haſtæ coronatæ. 124.
Hebræi ad cenam vncti. 26.
Hebræorum ſynagoga vmbris contenta. 51.
Hebræorum feminæ veſtes Idolis dicabant, & conficiebant. 109.
Hebræi ſomnia captabant. 112.
Hebræi templũ ſcelere polluebãt. 114.
Hebræorum Regum in iudicando cultus. 199.
Hebræi prælia cũ cantu ineunt. 214.
Hebræi ſupplices an oliuæ ramis velati. 272.
Hebræi Græcis interdum litteris eruditi. 332.
Hebræi an Imperatoribus, aut viris principibus cũ ramis obviã prodierint. In Appẽdice capit. 13. lib. 2. in indice capitum; & fol. 130.
Hebræi more gentium ſomnia captabant, quæſtus gratia. 112.
Hebræi ſtupra & adulteria in Idolorum templis perpetrabant. 113.
Hebræi tabernacula in Dei templo ex veſtibus moliebãtur ad conuiuendum. 117.
Hebræorum in templo effeminati & meretrices verſabantur. 119.
Hebræorum mos in vnguentorum vſu. 74. & deinceps, & in Appen-

 dice

dice cap. 1. lib. 3. in indice.
Hercules pulcer, ideſt, fortis. 183.
Hercules verus Samſon. 328.
Heſiodus multa ex ſacris litteris in ſuam poeſim tranſtulit. 330.
Homines ad imperium quærendi non qui patrij ſint, ſed qui optimi. 47.
Hominis diem non deſiderare in ſacris litteris, quid. 55.
Hominum genus folijs ſimile. 132.
Honor facile elabitur. 75.
Honeſtus in ſacris pro diuite. 76.
Honeſtatis fructus, quid. ibid.
Hora maturitatis rerum tẽpus. 304.
Horæ Chriſti quæ. 305.
Horæ vnde dictæ. 304.
Horæ Cæli cuſtodes. ibid.
Horæ lectum nuptis parant, & roſas ſpargunt. 121.
Horæ mortales ab inferis excitant. 306.
Hoſanna quid. 131. & alias.
Hoſpites pro Diis apud Scythas. 46.
Hoſtis olim, qui nunc peregrinus. 48.
Humana omnia viæ difficiles, & deſerta inacceſſibilia. 75.
Humana bona flores ſine fructu. 76.
Humana omnia fugacia. 79.
Humana ſapientia auro argentoq; & veſti Ægyptiorũ cõparata. 323.
Humanam ſapientiã attingere Chriſtianos vetabat Iulianus. 320.
Humanam ſapientiam, qui Chriſtianis exprobrant, abſurdi. 321.
Humanæ litteræ noſtris ſunt ornamento. 333.
Humanæ ſapientiæ neceſſarius vſus. 319.
Humum fronte ferire, aut tangere, ſupplicantium geſtus. 258.
Humum verrere ſupplicantium, maximè in Dijs placandis. 259.
Hyppocratis filij ſuem reſipere cur dicti. 33.

I.

IAni virga quid. 90.
Ianus verus, Noe. 327.
Idola in templo Domini. 109.
Idola ad Ianuas, & compita. 138.
Idolis veſtes oblatæ 104. *etiam ab Hebræis in templo Domini.* 109.
Idolum nihil eſt. 78.
Idolum vmbra, ſomnus, ſimulacrum, ſpectrum. ibid.
Ieiunium non oſtentandum. 26.
Ieſu ſacerdos cur indutus veſtibus ſordidis contra Satanam. 10.
Ignem ſacerdotes cur præferrẽt. 143.
Ignis Regiæ potentiæ ſymbolũ. 145.
Illiterati pro trunco, & lapide. 32.
Illiterati ſuibus ſimiles, 33.
Illuminare oculos, quid. 100.
Imagines imperatorum in ſignis. 2.
Imagines imperatorum pro numinibus adoratæ. 2.
Imperatores vt olim ſui ciues alloquerentur. 45.
Imperium optimis tametſi non ciuibus demandandum. 47.
Imperitis omnia noua. 334.

Imperito nullus conſidentior. ibid.
Impiorum felicitas facilè euaneſcit. 30.
Impij pro extraneis habendi. 46.
Impij quantum abſint à Diuina ſimilitudine. 48.
Impiorum oculi deficient. 64.
Impiorum ſpes inanes. ibid.
Impios prope doli, & laquei. 29.
Impij eleuati vt cedri libani. 30.
Impiorum letitia dolore miſta. 31.
Impij in medio ſuarum voluptatum capiuntur. 30.
Impinguare caput, in ſacris quid. 27.
Improbi ex ſe alios æſtimant. 247. & deinde.
Impudentiæ ſymbolum canis. 230.
Inania quæ apud mortales ſpecioſa. 272.
Incredibilia quæ magna, aut inſperata. 45.
Inceſtos amores meditari. 97.
Induere maledictionem. 25.
Infantes expoſiti. 34.
Inferorum ædes reſonantes. 80.
Infractus venter. 81.
Ingenium doloſi. 23.
Ingenui diſcincti accumbebant, niſi milites. 104.
Iniicere manum, apud Hebræos. 18.
Iniquitas in ſacris quid. 50.
Iniquitas cauſæ reum exanimat. 9.
Iniquitas cauſæ vocem includit, æquitas elicit. 11.
Iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat. 39.
Iniquitatem operari. 50.
Iniquitatem parere. ibid.
Initiatorum veſtes Dijs oblatæ. 104.
Interruptio cedens quid. 50.
Iniuriæ monumenta ſub oculos poſita ad vindictam inflammant. 8.
Inuidi calumniatores. 251.
Iob cur ſtultam vxorem appellarit. 19.
Iönici motus. 97.
Iudæi ſemper vmbras ſectati. 51.
Iudæi vitis aliena. ibid.
Iudæi fructum legis amiſerunt. 51.
Iudicare leuato velo. 318.
Iudices vt veſtem mutarent in cauſa capitis. 195.
Iudices qua in veſte iudicarent. ibid.
Iudices qui purpurati. 201.
Iudicis præcipua clementia. 205.
Iudicum munera. 204.
Iudicum virtutes. 203.
Iudicum ſceptra. 89.
Iudicum tribunalia ex polito marmore. ibid.
Iudicum apud Hebræos cultus. 199.
Iudicium ius ſummum. 204.
Iudicia olim in portis. 21.
Iudicij extremi quædam ſigna. 205.
Iudiciorum mos vetus ad terrorem incutiendum. 206.
Iudicij dies cur magnus. ibid.
Iugum nouæ legis multo validius, & ſuauius. 78.
Iuncea texta Veneri oblata. 209.
Iuppiter, iuuans pater. 40.
Iuris ciuilis ſcientiam antiqui-

 tate

tatcniti. 317.
Iuſtitia Dei, 39.
Iuſtitia inflexibilis Diuina lex. 94.
Iuſtitiæ Sol quid. 58.
Iuſti Solis ſimiles. ibid.
Iuſtorum greſſus ſpecioſi. ibid.
Iuſtorum opera velut Sol in conſpectu Dei. ibid.

L.

LAbarum inter ſigna primum. 2.
Labarū vexillum cū imperatorum imagine coronata. 2.
Labarum cum titulis Auguſtorum. ibid.
Labarum verum Crux. ibid.
Labarum à leuando labore. 3.
Labarum Conſtantini. ibid.
Labia ſponſæ vitta coccinea. 14.
Labia meretricis cuiuſmodi. 24.
Labiorum venenum. 25.
Lacerare carnes apud Beatum Iob, quid, 72.
Lacedæmonij purpurati in bello, & quare. 6.
Lacti ſimilis Chriſti lex. 98.
Languores noſtros Chriſtus tulit. 35.
Lampas Dei ſymbolum. 145.
Lampades in nuptijs. 151.
Lampades à puellis prælatæ. 153.
Lampadum nuptialium legitimus numerus Hebræis, quis. 154.
Laqueari verbis. 20.
Laqueus mellitus. 24.
Laudare alios quàm pulcrum. 252.
Laudandi amici. ibid.
Laudandi amici quatenus. 253.
Laudari in Domino, quid. 53.
Laudem perficere, apud Regiū Pſaltem quid. 52.
Laud[illegible] frenare aliquē in ſacris litteris, quid. 54.
Laudes armatæ. ibid.
Laudes Domini & virtutes eius. 54.
Laudes quid. 134.
Laus virtutis præmium. 52.
Laus pro virtute, & animi magnitudine. ibid.
Laus hominum Deus, ideſt robur & virtus. 52. & 55.
Laus Iſrael. 53.
Laurus ad imperatorum ianuas perpetua. 125.
Laurus imperatorum in Iouis Gremio. 125.
Leæna grandibus alis. 30.
Lecti & tabernacula funibus diſtendi ſolita. 115.
Lecti nuptarum floridi. 122.
Lectione capitis dolorem curari. 314.
Lectio ſtomachi vitia corrigit. ibid.
Letitia impiorum felle miſta. 31.
Leuare alicui, vel ſuper aliquem manum, quid in ſacris. 21. & 22.
Leuato velo indicare, 318.
Lex noua cor lapideum abſtulit, ac dedit carneum. 78.
Lex vetus non abſtulit cor e ligno num. ibid.
Lex Diuina iuſtitia inflexibilis. 94.

Lex Chriſti allicit. 100.
Lex Deuteronomij de mercede proſtibuli, & pretio canis in ſacrarium non recipiendis, explicata. 224.
Leges magnæ, quid. 67.
Lex Caritatis multo validior ſimul & ſuauior. 78.
Legis Diuinæ mira virtus. 100.
Linguis atq; animis fauere. 39.
Lingua calamo ſcribæ quomodo ſimilis. 45.
Litteras omnes ſine antiquitatis cognitione pene nullas eſſe. 316.
Lychnuchi quid. 141.
Lubricum quid. 30.
Lubrica ſpes, vmbra, ſtatio & c. ibid.
Lucernæ ad feneſtras & ianuas in feſtis & lætitia publica Hebræorum. 133.
Lucernæ prælatæ in nuptijs. 134.
Lucernæ in excipiendis Regibus & viris principibus apud varias gẽtes. 134. 141. & deinde.
Lucernæ lumen perdere apud Hieremiam, quid. 135.
Lucernæ ad ianuas in ſacris apud Ethnicos. 136.
Item in nuptijs. 138.
Lucernæ cur ad ianuas, & in compitis ponerentur. ibid.
Lucernæ Sabbatis accenſæ. 139.
Lucernarum præſes ac moderatrix Minerua. ibid.
Lucernarum cura apud Hebræos penes Pontificem. 140.
Lucernarum vſus apud Chriſtianos. ibid.
Lucernæ ad currus in pompis. 141.
Lucernæ in Deorum cultu. 143.
Lucerna Regni ſymbolum. 144.
Lucerna cur Ioannes Baptiſta. ibid.
Lucerna in ſacris litteris plurium rerum ſymbolum. 146.
Lucernæ penſiles, aut varijs ſimulacris impoſitæ. 148. & 149.
Lucernæ ad ſacras arbores. ibid.
Lucerna ad lenonias ædes. 149.
Lucernarum ſuperſtitio in puerorum nominibus imponendis. 150.
Lucerna vitæ ſymbolum. ibid.
Lucernæ in expectatione Domini venientis. 159.
Lucernæ in deducendis cõiuiis. 163.
Lucus pro Idolo luci. 109.
Lugentes puluere conſperſi. 263.
Lux doctrinæ ſymbolum. 53.

M.

Magiſtris diſcipulorum labes inferre iniquum eſt. 312.
Magiſtratus oculi dicti. 162.
Magnus dies iudicij cur dictus. 69.
Magnus dies Domini. 68.
Magnus Deus Virgilio, quid. ibid.
Magnum durum, difficile. ibid.
Magnus amor Virgilio quid. ibid.
Magna mœnia. 67.
Magnæ leges. ibid.
Magna incredibilia. 45.
Magnus dies, id eſt, bonus, felix. 65.
Magni menſes, fauſti, ac boni ominis.

nis. ibid.
Magnates vnde dicti. 66.
Magnus dies iezrael. ibid.
Magni dies atq; menſes à Chriſti ortu. 66.67.
Magnum firmum, æternum. 67.
Magnus Deus per antonomaſiã. 66.
Maledicorum ingenium. 25.
Mal dicendi vitium quàm innatum aliquibus. 25.
Maligni colles. 77.
Malignus ager. ibid.
Maligni aditus, Malignus ignis, Maligna Numina. ibid.
Malignit is quid. ibid.
Malignitas in laudando. ibid.
Malignum cor. 78.
In maligno mundus poſitus. 79.
Manus Domini tetigit Iobum. 19.
Manus ſignum, quo ad militiam euocamur. 15.
Manu aperta diligere, quid. 119.
Manus poſt tergum connexæ ſupplicum, apud Hebræos. 257. & 259.
Manum conſerere, quid. 17.
Manus olim inſignis quoſymbolo. 15.
Manus iniectio, quid. 18.
Manus pacis, & amicitiæ ſignũ. 15.
Manum iniciendi mos etiam apud Hebræos. ibid.
Manum tangere, aut capere Hebræis, quid. 19.
Manum vades non tangunt in fideiuſſionibus. ibid.
Manum defigere, quid in litteris ſacris. 20. & 21.
Manum leuare alicui, vel ſuper aliquem, in eidem. 21.
Manũ oſculari apud Iobũ, quid. 266.
Mare purpureum. 289.
Martialis explicat. 23. & ſæpe alias.
Mathei 6. locus explicatus. 26.
Mauſolea apud Hebræos. 307.
Maximum, quod liberum eſt ab omni ſeruitute. 65.
Maximus fundus quis. ibid.
Medendi ars antiquitatis cognitione nititur. 336.
Medici & poetæ ſimul, qui. ibid.
Medicis ſuus in Vrbe locus ad diſputandum. 315.
Meditari inceſtos amores. 97.
Mellitus laqueus verba doloſa. 24.
Menſuræ luci in lib. Reg. quæ. 109.
Meretrices ſummouer i ſolitæ. 230.
Meretricis labia cuiuſmodi. 24.
Meretrices ſaltatriculæ. 97.
Meretrices cauponæ. 223.
Meretricum nota, toga. 107.
Meretricia ſtragula centones. 108.
Meretriciæ Veneris templum. 114.
Meretrices velum obiiciebant pudoris ergo. 118.
Meretriculæ palliolatæ. ibid.
Meretrices ſchœniculæ. 209.
Meretricibus data templorum donaria. ibid.
Meretricium vectigal. 224.
Meretricis merces à ſacrario reiecta. 225. & deinceps.
Meretrices nomen mutabant. 296.
Meretrices traducta cũ elogio. 297.

Meretrices

Meretrices nomen habuere in fronte veluti publicæ libidinis mancipia. ibid.
Mineruæ peplum. 104.
Mœnia magna. 67.
Molliti ſermones ſuper oleum. 23.
Montes Dei. 70.
Montes oliuarum, qui. 275.
Mons oliuarum Eccleſia. ibid.
Mores adoleſcētum, ad antiquam regulam exigebat Lydus. 312.
Mors & Somnus fratres, Noctis filij. 84.
Mors naufragium, portus ſepulcrum. 309.
Mortuis annumerati olim, qui à Philoſophia defeciſſent. 33.
Mos vngendi ante cenam apud Hebræos. 26.
Mos iniiciendi manus apud gentes, atq; etiam apud Hebræos. 18.
Mos menſurarum B. Virginis ex antiquo expreſſus. 109.
Mos ruſſeas faſciolas geſtandi. 160.
Mos vngendi apud Hebræos, aliaſq; nationes. 167. & deinceps.
Mos vetus ſupplicantium, 256. & deinde per totum pene librum 4.
Mos vetus iudiciorum. 218.
Moſes Ægyptiorum diſciplinis inſtructus. 320.
Mundus pro patria habendus. 46.
Mundi bona inania, & inacceſſibilia. 75.
Mundi figura præterit. 79.
Muſca quid. 337.

N.

Narrare laudes Domini. 55.
Naues in victoria coronatæ. 125.
Naues ſepulcris inſculptæ. 309.
Naues ſupplicum velatæ. 271.
Nauis inſtar vita humana. ibid.
Nauium ſpolia in tropheis ac templis. 308.
Neſcio vos, in ſacris quid. 48.
Nigrum pro pulcro. 281.
Nigrum quis color. 284.
Nigrum pro nitenti non ſumi. ibid.
Nigri oculi, ideſt, pulcri. ibid.
Nodi, & corollæ, quid. 210.
Nomen pro ſyngrapha. 35.
Nomen ius, & poteſtas exigēdi. ibid.
Nomen Chriſti cur noſtrum dicatur. 35.
Nomen honorabile apud Deum. 36.
Nomen pro gloria & fama. 55.
Nomen, ideſt, poſteritas, ſine genus. 231.
Nomen Iulij pro filio Iulij. ibid.
Nomen Patris Chriſtus. 232.
Nomine Chriſti aliquid petere, quomodo intelligi debeat. ibid.
Pro nomine Ieſu, ideſt, quia ex eius familia. 233.
Nomen nouum nomen Chriſtianorum. ibid.
Nomen mutatū à meretricibus. 296.
Nomen in fronte meretricum. 297.
Nota melior, quid. 37. & 38.
Nota, ideſt, ſors, aut genus. ibid.

Notæ olim dolijs inuſtæ. 37.

O.

Obſcœna verba. 40.
Obſcœnæ volucres. ibid.
Oculi Pontificiæ dignitatis ſymbolum. 60.
Oculi Chriſti Pontifices eius Vicarij. 60.& 63.
Oculi Chriſti Apoſtoli. 61.
Oculi pellucidi, quo ſymbolo. ibid.
Oculi, id eſt, indices. 63.
Oculi pericula annuntiant. ibid.
Oculi impiorum deficient. 64.
Oculi nomẽ Magiſtratus apud Athenienſes. 162.
Oculi nigri commendati. 284.
Oculus mundi Sol. 60.
Oculo nihil amicius. ibid.
Oculus mẽbrorũ honoratiſsimus. 60.
Oculus quidquid cariſsimum, aut optimum eſt. ibid.
Oculos tangere in iure iurando. ibid.
Oculus eloquentiæ. ibid.
Oculos firmare ſuper aliquem. 62.
Oculus bonus, vel bonus oculo. 41.& 62.
Oculos ſuper aliquẽ ponere in bonũ. 62.
Oculus non fallit pedem. 63.
Oculos deficere, quid. 64.
Oculus Oſyris in ſceptro. 90.
Oculos cor ſequitur. 147.
Oculis ſuis nemo lautus, ſed alienis. 197.
Odores, vide Vnguentum.
Odores incenſi in vijs, in pompis, in feſtis, in letitia. 123. 169. &c.
Officia veri amici. 58.
Oleum ferre in auriculam, quid. 23.
Oleum pro verbis doloſis. ibid.
Oleum lenit, ac mordet. 24.
Olei variæ facultates. ibid.
Oleum oculos maxime mordet. 25.
Oleum peccatoris ſiue amaritudinis, quid. 27.
Oleum calidum aut frigidum ſi miſceatur frigidis, calidis ve. ibid.
Oleum in letitia & cenis etiam apud Hebræos. ibid.
Oleum materia ceterorum medicaminum. ibid.
Oleum effuſum ſponſi nomen. 175.
Oliuarum oſſa Baruch. 6. quid. 216.
Oliuarum oſſa cremata in ſacris magicis. 217.
Oliuæ ram⁹ ſupplicũ velamẽtũ. 270.
Oliua coronantur Dys ſupplicaturi. 271.
Oliuarum mons Eccleſia. 275.
Oliuarũ mõtes Romani, et gẽtes. ibid.
Oliua fructifera, quid. 276.
Oliuarum nouellis, cur ſimiles facti, filij à Regio vate. 277.
Oliua æternitatis ſymbolum. ibid.
Oliuæ ſimiles iuſti. 278.
Oliua modeſtiæ, ac ſummiſsionis nota. ibid.
Oliuarum ex materia, cur tam multa in Dei templo. ibid.
Oliuæ ramus cur potius prælatus à columba poſt diluuium. ibid.

Oliua cur pacis nuncia. ibid.
Olores purpurei, 281.
Omen quid. 40.
Omina bona habere, quid. ibid.
Omina initiis rerum ineſſe veteres exiſtimabant. 302.
Onus magnum ſubit, qui eum potentioribus communicat. 76.
Operari quid. 137. & 138.
Optimi Dijs ſimillimi. 47.
Optimum Maximum, quid. 66.
Optimates vnde dicti. 66.
Ornamenta olim puerorum, quæ 13.
Ornatus a linum in feſtis, & nuptijs. 121.
Oſculũ quod optabat ſpõſa quid. 174.
Oſculari manũ apud Iobũ, quid. 266.
Oſtentatio damnatur. 16.
Os ſublinere, quid. 27.
Otio corpus corrumpitur. 315.
Ouidius explicatus. 18. & ſæpe aliàs.
Ouidij locus expreſſus ex Gen. 329.
Ouis inertiæ, atq; imbecillitatis ſymbolum. 273.
Ouis innocentiæ ſymbolum. 274.

P.

Parabola Virginum. Mathæi 25. *diligenter tractata.* 152.
Parentum ſimilitudo in liberis expetita. 47.
Paſsionis hyems cur Chriſto pro vere. 306.
Pauperes qui opprimit, ad paupertatem redigetur. 20.
Pauperes per antonomaſiam peccatores. 36.
Paupertas quomodo viatori ſimilis, & viro armatò. 179.
Peccatores ſtulti à natiuitate. 49.
Peccatores falſa loquuntur, id eſt, deliramenta. ibid.
Peccatores ſerpentum furentium ac rabioſorum ſimiles. 49.
Peccatores cæci in vitia ruunt. 50.
Peccatores facilè alios inficiunt. 50.
Peccatoris oleum non impinguet caput. 25.
Peccatores verè pauperes. 36.
Peccatores Deo diſsimiles. 48.
Peccatorum cœno difficile emergimus. 54.
Peccata peccatis accumulant, qui ſemel peccare cœperunt. ibid.
Peccati odiũ ex Chriſti conſpectu. 8.
Peccati ante cõſpectum obiectus exanimat. 9.
Peccati conſcientia cruciat. ibid.
Peccati conſcientia vocē includit. 11.
Peccatum alienationem mentis inducit, atq; inſaniam. 49. & 50.
Peccatum ſuſpitioſos facit. 247.
Peccatum id eſt, vanitas. 146.
Pedes alicubi ſtare, quid. 275.
Peplũ Mineruæ ad genua dicatũ. 104.
Perditio eſt iniquis. 50.
Peregrini olim hoſtes dicti. 48.
Periculoſa ab amicis vulnera. 59.
Perſæ purpurati in prælio. 6.
Perſarum Reges nunquam extra Regiam pedites exibant. 102.

Perſarum tribunalia ſtragula veſte purpurea ornata. 202.
Philoſophiam qui deſeruiſſent, cum mortuis numerati. 33.
Philoſophi ac poetæ multa ex noſtris litteris acceperunt. 324. *& in Appendice capitis 6. lib. 5.*
Philemonis de extremo iudicio ſententia. 330.
Pignerari quid. 108.
Pignerata veſtimenta, initiatorum veſtes, ſiue Deorum. 108.
Pignerata veſtimenta pignora iudicialia, multæ nomine ablata. 110.
Pityra an furfures, an oliuarum oſſa, ſiue retrimenta. 217.
Plato à Hieremia Propheta noſtras litteras didicit. 324.
Plutonis ædes reſonantes. 80.
Plutonis canis ærea voce. ibid.
Poetarum verſiculi ſcripturis inſerti Diuinis. 321.
Poetas laudat in Epiſt. Paulus. 322.
Poetarum fabulæ complures ex hiſtoria ſacra traductæ. 326.
Pone me iuxta te, quid apud Iob. 18.
Ponere animam in manibus, quid. 71.
Põtifices Chriſti, & Eccleſiæ, oculi. 61.
Pontificiæ dignitatis nota, oculi. ibid.
Pontifices ſummi in decernendis rebus fidei, erroris expertes. ibid.
Pontifices ſpeculatores. ibid.
Pontificis maximi ſymbolum Baſiliſcus. ibid.
Portæ Inferorum Adamantinæ. 93.
Præcincti ſerui miniſtrant. 160.
Præcordia ferro rigentia. 80.
Prælia cum cantu commiſſa apud varias gentes. 243.
Præmium virtutis laus. 52.
Principes, vide Reges.
Procumbere, ſupplicantium. 257.
Procumbũt in cineres ſupplices. 259.
Propter, quid ſignificet. 28.
Propter pontem, ædem, ſtatuam, & alia eiuſmodi. ibid.
Propter dolos impij poſiti. 29.
Propter viam ſceleris, & propter iniquitates ſuas affligũtur impij. 29.
Prouerbium Hiſpanum, A cabarſeles ha la candelilla. 147.
Prouerbium Hiſpan, Ojos q̃ no vê, coraçon q̃ no quiebran. 181.
Puerorum ornamenta ruſſeæ faſciolæ cum apud gentes, tum etiam apud Chriſtianos. 13. *&* 160.
Puerorum in Gymnaſio quæ olim exercitationes. 312.
Pueri matutini in Gymnaſio. ibid.
Puerilis ingenij eſt omnia ſe percepiſſe arbitrari. 334.
Puer ſemper eſt qui antiqua non callet. 316.
Pulcra dicta aurea. 281.
Pulcra quæ ſunt eadẽ appellata purpurea. 280.
Pulcra interdum dicta quæ ſunt deformia. & quare. 281.
Pulcra Hiſpanis quæ. 185.
Pulcra mors, Pulcra arbor, Pulcræ diuitiæ, & alia eiuſmodi. 186.
Pulcritudinis quanta vis. 181.

Pulce-

Pulcerrimus Æneas cur à Virgilio dictus Æneid.4. 180.
Pulcritudo digna Imperio. 181.
Pulciores olim ad Regnū euecti. ibid.
Pulcrum pro forti. 183.
Pulcritudo viri maximè in fortitudine poſita. ibid.
Pulcritudo non tam in lineamentis quam in partium conſenſione. 187.
Pulcer Hercules, cur dictus. 183.
Pulcritudo & virtus ſæpe apud ſcriptores coniunctæ. 189.
Pulcritudo & virtus uno fere apud omnes gentes vocabulo appellatæ. 185.
Pulcrum corpus. 187.
Pulcri veteres Heroæ cur dicti ab Homero, & Virgilio. 191.
Pulcritudinis nomine, virtutem poetæ commendant. ibid.
Pulcritudo & robur an coeant. 192.
Pulcrum dici quod Optimum, maximumq; in ſuo genere. ibid.
Pulueris conſperſio in luctu cum apud Hebræos tum apud alias etiam nationes. 263.
Puluis aſſumptus in ſupplicādo. 257. 259. & deinceps.
Puniceα tunica pugnæ ſignum. 286.
Puniceus color. V. Color.
Purpura. V. Coccinum, & Coccineus color.
Purpurati iudices vbi. 201.
Purpurea Perſarum tribunalia. 202.
Purpurati in bello Chaldæi, Perſæ, aliiq. 6.
Purpureum à purpura. 279.
Purpureus color cuiuſmodi. ibid.
Purpureus ignis. ibid.
Purpureum lumen. 280.
Purpurea cæſaries. ibid.
Purpurea dici quæ pulcra. ibid.
Purpurare. ibid.
Purpurei flores. 281.
Purpurei olores. ibid.
Purpureus pennis, aut criſtis. 285.
Purpureus color cur in bello vſurpatus. 286.
Purpurea anima quid. 286. *& deinceps.*
Purpureum mare, &c. 288.
Pyropus quid. 282.

Q.

QVam inania ſint, quæ mortales in pretio habent. 74.
Quam pulcrum alios laudare, maximè amicos, & probos. 252.
Quærendi vt imperent non qui gentiles ſint, ſed qui optimi. 47.
Quies dura, apud Virgiliū, quid. 83.

R.

RAmi arborum in rebus letis olim ad ianuas. 122.
In ſacris publicis & priuatis. 123.
Ramis excepti imperatores ac principes cum apud Romanos tum etiā apud alios. 125. *& in Appendice capitis 1. lib. 3. in indice capitum.*

Ramorum ſertis coronata interdum omnia. 127.
Ramis coronatæ Hebræorum fores ac feneſtræ in feſtis. ibid.
Item Chriſtianorum. 128.
Ramos an Hebræi aliquando Regibus, principibus ve viris Hieroſolimam ingredientibus aliquando prætenderint. 127. *& in Appendice Capitis 13. libri 2. in Capitum indice.*
Cum ramis Chriſtus Hieroſolimam excipitur, tanquam verus Deus verusq́ Rex. 130.
Rami in adoratione vſurpati. 132.
Rami ſupplices, qui. 271.
Rami triumphales ijdem, qui ſupplices. 272.
Recta verba, quæ in ſacris litteris. 44.
Reges vt olim ſui cines alloquerentur. 45.
Regere in virga ferrea Pſalm. 2. 91. 86.87.
Reges Perſarum nunquam extra Regiam pedites conſpecti. 102.
Reges Luſitanorū iudicaturi in cauſa capitis veſtem mutabant. 194.
Reges Athenienſium ſine corona inter alios magiſtratus iudicabant, quo ſymbolo. 158.
Regib⁹ olim haſtæ pro diademate. 86.
Regibus à Deo ſceptra. 88.
Regius cultus in iudicando apud Hebræos. 199.
Regium munus, iudicare. ibid.
Regibus olim, & principibus viris cum ſertis, floribus, & vnguentis obuiam itum à Gentibus, Chriſtianis interdum, atq́ etiam Hebræis. 125. *& deinde. & in Appendice capitis. 13. lib. 2. in indice.*
Regnum ſplendida ſeruitus. 272.
Regni ſymbolum lucerna. 144.
Regni affectati cur Chriſtus falſo ab Hebræis accuſatus. 131.
Regum Cydaris quid oſtendat. 205. *& deinde.*
Rex Regum & Dominus dominantium cum Deus in ſacris litteris dicitur, vt intelligi debeat. 188.
Res cunctæ difficiles, quid. 74.
Reum exanimat cauſæ iniquitas. 9.
Rhetores ac Philoſophi verſari ſoliti in Gymnaſio. 313.
Ridere bene velle. 293.
Riſus bonæ ſpei ſymbolum. 290.
Riſus affabilitatis argumentum. 291.
Riſus grati animi, letitiæ ſummiſſionis, beneuolentiæ indicium. ibid.
Riſus in pueris bonæ indolis argumētum. 293.
Riſus boni ominis ſignum. ibid.
Roma in ſacris litteris Babylon & meretrix cur appellata. 297.
Romani vncti ad cenam. 26.
Romanorum Regnum ferro comparatum. 81.
Romani complures ad Hebræorum ſacra, ritusq́ transierant. 139.
Romani montes oliuarum appellati in ſacris litteris. 275.
Romanorum mos in excipiendis Imperato-

peratoribus. 125.& deinceps.
Romani Cedri Libani appellati in noſtris litteris. 96.
Romani imperatores. V. imperatores.
Romani Pontifices. V. Pontifex.
Ruſſeæ faſciolæ inter puerorum ornamenta. 13.& 160.

S.

Sacerdotij ſummi ſymbolum baſiliſcus. 61.
Sacerdotes, & Eccleſiæ patres oculi ſunt Eccleſiæ. 61.
Sacrificia olim ex bonis fiebant damnatorum. 111.
Sacerdotes olim cur ignem præferrent. 143.
Sacrificia Deorum, epulæ hominum confecenta. 111.
Sacra anchora, ſacra fames, & ſimilia. 70.
Sacris corpore pariter atq; animis operandum. 39.
Sagitta Abbaris Solis radius. 90.
Salus per Chriſti ſanguinem. 6.
Salutis ſymbolū purpureus color. ibid.
Salutantes cur dextras deoſculentur. 266.
Salutare & benedicere idem. 42.
Saltandi ars in bello primum vſurpata. 242.& deinde.
Saltationis, quæ vulgo Carabanda origo vnde. 241.
Saltatio ciradica damnata non ſolum à noſtris, ſed etiam ab Ethnicis. 245.& 246.
Sanguis cur peccati ſymbolum. 7.
Sanguis pro anima, etiam in noſtris litteris. 286.& deinceps.
Sanguis Chriſti quaſi ſementis Martyrum. 287.
Sapientia V. Humana ſapientia.
Sceptrū olim virga ferrea 85.& 89.
Sceptrum doct. iræ ſymbolum. 88.
Sceptrum Ioni in concionando. ibid.
Sceptrum Deo præcipuum. ibid.
Sceptra Reges à Deo habent. ibid.
Sceptri perennitas. ibid.
Sceptrum geſtat Apollinis ſacerdos quo ſymbolo. 89.
Sceptrum habet Achilles in concionando. ibid.
Sceptra ducum in bello. ibid.
Sceptra Iudicum. ibid.
Schœnos, ſchœnium, quid. 208.
Schœniculæ meretrices. 209.
Scortantis animæ munera execrabilia. 225.
Scortum, vide Meretrix, Femina.
Scyllæ ac Niſi fabula ex Samſonis hiſtoria. 328.
Scythæ hoſpites maximè colunt. 46.
Scythæ homines non ciuiates ſint perpendunt ſed quàm probi. ibid.
Senis ingenium. 316.
Sepulcra vt olim inſculpta. 309.
Sepulcrum quaſi vitæ portus. ibid.
Sepulcro Machabæorū cur naues inſculptæ. ibid.
Sermonis eadē virt' quæ lectionis 314.
Serui linteis præcintis ad menſam

miniſtrant. 160.
Seruorũ varia genera, & munera. 165.
Seruo bono & fideli quid Chriſtus promittat cum dicat ſe illum ſuper omnia bona conſtituturum. 165. & 166.
Seuerus imperator meretricium vectigal ſuſtulit. 224.
Senectutem Iuditij vox ſignificat interdum in ſacris litteris. 204.
Signum, vide Crux.
Signum Coccineum, vide Coccineum.
Signa olim cum manus ſymbolo. 15.
Signa & faſces in luctu verſa. 193.
Signum tollere, quid. 4. & 15.
Signum rubrum cum hominis capite etiam apud Hebræos. 4.
Signa in bello cum imperatoris imagine & titulo. 2.
Adorata, & locata in templis. 3.
Iurari per ea, vti per numina. 23.
Similitudo parentum in liberis. 47.
Simæ in feſtis lucernas ad feneſtras, arbores, pergulaſq; accendunt. In Appẽdice cap. 15. lib. 2. in indice.
Flores etiã & odores ſpargũt. ibid.
Sol amicitiæ ſymbolum. 56.
Sol vnus, vnicus amicus. 56.
Sol Euripidi aurea gleba. ibid.
Sol Homero veſtis aurea. ibid.
Soli ſemper intonſus crinis, & æterna iuuenta quo ſymbolo. ibid.
Sol in eclypſi obſcuratur nobis, ſed ipſe tenebras non recipit. ibid.
Solis & Bachi idem numen. ibid.
Soli dicati leones cur. 57.
Solis ſimiles qui Deum amant. ibid.
Sol in conſpectu Dei iuſtorum opera. 58.
Sol iuſtitiæ idest, benignitatis. ibid.
Solis in radijs ſiue in pẽnis ſalus. ibid.
Sol vt commoditates multas, ita etiã multas calamitates infert, vt & amicitia. 59.
Sol mundi oculus. 60.
Sol cur ſponſi ſimilis. 157.
Solis equi, & currus, & Phaëtontis fabula ex Heliæ Hiſtoria. 325.
Solis & Heliæ nominũ cognatio ibid.
Somnia veteres, etiam Hebræi captabant in templis. 112.
Somnus ferreus. 83.
Somnus ſeculi inexcitabilis. 84.
Somnus & Mors fratres. ibid.
Specioſi pedes. 58.
Spes impiorum inanes. 64.
Spes lubrica. 30.
Spondere, quid. 20.
Sponſam ſibi Chriſtus ſanguine coemit Eccleſiam. 191.
Sponſarũ Chriſti labia eiuſmodi. 14.
Sponſi ſimilis Sol, aurora ſponſæ. 157.
Spõſi nomẽ quãti ſit apud ſpõſã. 175.
Sponſa cubile ſuum lectumq; floribus, & vnguentis ſpargit. 175. & *in Appendice cap. 1. lib. 3. in capitum indice.*
Sponſa venienti ſponſo vnguẽtã profundit in Appendice cap. 1. lib. 3. in capitum indice.
Spõſi colloquiũ quã dulce ſpõſæ. 174.
Sponſi nomen oleum effuſum. 175.

Sponſor,

Sponſor, & fideiuſſor. 35.
Spreta virtus pro ſupplicio eſt. 9.
Statio lubrica. 30.
Statuarum inſcriptio. DEVOTI NVMINI, &c. 45.
Stomachi vitia lectio corrigit. 314.
Strata vnguentis ſparſa. 175.
Stupra inter aras admiſſa. In Appendice cap. 11. lib. 2. in cap. indice.
Styx oceani filia. 80.
Subtinere os. 27.
Suem reſipere, quid. 33.
Superborum natura & mores. 250.
Superbi ægre ferunt aliorum præſtantiam. 46.
Supplicationes, & ſupplicia, quid. 111.
Supplicantium geſtus. 256. *& deinceps.*
Supplices barbam & genua tangunt apud varias gentes. 256.
Supplices ad genua procumbunt. 257.
Supplices vt olim accepti & tractati. 260.
Supplices aſpernari impium. 261.
Supplicibus fauere Regiũ eſt, ac Diuinum. 263.
Supplices in bello arma, & veſtigia tangunt. 265.
Supplices cur genua tangant. ibid.
Supplices oliuæ ramos prætẽdũt. 270.
Supplices rami 271. *vittati.* 273.
Supplices apud Hebræos an oliuæ ramis velati. ibid.
Supplicum vittæ quid ſignificẽt. ibid.
Suſceptor, ſponſor, fideiuſſor. 35.
Suſceptor noſter Chriſtus. ibid.
Suſcepit nos Chriſtus quaſi expoſitos infantes. 34.
Suſcipere quid in ſacris externiſq; literis. 32. *& deinceps.*
Suſcipere, ſidi iubere. 34.
Suſcipere in bonum, quid. 35.
Suſpicioſi ſunt improbi. 248.
Suſpicamur de alijs eadẽ, quæ nos ipſi peccamus. ibid.
Suſpicioſos facit homines peccatũ. ibid.
Symbolum curarum ac ſolicitudinum dentes. 72.
Symbolum actionum manus. ibid.
Symbolum regni lucerna. 144.
Symbolum iudiciariæ poteſtatis ignis. 145.
Symbolum Dei lampas ignea. ibid.
Symbolũ amoris & doctrinæ lac. 157.
Symbolum conuiuiorum ac delitiarũ vinum. ibid.
Symbolum amicitiæ Sol. 56.
Symbola amãtiũ flores, & mala. 174.
Symbolum clementiæ, & ſeueritatis in iudice purpura, & cydaris. 255.
Symbolum victoriæ in amore, corona. 219.
Symbolum laſciuiæ vitula. 226.
Symbolum impudentiæ canis. 230.
Symbolum miſericordiæ genua. 264.
Symbolum Regiæ potentiæ Elephantus 265.
Symbolũ impotẽtiæ genuflexio ibid.
Symbolum fidei potentiæ liberalitatis & felicitatis dextera 266.
Symbolum inertiæ atq; imbecillitatis, ouis. 273.

Symbolum æternitatis aliarumq; rerum oliua. 277.
Symbolum humanæ vitæ nauis 309.
Symbolum firmitatis & durationis ferrum. 81.

T.

TAbernacula funibus diſtēta. 115.
Tabernacula ex frondibus veſtibusve facta in templis ad conniuandum. 117.
Permiſſa etiam Chriſtianis iuxta Eccleſias. in Appendice capitis 10. lib. 2. in Indice capitum.
Tabernacula in ſacris funiculi voce ſignificantur. 212. & 213.
Tangere Hebræis quid. 19.
Tangit manus Dei aliquem; quomodo intelligi debeat. ibid.
Tangere barbam & genua, ſupplicantium geſtus. 256. &c.
Tangere humum frōte, eorundē. 258.
Tangere ſiuè ferire humū fronte apud Moſchobitas, ſummiſsionis ac deditionis ſignum. ibid.
Templorum limina purpureis olim vittis ornata. 13.
Templa ſtupris & comeſſationibus plena: interdum etiam apud Hebræos. 114. & in Appendice cap. 10. lib. 2. in capitum indice.
Templum meretriciæ Veneris. ibid.
Templa vittata. 120.
Templorū donaria è meretricijs mercedibus, & ad meretricias mercedes reuoluta. 223. & deinde.
Terram lingere, quid. 259. & 190.
Terræ difficiles. 74.
Textrices in templo Hebræorum mulieres, quæ. 110.
Theſaurus amicus verus. 56.
Theſauri Alexandro amici. 59.
Tituli in cellis & in fronte meretricum 296. & deinde.
Tituli ſeruorum in frontibus. 298.
Tituli ad memoriā poſteritatis ædificijs inſcripti, vel inſculpti. ibid.
Tituli in frontibus Apocalyp. ibid.
Toga meretricum nota apud Romanos, apud Græcos pallium. 107.
Togæ hæc nota nihil ad Hebræos pertinet. 108.
Tollere ſignū quid, & cuius rei ſymbolum. 4. & 15.
Tollere liberos aut exponere parentibus liberum. 32.

V.

VAdes percuſſerint ne aut prebenderint manus debitorū, creditorum ve, apud Hebræos. 19.
Vanitas in ſacris litteris, quid. 50.
Vas figuli cur appellentur mortales. 95.
Vas figuli confringere Pſal. 2. quid. 95. & 50. & aliàs.
Vbera pro amoribus, & delitijs in ſacris litteris. 98. & 157.
Vbera cur ſponſo data. ibid.

Vbera

Vbera pro ſuauitate, dulcedineq́; ſermonis. ibid.
Vectigal ex meretricio queſtu Caligula exegit. 224.
Vectigal apud Græcos etiam ex canibus. 228.
Vela menſis intenſa. 116.
Velamina exherbis floribuſq́; interdũ facta. ibid.
Velamina ineundæ Veneris cauſa vbi facta. 117.
Velo meretrices vtebantur verecundiæ cauſa. 118.
Veneficiorum ritus quidam. 217.
Veneficia amatoria ad ſoluendos, & inducendos amores. ibid.
Venenum labiorum. 25.
Veneris ad templum feminæ Babylonicæ hoſpites præſtolantur. 208.
Veneri vouebantur amicæ. 110.
Veneri merces olim data vt meretrici. 221.
Veneri nũmos offerũt proſtitutæ. 218.
Venus Schœnis. 209.
Venus cur meretrix dicta. 222.
Venter infractus. 81.
Verba amicorum medela cõmoda. 58.
Verba doloſa cur olei ſimilia fecerit Regius Vates. 23. & 24.
Verba doloſa mellitus laqueus. 24.
Verba blanditiarum. ibid.
Verba bona. 40.
Verba male ominata, aut nominata. ibid.
Verba obſcœna. ibid.
Verba Recta. 44.
Verbum bonum quod Regius Propheta eructauit. ibid.
Verbũ bonũ nõ niſi è bono corde. ibid.
Verbenæ quid. 272.
Veſpertilionum ſimiles ſycophantæ calumniatores. 27.
Veſtes aſperſæ ſanguine in pugna aduerſus Dæmonem. 10.
Veſtes in prælio cruento colore cur probatæ. ibid.
Veſtes vnguentis ſparſæ etiam apud Hebræos. 171. & deinceps.
Veſtes Ieſu Sacerdotis cur ſordidæ. ibid.
Veſtes obuiam Stratæ Catoni ex prouincia decedenti. 101.
Veſtes Chriſto ſubſtratæ Regẽ Deũq́; demonſtrant.
Veſtes Creato Regulo Agareni ſubſtrarunt in bello Grãnatenſi. 102.
Veſtes legato Pontificis Galli ſubſternunt. ibid.
Veſtes Iehu ſubſtratæ cum Rex creatus eſt. ibid.
Veſtes olim ad Deorum pedes, & genua oblatæ. 103.
Veſtes initiatorum Dijs offerebantur. 105. & 104.
Veſte ſtragula ornata templorum pauimenta in feſtis. 105.
Veſtes initiatis texebant Hebrææ mulieres. 109.
Veſtes Romani mutabãt in cauſa capitis iudicaturi. 194. & deinceps.
Veſtem mutabant in eadem cauſa Luſitani Reges. ibid.

Veſtem mutant Arragoniæ proceres per Paraſceuem. 195.
Veſtibus ſtratæ viæ, quà nuptialis pompa proceſſura erat. 101.
Veſtibus ſtratæ viæ in Deorum pompis. 105.
Veſtimenta pignerata non ſunt meretricum nota. 107.
Veſtimenta pignerata initiatorũ veſtes. 108.
Veſtimenta pignerata deuotionis, aut initiationis inſigne. 110.
Veſtimenta pignerata pignora iudicialia. ibid.
Veſtimenta pignerata, ex damnatorum ſupplicijs. 111.
Veſtimenta obligata, quid. 115. & 117.
Veſtitus iudicum apud veteres an peculiaris. 93.
Veteris ac nouæ legis diſcrimen. 78.
Viæ ſparſæ vnguentis in pũpis. 69.
Viæ ſtratæ veſtibus in pompis, aut in excipiendis Regibus. 105.
Viator quid in ſacris externiſq; litteris. 8.
Viatori cur ſit vtilis paupertas. ibid.
Victores olim in certaminibus præconio renunciati. 52.
Victoriæ in amore ſymbolum corona. 219.
Videt Deus, & miſeretur. 62.
Videt homo ſed vindictam. ibid.
Videre æquitatem, quid. 63.
Videre Dei, benefacere eſt. 62.
Vina effuſa in pompis. 124.
Vinum damnatorum. 111.
Vinum quid in ſacris. 157.
Vinum nouum amicus nouus. 57.
Vinum odoriferum. 172. & 176.
Vinum Nardinum. ibid.
Vinum vnguentis olim condiri ſolitum. ibid.
Vincula Veneris in ſacris magicis. 215.
Vincula ſoluit, qui amore ſolui, nectit, qui implicare ſe, vel alium cupit. ibid.
Vinculorum omnis obligatio ad Venerem ſpectat. ibid.
Vincula ſibi in manus inicit qui pro alio ſpondet. 20.
Vires frangit cauſæ iniquitas, addit æquitas. 9.
Vires & pulcritudo an in vno corpore coeant. 192.
Viri boni pro cognatis habendi. 46.
Viri per antonomaſiam dicti homines. 188.
Virga ferrea quid. 85.
Virga ferrea ſceptrum. 89.
Virga ferrea perenne ſceptrum. 86.
Virga ferrea iuſtitia inflexibilis. 87.
Virga Aaronis. 90.
Virga lani aduerſus ſtryges quo ſymbolo. ibid.
Virga ferrea Chriſti doctrina. 91.
Virga ferrea pedum paſtoris. 95. & 91.
Virga ferrea doctrinæ ſoliditas, & æternitas. 92.
Virga vigilans apud Prophetam quid

quid. 62.
Virga ferrea quid. 85. & deinceps.
Virga Iani, quid. 90.
Virga Circes, Mercurij, Palladis, quid. ibid.
Virgilius ſæpe explicatus. V. indicē litterarum humaniorum.
Virtutem amiſſam quærimus. 9.
Virtus contemta pro ſupplicio eſt. ibid.
Virtutis præmium laus. 12.
Virtutem laudis nomine intelligi in noſtris, externiſque litteris. ibid.
Virtus viri pulcritudo. 183.
Virtus & pulcritudo ſæpe coniunctæ. 189.
Virtutis & pulcritudinis vnum fere vocabulum. 185.
Virtutem ſub nomine pulcritudinis poetæ commendant. 191.
Virtus ſiue fortitudo in ſacris litteris, pulcritudinis nomine ſignificatur. 185.
Virtutem oderunt inuidi. 9.
Virtus & robur tauri, pulcritudo tauri. 186.
Vita fugax. 75.
Vita humana inſtar nauis. 309.
Vitioſi, ijdem ſuſpicioſi. 248.
Vitioſi proni in ſcelera. 225.
Vitta Coccinea. 14.
Vittata templa funiculis coccineis. 13.
Vittata templa, aræ, hoſtiæ. 120.
Vittæ Deum. ibid.
Vittati ſupplices rami. 175.
Vittæ ſupplicum quo ſymbolo. ibid.
Vitula laſciuæ ſymbolum. 296.
Vetula in ſacris, quid. 229.
Vixit olim pro mortuus eſt mali ominis vitandi cauſa. 43.
Vmbracula è veſtibus facta. 116.
Vmbracula & lecti ad conuiuandum ad Deorum aras. 119.
Item ad Venerem ineundam. 120.
Vmbracula ex ramis facta, & vittis coroniſque redimita. 216.
Vmbracula, vide Tabernacula.
Vmbræ & ſimulacra ſunt delitiarum, Mundi delitiæ. 76.
Vmbræ qui olim dicti. 337.
Vnguenta profuſa per vias in ſacris, nuptialibuſque pompis. 168. & deinceps.
Vnguenta profuſa in aduentu principum virorum. 169.
Vnguenta columbæ irrorant in Alexidis conuiuio. 170.
Vnguenta pro Corollario conuiuis datæ. 172.
Vnguētis vinoque odorifero ſparſa pauimenta. 169.
Vnguentis ſparſa triclinia. 170.
Vnguentis coronæ perfuſæ. ibid.
Vnguentorum luxus. 171.
Vnguentis ſparſa pene omnia, veſtes, parietes, ſoleæ, &c. 171. & 172.
Vnguentis vina condita. ibid.
Vnguentis caput, pectus, pedes, manus inuncta. 173.

Vnguentorum vſus apud Hebræos 174. & *deinceps, & in Appendice cap. 1. lib. 3. in Capitum indice.*
Volucres obſcœnæ. 40.
Voluptates mundi inanes. 76.
Voluptates mundi. Vide Bona.
Vox ferrea. 80.
Vox ærea Cerberi. ibid.
Vox infracta. 80. & 87.
Vox Domini mira virtute, confringit cedros, &c. 95.
Vulgatus interpres mirificè doctus latinè. 31.
Vulgati Laus ſæpe in his libris.
Vulnera quæ ab amicis inferuntur acerba. 59.
Vulnera Calumniatorum. Vide Calumniator.

Z.

ZOnam ſoluere. 211.
Zonæ feminarum interdum aureæ. 209.

REGESTVM.

¶¶ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz. Aaa Bbb Ccc Ddd Eee.

Omnia ſunt folia integra.

CORDVBÆ.

Ex Officina Andreæ Barreræ.
CIƆ. DC.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA